ACTA ET DOCUMENTA CONCILIO OECUMENICO VATICANO II APPARANDO

SERIES I
(ANTEPRAEPARATORIA)

APPENDIX VOLUMINIS II

ANALYTICUS CONSPECTUS CONSILIORUM ET VOTORUM QUAE AB EPISCOPIS ET PRAELATIS DATA SUNT

PARS II

DE SACRAMENTIS - DE LOCIS SACRIS - DE PRAECEPTIS ECCLESIASTICIS - DE CULTU DIVINO - DE MAGISTERIO ECCLESIASTICO - DE BENEFICIIS ET DE BONIS ECCLESIAE TEMPORALIBUS - DE PROCESSIBUS - DE DELICTIS ET POENIS - DE MISSIONIBUS - DE OECUMENISMO
DE ACTUOSITATE ECCLESIAE

(SUB SECRETO)

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MCMLXI

DE SACRAMENTIS

I. DE SACRAMENTIS ADMINISTRANDIS

1

Relate ad sacramentorum administrationem uniformitas in tota Ecclesia desideratur.

2

Quidam in administratione sacramentorum neglegunt « caeremonias secundarias » utpote non ad validitatem necessarias. Ideoque Concilium affirmet praeter efficacitatem signi attendendum esse ad significationem ipsam secundum multiplices sensus in signis sacramentalibus contentos.

3

Permittatur laicis designatis administratio Baptismi.

4

Permittatur laicis designatis S. Communionis distributio.

5

Aliqui laici etiam uxorati, auxiliares cleri in statu quodam clericali constituantur.

6

In ditione Missionum catechistae peculiaribus facultatibus polleant etiam si uxorati v. g. baptizandi, Eucharistiam distribuendi

---

1) Vegen.
2) Monasterien.
3) Arsinoitan in Arcadia, Valdivien.
4) Joinvillen, Valdivien.
5) Tarraconen, Circesien, Synnaden in Prygia.
6) Justinianen.

etiam in forma Viatici, benedicendi, praedicandi, aegrotos adiuvandi, funerandi etc. sed tempore sui muneris quandam vestem talarem induere debeant.

7

Propter multitudinem communicantium valde conveniens esset si fratres religionis laicalis aut laici, ordine speciali muniti, Eucharistiam distribuerent.

8

In locis a sede paroeciae vel missionis dissitis possit Ordinarius vel parochus delegare laicum ad benedicendum Matrimonium.

9

Vir deputetur ad instructionem religiosam et ad administrationem quorundam sacramentorum in pagis dissitis; quantum fieri potest, sit Deo dicatus per tria vota.

10

Coetus instituatur auctoritate praeditus qui possit adiuvare sacerdotes in instructione religiosa et in aliquibus actibus cultus.

11

Si diaconatus restauratio non convenit, concedantur sororibus missionariis facultates convenientes circa praedicationem, conservationem, distributionem Eucharistiae, etc.

12

Agatur de potestatibus quae dari possint mulieribus (praesertim monialibus) in cultu divino.

---

7) Gandaven, Corcagien et Rossen.
8) Viedmen, S. Ludovici in Argentina.
9) Caxien.
10) Pudentianen, Villaricen, Viedmen, S. Salvatoris in Brasilia.
11) Zamen Maior.
12) Laganitan, Holaren.

13

In nationibus mixti ritus maior concedatur libertas in administratione sacramentorum fidelibus alieni ritus, praesertim quoad Baptismum et Matrimonium, quin ritus mutationem secumferat.

14

Corrigatur can. 731 § 2: « excipiuntur tamen bona fide errantes atque petentes »; ratio est in primis ignorantia sui ritus necnon an sint ab Ecclesia catholica seiuncti necne, denique penuria sacerdotum proprii ritus. Haec experientia constant.

15

Extendantur in universalem Ecclesiam facultates circa administrationem sacramentorum (v. g. quoad usum linguae vernaculae), quae iam concessae sunt aliquibus dioecesibus, ita ut cuique Ordinario, pro necessitate et convenientia suae dioecesis iis uti liceat sine ulteriori recursu ad Sanctam Sedem, ea tamen opportuno tempore admonita.

16

In administratione sacramentorum adhiberi possit lingua vernacula, exceptis verbis quae « sacramenti formam » exprimunt.

17

Quoad sacramentorum administrationem maior habeatur uniformitas in diversis eiusdem regionis dioecesibus, v. g. quoad admissionem ad sacramenta, quoad Ritualis bilinguis usum.

18

Reformatio et redactio rubricarum ad simpliciorem formam quoad sacramentorum et sacramentalium administrationem in actum cito et universim deducatur.

---

13) Philadelphien Latinorum.
14) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
15) Aphnaeten.
16) Busiritan, Aquisgranen, Friburgen, Rottenburgen, Aulonitan, Secovien, Pompeian.
17) Sup. Gen. Congr. Missionis.
18) Sup. Gen. O. F. M.

19

In C. I. C. inserantur isti canones de cooperatione laicorum in munere pastorali: can. 683 § 1: In paroeciis quarundam regionum ubi propter territorii vastitatem necessario cura animarum contrahitur in arctissimam paroeciae partem, laudabiliter sive viri, sive mulieres, bene instructi et optime formati, servitio paroeciae addicentur ut, de licentia Ordinarii, parochum auxilientur, quatenus status laicalis permittit in ipso munere pastorali.

§ 2 Catechistae, de quibus in paragrapho praecedenti, vocantur catechistae cooperatores.

Can. 684: Catechistae cooperatori, de licentia Ordinarii et sub dependentia parochi liceat:

1) librum de statu animarum conficere pro regione paroeciali sibi commissa;

2) docere catechismum;

3) cultum publicum, speciatim dominicis et diebus festis proponere, cum lectione et explanatione Veteris et Novi Testamenti, praesertim Evangeliorum et Epistolarum.

4) pro opportunitate et necessitate, privatum Baptismum ministrare, Ss. Eucharistiam communicantibus parare et tamquam testis qualificatus matrimoniis assistere.

Can. 685: § 1 Ut catechista cooperator idoneus habeatur ad munus pastorale exercendum sub dependentia parochi, debet: 1) scientia congruenti pollere, scilicet haud ignarus esse disciplinarum quae per triennium in Instituto dioecesano pro catechistis cooperatoribus docentur; 2) bonis moribus praeditus esse et, si coniugatus, familiam egregiam habere; 3) pietate, animarum zelo et prudentia ornatus esse; 4) pro tempore quo munus pastorale exercet, a factionibus alienissimum se praebere et nunquam in contentionibus civilibus in eligendis magistratibus se immiscere.

§ 2: Indicare num quis idoneus sit ad Ordinarium pertinet, qui catechistis cooperatoribus quotannis renovare debet licentiam ad munus pastorale exercendum.

Can. 686: In dioecesibus in quibus desideratur cooperatio laico-

---

19) Pineren.

rum in munere pastorali, curent Ordinarii ut habeatur Institutum pro catechistis cooperatoribus.

20

Normae assignentur ad sacramenta administranda eis qui, quamvis catholici nomine, christianam religionem non colunt.

21

Cautiones graviores requirantur ab eis qui sacramenta v. g. Baptismi, Confirmationis et Matrimonii exquirunt.

---

20) Senonen.

21) Botrianen.

II. DE BAPTISMO

1. De Baptismo in genere

1

Accuratius inquiratur qua ratione tria initiationis christianae sacramenta inter se habeantur, item qua ratione, in qua hominum aetate eadem sacramenta in praxi administranda sint; utrum inter se coniuncta an seiuncta ab invicem conferri debeant.

2

Normae assignentur ad Baptismum administrandum pueris, quorum parentes, quamvis catholici, christianam tamen religionem non colunt.

3

Estne licitus Baptismus puerorum quorum parentes laborant ignorantia fere totali doctrinae catholicae ad normam cann. 750 § 2-2; 770?

4

Ad minuendum numerum apostatarum necnon ad debellandum indifferentismum inter baptizatos praescripta can. 751 extendantur etiam ad catholicos baptizatos qui officia religiosa omnino neglegunt.

5

Can. 751 extendatur iis, qui quamvis catholici, christianam tamen religionem non colunt, sunt enim acatholici de facto.

---

1) Buscoducen.
2) Senonen, Massilien, Sinus Albi.
3) S. Ioannis a Missionibus.
4) Scopien.
5) Gurzen.

6

Tractetur quaestio de admittendis adultis aut filiis practice infidelium ad Baptismum.

7

His saltem in regionibus in quibus maior pars adultorum catholicorum revera inter peccatores publicos connumeranda videatur, maior quaedam severitas in administrando Baptismo infantibus ostendatur, ita ut peccatorum publicorum filii illegitimi, quoad Baptismum solemniter conferendum, infidelium infantibus aequari licite possint.

8

Quid de Baptismo puerorum parentum deditorum superstitionibus paganis?

9

Contra Costitutionem Benedicti XIV (S. C. P. F. ad Vic. Ap. Sutchuen, 31-1-1796) statuatur quod infantes catholicorum non practicantium, si parva spes adest ut infans in religione catholica rite educetur, baptizandi sunt cum cautionibus.

Nam in Missionibus neophiti parvi aestimant quod tam facile conceditur.

10

Extra periculum mortis quaeritur an infantes parentum paganorum quando ambo vel unus tantum parens id petit, baptizari debeant.

11

Quaeritur an extra mortis periculum baptizari debeant infantes quorum parentes, quamquam catholici, matrimonium inter se contrahere nolunt.

---

6) Portugallen.
7) Sufetulen, Tananariven.
8) Portus Pacis, Turuzitan.
9) Lilongwen, Kisumuen.
10) Kisumuen.
11) Kisumuen.

12

Quaeritur an extra periculum mortis baptizari debeant infantes quorum pater catholicus et mater, prima patris mulier, in concubinatu vivunt.

13

Quaeritur an extra periculum mortis baptizari debeant infantes quorum pater est paganus, mater autem est catholica sed secunda vel tertia mulier.

14

Quaeritur an extra periculum mortis baptizari debeant infantes quorum pater est catholicus, et mater etiam est catholica sed secunda vel tertia mulier.

15

Valde communis est casus secundae vel tertiae mulieris Baptismum petentis et difficillimum est marito eam dimittere ita ut publice pateat in mariti possessione et dominio amplius non esse. Imno frequenter ipse polygamus Baptismum petit et paratum se dicit ad uxores dimittendas: difficultas tamen surgit quibus mediis ad earum sustentationem providere possit quin in publica aestimatione eius uxores habeantur.

16

Quod attinet ad validitatem baptismorum qui in variis Protestantibus Sectis conferuntur, clara expositio valde utilis foret actuosis sacerdotibus qui in Missionum regionibus laborant.

17

Opportunum est iudicare noviter de validitate baptismi ut a sectis confertur. Practice, apud nos, investigationibus peractis, baptismum invenitur aut dubium aut nullum; attamen, in ordine ad matrimonium debemus illum iudicare ut validum, omni humano iudicio contradicente, cum periculo animarum.

---

12) Kisumuen.
13) Kisumuen.
14) Kisumuen.
15) Meruen.
16) Arcis Rosebery.
17) Portugallen, S. Pauli de Minnesota, Angelorum in California, S. Bonifacii.

18

Baptismus in pluribus sectis acatholicis invalidus est ex intentionis defectu, ergo, iudicio Ordinarii, baptizari debent omnes ex his sectis neo-conversi.

19

Nuntius vel Delegatus Apostolicus facultatem habeat definitoriam decisionem de Baptismi validitate declarandi, in casibus ab Ordinariis praesentatis.

20

Proprius parochus facultatem habeat permittendi cuique catholico sacerdoti ut suis subditis Baptismum administret, existente rationabili causa. Persona tali modo baptizata sequi debeat ritum sui patris.

21

Religiosi laici, absente sacerdote, considerari deberent ut ministri ordinarii Baptismi secundum quid.

22

Etiam religiosae, absente sacerdote, considerari deberent ut ministri ordinarii baptismi secundum quid.

23

Magis determinentur verba « quam primum » in can. 770 C. I. C.

24

Verbis can. 770 C. I. C. « Infantes quam primum baptizentur » addantur sequentia: « dummodo catholicae eorum educationi cautum sit ».

25

Sollicita administratio Baptismi urgeatur.

---

18) Ogogiaen.
19) Caesarianen.
20) Philadelphien Ruthenorum, Zeugmaten in Syria.
21) Terulen.
22) Terulen.
23) Comben.
24) Bucellen.
25) Hydruntin.

26

Baptismus tradatur pueris intra hebdomadam a nativitate.

2. De Baptismo adultorum

1

Ritus Baptismi adultorum de integro ordinetur et, ad modum antiqui catechumenatus, in diversos gradus distribuatur.

2

Ut solemnior fiat adultorum Baptismi administratio, caeremoniae diversis temporibus assignentur et in vita liturgica paroeciarum inserantur cum apta catechesi.

3

Pro adultis baptizandis nova concipiatur catechumenorum liturgia qua baptizandus, interpositis interstitiis, gradatim in Ecclesiam introducatur.

4

Ardenter exoptatur ut in conferendo adultis Baptismo ritus successive adimpleantur secundum institutionis gradum ac dispositionum.

5

In Baptismo adultorum concedatur ut ritus praeparationis secundum progredientem statum catechumeni dividi possit.

6

Ut facilius fide perseverent, qui adulta aetate baptizantur, pro ipsis catechumenatus instituatur.

---

26) Coptitan.
1) Ordinarii Indonesiae, Nagpuren.
2) Bellovacen.
3) Buscoducen.
4) Kupelaën, Baianen, Arcis Lamy, Kayesen, Lacus Moëri, Tananariven, Tuneten, Arcis Rosebery, Carthaginen, Uahiguyaen, de Diego Suarez, Luluaburgen, Bethlehemen, Dakaren, Kabindaën, Eshowen, Tsumbeen, Kadunaën, Lueboën, Balduinopolitan, Sakanien.
5) Aquisgranen.
6) Veneten, Insulen, Aurelianen.

7

Baptisma adultorum administretur in modum veteris catechumenatus.

8

Adultus baptizetur nonnisi sat ampla instructione ornatus.

9

Catechumenatus per duorum annorum spatium protrahatur.

10

Ritus in Baptismo adultorum in sua forma praesenti longior videtur.

11

Ritus Baptismi adultorum brevietur.

12

Forma administrationis Baptismi pro adultis adhibeatur tantum quando revera adulti baptizantur.

13

Omnis parochus facultate gaudeat baptizandi adultos parvulorum forma si doctrinam catholicam bene norunt.

14

Adulti more parvulorum baptizentur.

---

7) Laganitan, Groningen, Roterodamen, Ruremonden.
8) Tabuden.
9) De Diego Suarez.
10) Ordinarii Indonesiae, Comben, Pinangen.
11) Tiburtin, Dausaren, Assien, Driziparen, Thuggen, Daulien, Leriben, Lomen, Pisitan, Antsiraben, de Lourenço Marques, Caxien, Managuen, Viedmen, Curitiben, Portus Principis, S. Mariae, Celerinen.
12) Magnesien.
13) Metren, Cuschen.
14) Dumagueten.

15

Concessio adhibendi rituale infantium in adultorum Baptismo extendatur pro omnibus casibus; interrogationes « singulariter singulis » fieri possint in plurali pro pluribus.

16

In adultorum Baptismo unctiones in pectore et inter scapulas ratione pudoris, maxime quando agitur de feminis, aboleantur; ad summum unctio in fronte permittatur.

17

Adiurationes minuantur praesertim quoties agatur de « hereticis nonnisi materialibus ».

18

Ab his qui ex haeresi ad fidem catholicam se converterunt, solummodo requiratur confessio fidei positiva, omissis abiurationibus et absolutione a censuris.

19

Can. 753 § 1 abrogetur, quia fere numquam observatur et normae de ieiunio nunc benigniores factae sunt.

20

Cann. 744 et 753 supprimantur.

3. De ritu Baptismi

1

Ritus, prout nunc est, non significat Baptismum efficere membrum Ecclesiae.

---

15) Jalpaigurien.
16) Sakanien.
17) Groningen.
18) Ultraiecten.
19) Citharizen.
20) Asponitan.
1) Fidentin, Bononien.

2

Cum Baptismus ordinarie conferatur infantibus, alta et excelsa doctrina Ecclesiae de significatione et consectariis huius sacramenti fidelibus non satis nota videtur.

3

Agatur de allocutione pastorali a sacerdotibus facienda populo adsistenti in collatione Baptismi.

4

Utile erit addere simplificato ritui Baptismi brevem sermonem circa dignitatem baptizati et vota baptismalia.

5

Valde prodesset tum catechumenis baptizandis cum ministris, si prima pars caeremoniarum Baptismi (Cfr. Rituale Tit. II c. II nn. 1-28) separatim adhiberi posset aliquo tempore ante collationem Baptismi proprie dicti.

6

Desideratur revisio et simplificatio ritus administrandi Baptismum, quia saepe multi baptizandi sunt eodem tempore ab uno sacerdote.

7

Melius adaptentur ritus et formulae liturgicae, quae Baptismi administrationem comitantur.

8

Reformetur ritus Baptismatis et infantium et, in primis, adultorum.

---

2) Varsavien et Gnesnen.
3) Thuggen.
4) S. Agathae Gothorum.
5) Kasamaën.
6) Lamen, Bulauaien, Nepten, Tipasitan in Mauretania, Nyerien, Iringaën, Mvanzaën.
7) Blesen.
8) Essendien, Eminentianen, Limburgen, Berolinen, Rabaten, Busiritan, Monasterien, Aquisgranen, Treviren, Dagnen.

9

Ritus Baptismi parvulorum, praesertim quoad primam partem, notabiliter brevietur.

10

Prima pars ritus Baptismi parvulorum brevietur.

11

Ritus brevietur quando adsunt quinque saltem baptizandi.

12

Simplificentur caeremoniae collationis sacramenti Baptismi.

13

Ritus Baptismi ad simpliciorem formam redigatur quia incommoda habet quando agitur de Baptismo collectivo 80 vel 100 puerorum.

14

Tum in Baptismo parvulorum tum adultorum ritus brevior esto.

15

Ordo Baptismi parvulorum liceat adhiberi pro omnibus, parvulis et adultis. Ordo Baptismi adultorum maneat ad libitum.

---

9) Ordinarii Indonesiae, Comben, Nagpuren, Tanjoren, Mandalajen.
10) Uahiguyaen, Sakanien.
11) Judiciforen, S. Sebastiani Fluminis Januarii, Managuen.
12) Manilen, Dunedinen.
13) Chiclayen, Oruren, Tegucigalpen, Vaccarien, Popayanen, Tumacoën, Adamanteae, Gualeguaychen, Trajanopolitan in Phrygia, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Jalapen, Granaten, S. Vincentii, S. Michalëis, Achollitan, Pudentianen, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Rizinitan, S. Ioannis a Missionibus, Medellen, Punien, Campi Grandis, S. Marci.
14) Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
15) Sidonien.

16

In Missionum locis opportunius videtur unicum ritum sequi tum pro infantibus tum pro adultis.

17

In collatione Baptismi adhibeatur ritus simplex, tum pro infantibus tum pro adultis, praecipue in regionibus Missionum.

18

Allocutiones desumptae ex adultorum Baptismo in parvulorum Baptismate aboleantur.

19

Baptismi ritus serventur omnes, sed orationes brevientur.

20

Formula « singulariter singulis » valeat tantum pro momento effusionis aquae.

21

Bonum esset si, cum plures baptizentur, sacerdos uti possit formula pro infantibus in plurali pro omnibus, exceptis precibus pro unctionibus et formula.

22

Cum ingens sit baptizandorum numerus et angustia temporis, liceat collective facere interrogationes de professione fidei ante aquae infusionem.

23

Concedatur usus formulae pluralis quando baptizandi sunt plus quam quinque.

---

17) Sidonien.
16) Iringaën.
18) Groningen.
19) Reunionis.
20) Afogaden de Ingazeira, Vaccarien, Uruassuen, Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Olancho, Rhoinen.
21) Ogogiaen.
22) Dibrugarhen.
23) Patosen, Managuen.

24

Una sit interrogatio quando baptizandi sunt plures quam quinque.

25

In caeremoniis Baptismi interrogationes semel dicendae sint, ubi saltem quinque infantes baptizandi sunt.

26

Concedatur usus formulae pluralis quando adsunt plus quam decem baptizandi.

27

Quando ingens adest baptizandorum adultorum numerus, ritum pro parvulis adoptare liceat et petitiones n. 1, 14, 17 collective dicantur.

28

Ubi numerus baptizandorum excedit certum limitem (e. g. 20) preces omnes, excepta forma essentiali, recitare in plurali liceat.

29

Quando plures infantes baptizandi sunt nomina singula omittantur praeterquam in initio Baptismi et in aquae effusione.

30

Caeremoniae Baptismi parvulorum reducantur in magnis concursibus ad instar privilegii Const. « Altitudo » Pauli III (1-6-1537).

31

Conficiatur brevior Baptismi ritus, qui in quibusdam adiunctis ab Ordinario permitti possit.

---

24) Mataritan in Proconsulari.
25) Rubagaën.
26) Caxien.
27) Ndolaën.
28) Onitshaën.
29) Jatahien, Victorien de Conquista.
30) Calien.
31) Victorien de Conquista.

32

Praxis Baptismorum collectivorum commendetur.

33

Baptismus aliaque sacramenta sine acolytho administrari queant.

34

Lingua vernacula Baptismus ministrari possit.

35

Ritus supplendi omissa in urgenti administratione Baptismi ad breviorem et aptiorem formam redigatur.

36

Ne suppleantur caeremoniae quando Baptisma ex iusta causa privatim collatum est.

37

Ritus sacramenti Baptismatis pro infantibus radicaliter emendetur, et praesertim ut tactus cum saliva, insufflationes et huius generis caeremoniae, quae admirationi ansam praebere possint, omittantur.

38

Quaedam caeremoniae supprimantur vel mutentur: insufflatio supprimatur, inunctio gutturis et inter scapulas fiat in fronte, crux cum saliva omittatur.

39

Exorcismi aboleantur quando caeremoniae Baptismi supplentur.

---

32) De Punta Arenas.
33) Dumagueten.
34) Taurinen, Syracusan, Montis Oliveti Maioris, Viglevanen, Platien, Liburnen, Ptolemaiden in Lybia.
35) Cortonen.
36) Groningen.
37) Sidonien, Potosien in Bolivia.
38) Ciamsciaven, Ordinarii Indonesiae, Madraspolitan et Meliaporen, Dacchen, Krishnagaren.
39) Arcis Delphini, Surigen.

40

Exorcismi Baptismi intelligibiliori peragendi essent modo, pro sale et saliva alia essent adhibenda.

41

Textus exorcismorum baptismalium mutetur.

42

Formula exorcismorum aptior inveniatur.

43

Textus caeremoniae mutetur, ne intelligatur ab aliquibus non baptizatum a diabolo possessum esse.

44

Exorcismi Baptismatis brevientur et mitiores fiant.

45

Eliminetur exorcismus, praesertim verba: « Exi ab hac creatura, maledicte diabole ».

46

Exsufflatio in faciem infantis supprimatur.

47

In administratione Baptismatis unctio in pectore et inter scapulas supprimatur.

---

40) Valentin, Dardan.
41) Calydonien.
42) Bethlehemen, Inongoën, Rabaten.
43) S. Bonifacii.
44) Ruremonden, Roterodamen, Groningen, Holaren.
45) Aelaniticus.
46) Jatahien.
47) Caebuan, Mataritan in Proconsulari, Sakanien.

48

Unctiones efficiantur in sola fronte.

49

Supprimatur manus impositio singulatim quando plures simul baptizandi sunt.

50

Sensus introductus per errorem auferatur: v. g. « in odorem suavitatis » in impositione salivae.

51

Abrogetur applicatio salivae ad aures et ad nares in Baptismate.

52

Abrogentur infusiones salis et salivae.

53

Impositio salis supprimatur.

54

Sequentes canones quoad Baptismum ita emendentur: Can. 755 § 2: Caeremoniae praescriptae pro Baptismo infantium possunt adhiberi in baptismo adultorum. Can. 756 § 2: Si alter parentum pertineat ad ritum latinum alter ad orientalem proles ritu patris vel matris baptizetur.

---

48) Taurinen.
49) Jatahien.
50) Inongoën.
51) Sorsogonen, Hinganfuen, Sciiamenen, Ordinarii Indonesiae, Ootacamunden, Mataritan in Proconsulari, Sakanien, Uahiguyaën, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen, S. Vincentii, S. Michaëlis, Achollitan, Pudentianen, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Lappen, S. Jacobi Equitum, S. Marci, Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Olancho, Leontopolitan, Jatahien, Teresian, Tarvisin.
52) Taurinen.
53) Vaccarien, Leontopolitan.
54) Asponitan.

4. De loco Baptismi

1

Apta et decentia loca curentur in ecclesiis ad Baptismum administrandum.

2

Baptismi administrandi locus sit, extra periculum mortis, ecclesia paroecialis.

3

Ne administretur Baptismus extra fontem paroecialem sine dispensatione Ordinarii, salvo tamen can. 774 § 2 et iure cumulativo servato tantum pro ecclesia cathedrali.

4

Potestas conferatur Episcopis permittendi Baptismum solemne in nosocomiis, servatis de iure servandis.

5

Derogetur can. 738 et neonati possint baptizari secundum parentum voluntatem, in ecclesia vel oratorio ab ipsis electo, praesertim quando nascuntur in nosocomiis, etc.

6

Optandum ut baptismus, si in casu necessitatis conferatur, extra Ecclesiam administretur totus. Quod si placet quasdam caeremonias confici in Ecclesia ad demonstrandum nexum cum Ecclesia ortum, optandum est ut, omissa catechumenorum liturgia, cuius vis collato Baptismate parum perspicitur, caeremoniae inveniantur novae.

---

1) Mantuan.
2) Bisuntin.
3) Caesenaten.
4) Timminsen.
5) Adraen.
6) Buscoducen.

7

Baptismus numquam administretur nisi prius patrini vere instructi sint.

Certae dentur normae ut sacerdos recte sese gerere valeat in collati Baptismi *adnotatione*, cum ipsi certo constet baptizatum ex artificiali foecundatione natum esse, vel alterius esse patris ab eo qui coram declaratur.

8

In can. 777 § 2 supprimantur verba « patris ignoti ».

9

Hospitalia, brefotrophia et clinicae prohibeantur absolute ne transumpta authentica originalis actus Baptismi concedant, sed competentes sint concedendi tantum parochi in quorum territorio Baptisma administratum est.

10

Can. 778 supprimi potest quia in Columbia 30% parvulorum in alienis paroeciis baptizantur et melius est ut acta inveniantur in archivo baptizantis.

11

Etiam canonicis adhibitis poenis praestabit urgere can. 470.

12

Can. 776 § 1 ita emendetur: « In domibus autem privatis Baptismus solemnis administrari non debet ». Supprimantur nn. 1 et 2.

5. De Patrinis

1

Functio patrinorum aboleatur vel fortius inculcetur.

---

7) Nuoren.
8) Medellen.
9) Clavaren.
10) Popayanen, Garzonen.
11) Conchen.
12) Aspanitan.
1) Caesenaten.

2

Patrinos adhiberi *suadendum est* non vero iubendum.

3

Cann. 762-769, patrinos respicientes, abrogentur.

4

Patrinus sit procurator qui puerum tangit.

5

Patrini in Baptismate et Confirmatione aboleantur quia hodie, de facto inutiles, causant saepe dilationem in horum sacramentorum receptione.

6

Potius quam promissiones spondere nomine baptizandi, quas baptizatus, aetate provectus, admittere nolit uti propria, noscere demonstrent patrini veritates fidei et praecepta simulque spondeant filianis instructionem congruam impertiri.

---

2) Pisan.
3) Asculan Apul. et Ceriniolen.
4) Taurinen.
5) Signin, S. Severi, Ragusien.
6) Valven et Sulmonen.

III. DE CONFIRMATIONE

1. De Confirmatione in genere

1

Formulatio can. 787 efficacior desideratur.

2

Confirmatio conferatur tantummodo his qui inducunt ut sint integri milites D. N. I. C. Corrigatur mens quod Confirmatio necessaria sit ad Matrimonium contrahendum, quare indiscriminatim indoctis et incredulis impertitur.

3

Obligationes quas Confirmatio imponit de praelio ad virtutes defendendas et ad apostolatum promovendum, nonne, memorari, ante vel post ritum, opportunum est?

4

Statuatur in can. 786 qualia sint mysteria fidei quae cognoscere debent confirmandi.

5

Cann. 765, 2° et 795, 2° extendantur iis, qui quamvis catholici, christianam tamen religionem non colunt; sunt enim acatholici de facto.

6

Determinetur ritus essentialis Confirmationis.

---

1) Caesenaten, Sinus Albi.
2) Ragusien.
3) Fidentin.
4) Turuzitan.
5) Gurzen.
6) Risinitan, Antequeren.

7

Confirmationis ritus significantior sit.

8

Ritus brevietur pro morti proximis.

9

In sacramento Confirmationis administrando Episcopo licitum sit unicam crucem facere ad verba: In nomine Patris etc.

10

Allevatio esset satis notabilis, caeremoniae gravitas et fervor amplificarentur si ad unicum signum crucis unicuique cum S. Chrismate teneretur Episcopus. Si libet, post (vel ante!) omnium confirmantium chrismationem poni possint triplex invocatio et benedictio « In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

11

Immutetur can. 789: prius omnes preces recitentur ita ut statim post unctionem possint discedere quia confirmatio 3.000 vel 4.000 confirmandorum per tres horas protrahitur et amplius.

12

Quaedam caeremonia introductoria in dialogo cantuque consistens inseratur in ritu Confirmationis.

13

Professio fidei fiat cum recipitur Confirmatio.

14

Exigatur professio fidei et votum amplectendi militiam christianam.

---

7) Parakuen, Bethlehemen.
8) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
9) Daulien.
10) Catalaunen.
11) Popayanen, Pereiran.
12) Kadunaën, Salamien.
13) Laganitan.
14) Osornen.

15

Administratio Confirmationis fiat inter Missarum sollemnia.

16

Desideratur *propria* missa pro administratione Confirmationis.

17

Cum sacramentum Confirmationis faciat baptizatum habilem exercendi perfectiori modo cultum ut actum publicum, administrari possit intra Missarum sollemnia.

18

Sacramentum Confirmationis infra Missam cum aptis textibus (e. g. ad petenda dona Spiritus Sancti) et quidem post homiliam conferatur. Color paramentorum sit ruber.

19

Susceptio sacramenti Confirmationis validis normis restituatur ad rem sacram, reprobando exaggeratas externas caeremonias.

20

Usus linguae vernaculae permittatur in administratione Confirmationis.

21

Ne imponatur parocho obligatio adnotandi Confirmationem in libro baptizatorum quia et 6.000 et 8.000 etiam confirmantur in aliquibus visitationibus pastoralibus.

---

15) Kroonstaden, Ordinarii Indonesiae.
16) Comben, Ordinarii Indonesiae.
17) Monasterien.
18) Berolinen.
19) Montis Regalis in Pedemonte.
20) Nucerin et Todinen.
21) Uruassuen, Garzonen, Popayanen.

2. De aetate confirmandi

1

Aetas definiatur.

2

Statuatur praxis communis circa aetatem recipiendi Confirmationem. Eradicetur consuetudo administrandi Confirmationem infantibus ante usum rationis.

3

Difficultas pastoralis quoad aetatem pro receptione Confirmationis solvatur ab Ordinariis secundum adiuncata locorum.

4

Confirmatio statim post Baptismum conferri possit iuxta privilegium et consuetudinem in Ecclesia orientali.

5

Administratio Confirmationis infantibus morituris multas magnasque difficultates saepius praebet; e. g. ubi agatur de pueris in viis publicis laesis, de monstris, de infantibus in tabernaculis oxigeni plenis inclusis, de infantibus praemature natis, etc.

6

In Insulis Philippinis, in America Latina et in Ecclesia orientali invaluit consuetudo pueros confirmandi immediate post susceptum Baptismum. Supprimatur haec consuetudo in favorem praescriptionis a C. I. C. statutae, ita ut pueri confirmentur post adeptum usum rationis ad uberiores fructus sacramenti recipiendos, praesertim cum rationes, quae afferri solebant, hodie non amplius valeant.

---

1) Signin, Mvanzaën, Pacen in California, Risinitan.
2) Polycastren, Elpasen, Saginaven.
3) Ordinarii Indonesiae.
4) Chicagien.
5) Carolinapolitan.
6) Sophenen.

7

Facultas, qua praediti sunt Ordinarii Americae Latinae administrandi habitualiter Confirmationem infantibus post Baptismum, abrogetur.

8

Administratio Confirmationis inter Baptismum et Eucharistiam collocanda est.

9

Recipiant pueri circa septimum annum Confirmationem et ante Communionem, quia Confirmatio post primam Communionem nec sustinetur theologice nec canonice nec historice. Ipsa enim complet et perficit Baptismum. (Cfr. can. 788, Interpretatio 30.VI.1932, Constitutio « Spiritus Sancti » 14.IX.1946, Responsio Leonis XIII ad Ep. Massiliensem — 1898).

10

Confirmatio, nisi in periculo mortis, conferenda est tantum postquam pueri ad Ss. Eucharistiam primo admissi sint.

Pueri, post receptam prima vice Ss. Eucharistiam, amplius instituendi sunt in doctrina christiana per duos saltem annos antequam ad Confirmationem admittantur.

11

Confirmatio administretur post primam Communionem.

12

Ad puerorum distractionem vitandam, statuatur interstitium saltem unius anni inter collationem primae Communionis et Confirmationis.

---

7) Hadrianopolitan in Haemimonto.
8) Bostonien.
9) Hydruntin, Bluefielden.
10) Novae Aureliae.
11) S. Dominici Novem Julii.
12) Viterbien et Tuscanen, Baren, Assisien.

13

Dicatur utrum Ecclesiae mens sit, ut Confirmationis sacramentum administretur antequam sacramentum Poenitentiae accipiatur; res enim raro possibilis evadit.

14

In can. 788 loco « septimum » ponatur « decimum » aetatis annum pro Confirmatione recipienda.

15

Confirmatio non est impertienda ante decimum aetatis annum.

16

Ut cum pleniore conscientia et firmiore proposito sacramentum Confirmationis recipiatur, eius administratio ad undecim vel duodecim annos differatur.

17

Confirmatio conferenda videtur ut sacramentum perseverantiae aetate decem vel duodecim annorum.

18

Non ante duodecimum annum Confirmatio conferatur prudenti tamen iudicio Episcopi.

19

Confirmationis sacramentum non ultra duodecimum annum conferatur.

20

Aetas duodecim annorum magis opportuna videtur ad Confirmationem administrandam quia nullum sacramentum a prima Communione ad matrimonium adest.

---

13) Sbiden.
14) Baianen.
15) Perusin, Maceraten et Tolentin.
16) Ilcinen, Nepesin et Sutrin, Urbanien et S. Angeli in Vado.
17) Mediolanen.
18) Montisvidei, S. Ioannis a Missionibus.
19) Ancyran.
20) Clusin et Pientin.

21

Confirmatio duodecimo circiter anno conferatur: praecedat vero catechumenatus quinque annorum.

22

Tempus ad Confirmationem recipiendam ad duodecimum vel tertium decimum aetatis annum extendatur.

23

Aetas pro Confirmatione sit circiter circa tredecim annos; recipiatur indumentis civilibus non vero veste alba.

24

Sacramentum Confirmationis conferatur exeunte quinto ordine elementari, quia exstat hoc periculum, parochos numquam pueros et puellas pro instructione catechetica adituros, qui, aetate iuniores, sacramentum Eucharistiae et Confirmationis susceperint.

25

Spectata finalitate sacramenti Confirmationis ne concedatur ante pubertatem.

26

Administratio Confirmationis ad pubertatis aetatem differri possit.

27

Ad sacramentum Confirmationis accedere ne liceat ante expletum tertium decimum aetatis annum, ita ut plus catechismi percipiatur, quo tantae ignorantiae remedium apportetur.

---

21) Interamnen et Narnien.
22) Victorien in Insula Vancouver.
23) Hipponen.
24) Assisien, Urbinaten.
25) Ss. Assumptionis, Fidentin.
26) Miamien.
27) Tiburtin.

28

Sacramentum Confirmationis administretur aetate aliquatenus provectiore.

29

Convenienter adultis iam instructis et non turmatim confirmatio conferatur.

3. De Episcopi facultate delegandi in administratione Confirmationis

1

Concedatur a S. Sede, si Ordinarius id petit, facultas conferendi Sacramentum Confirmationis in modo solemni praelatis in singulis dioecesibus modo habituali.

2

Administratio sacramenti Confirmationis, Episcopis reservata, concedatur etiam Vicariis Generalibus et aliis sacerdotibus in aliqua dignitate constitutis, secundum prudens Ordinarii iudicium. Attenta innumerabili caterva puerorum, multitudine negotiorum Ordinarii, consideratis etiam aetate et distantiis locorum, res valde utilis evaderet.

3

Episcopus habeat vicarios, qui etiam sine Episcopali dignitate, facultate polleant administrandi Confirmationem.

4

Pro Ordinario optatur facultas delegandi potestatem vicariis foraneis pro toto vicariatu et vicariis substitutis conferendi Confirmationem pueris et adultis in periculo mortis.

---

28) Gallovidien.
29) Tabuden.
1) Grandormen.
2) Jaren, Pergen.
3) Nepesin et Sutrin.
4) Montis Laurei.

5

Episcopi vicariis foraneis potestatem faciant administrandi Confirmationem necessariis temporibus.

6

Facultas adhibendi in administratione sacramenti Confirmationis presbyteros digniores communicetur Ordinariis loci.

7

Episcopis facultas sit delegandi presbyteros ad Confirmationis sacramentum administrandum baptizatis in gravissimo mortis periculo constitutis.

8

Episcopo, infirmitate aut aliquo alio impedimento de improviso detento, facultas sit sacerdotem delegandi pro administratione Confirmationis, quando parata sunt omnia.

9

In dioecesibus ubi desunt Episcopi, parochi, legitime constituti, Confirmationem administrare valeant.

10

Possit Episcopus delegare sacerdotes pro sacra Confirmatione.

11

Ordinarius possit quemlibet sacerdotem ad sacramentum Confirmationis administrandum delegare etiam extra periculum mortis, ob gravem tamen causam.

---

5) Platien.
6) Essendien, Eminentianen, Secovien.
7) Veneten, Cardiffen.
8) Massan.
9) Daulien.
10) Neocarthaginen, Barranquillen.
11) Sydneyen.

4. De Ministro extraordinario Confirmationis

1

Ambitus definiatur Decreti «Spiritus Sancti munera» circa ministrum Confirmationis in periculo mortis quia diversae traditae sunt interpretationes a iurisperitis.

2

Minister extraordinarius possit Confirmationem administrare iis qui in vero periculo mortis sunt constituti, ex quavis causa (v. g. bello, executione sententiae capitalis, periculosa operatione, etc.).

3

Bono fidelium melius consuleretur si privilegium Confirmationis in periculo mortis administrandae ad plures quam parochos extenderetur.

4

Possint Confirmationem administrare in periculo mortis Vicarius Generalis, Vicarius Capitularis, Cappellani Castrenses et illi Cappellani piarum domorum, hospitalium, carcerum etc. qui plena potestate paroeciali gaudent.

5

Conditiones in administratione sacramenti Confirmationis a parochis facienda quae a Pio XII statutae sunt ne ad validitatem sed ad liceitatem requirantur.

6

Vicarii Generales sacramentum Confirmationis administrare possint.

---

1) Conchen.
2) Pisitan.
3) Dromoren.
4) Santanderien, Vladislavien.
5) Amalphitan.
6) Baiocen, S. Deodati.

7

Vicarii Generales de iure Conrfimationem administrare possint, si et quando Episcopo placeret.

8

Confirmatio fidelium non in periculo mortis poteritne conferri a sacerdotibus in dignitate constitutis delegatis ab Ordinario loci?

9

Parochus possit delegare facultatem confirmandi in periculo mortis.

10

Parochus ex iusta causa alium sacerdotem delegare possit ad Confirmationem administrandam.

11

Maior detur auctoritas parocho pro admissione ad sacramentum Confirmationis.

12

Extendatur parochis facultas confirmandi si, extra tempus suetae Confirmationis episcopalis, nupturientes ante Matrimonium celebrandum confirmandi sint.

13

Parochus possit confirmare pueros extra periculum mortis.

14

In casibus iam praevisis sacerdoti, supplenti parochum absentem vel quovis modo impeditum, sit facultas administrandi sacramentum Confirmationis.

---

7) Bisuntin.
8) Granaten, Oveten, Laganitan, Isinden, Pessinuntin.
9) Imae Telluris et Pointapitren, Aulonitan, Tarvisin.
10) Taurinen.
11) Canen.
12) Sup. Gen. Congr. Austr. O.S.B.
13) Sanaven, Rhoinen.
14) Arianen, Santanderien, Dystien, Hagulstaden et Novocastren, Praeneten, Suessionen.

15

Vigens disciplina de ministro extraordinario Confirmationis potius implexa videtur. Cappellani domorum « maternitatis » aut nosocomiorum habeant facultatem conferendi Confirmationem per se vel per substitutum. Parochi et Cappellani, et, his absentibus, eorum substituti, habeant facultatem confirmandi pueros in periculo mortis constitutos.

16

Cappellanis, in hospitalibus et clinicis, saltem dignioribus, facultas concedatur administrandi sacramentum Confirmationis, sine recursu ad Episcopum vel parochum.

17

Cappellanis nosocomiorum facultas tribuatur Confirmationem conferendi more parochorum ad normam Decreti « Spiritus Sancti munera ».

18

Facultas conferendi aegrotis sacramentum Confirmationis omnibus sacerdotibus tribuatur in nosocomiis operam navantibus.

19

Extendatur in can. 782 facultas confirmandi etiam ad rectores spirituales nosocomiorum.

20

Facultas conferendi sacramentum Confirmationis in periculo mortis constitutis extendatur ad instar ministri Extremae Unctionis.

---

15) Campivallen.
16) Burdigalen, Suessionen.
17) Eporedien, Fidentin, Victorien Spiritus Sancti, Tarvisin.
18) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
19) Asculan Apul et Ceriniolen.
20) Spiren, Ostracinen, Treviren, Dagnen.

21

Valde utile videtur quod facultas confirmandi « in periculo mortis » parochis concessa, extendatur etiam ad sacerdotem sacramentum infirmorum administrantem, dummodo distantia a domo rectorali sit saltem quinque Km.

22

Privilegium a Pio XII concessum valde opportunum est, tamen hoc privilegium extendatur omnibus sacerdotibus qui legitime ad ultima sacramenta administranda vocantur.

23

Confirmatio, si mortis periculum adsit, non solum a parocho, sed a quolibet sacerdote qui ad visendum infirmum occurrerit, conferri possit.

24

Facultas sacramentum Confirmationis periculo mortis gravi ex morbo versantibus administrandi, iam delegata vicariis in cann. 471 et 472 § 1 tamquam sacramenti Confirmationis ministris extraordinariis secundum Decretum « Spiritus Sancti munera » etiam vicariis nominatis in cann. 474, 475, 476 delegetur, pro eis casibus eisque sub conditionibus quae in eodem Decreto memorantur.

25

Minuantur species distinctae vicariorum, eisque generatim facultas concedatur administrandi sacramentum Confirmationis sine recursu ad Episcopum vel parochum.

26

Facultas administrandi Confirmationem in periculo mortis extendatur saltem ad vicarium cooperatorem, quoties parochus adversa valetudine impeditus sit, et ad vicarium substitutum.

---

21) Jaren.
22) Sophenen. Philadelphien Lat., Lansingen, Yakimen, S. Iaonnis Quebecen, Edmundstonen.
23) Pisan, Surigen.
24) Alladen.
25) Burdigalen.
26) S. Galli.

27

Facultas administrandi Confirmationem extendatur vicariis cooperatoribus et, in articulo mortis, omnibus sacerdotibus.

28

Facultatem ad Confirmationem conferendam ad Vicarios extendere convenit.

29

Liceat vicariis cooperatoribus conferre Confirmationem in periculo mortis quia sacella ruralia visitantur tantum a cooperatoribus.

30

Omnes sacerdotes administrare valeant in articulo mortis sacramentum Confirmationis.

31

In gravi periculo mortis quilibet sacerdos curam animarum gerens, ex potestate ordinaria vel delegata ad universitatem causarum possit administrare Confirmationis sacramentum.

32

Facultas confirmandi in periculo mortis extendatur ad omnes qui in cura pastorali versantur.

33

Facultas administrandi Confirmationem, in casu necessitatis, extendatur et concedatur formula consimili atque ea quae valet pro assistentia in matrimonio.

---

27) Asculan Apul. et Ceriniolen.
28) Santanderien, Pampilonen, Sinianden, Glasguen, Geneven et Friburgen.
29) Judiciforen, S. Mariae, Celerinen, Portus Pacis, Victorien Spiritus Sancti, De Ponta Grossa, Caxien, Caronen, Nunt. Ap. in Haiti.
30) Sup. Gen. Salvator., Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
31) Adraen, Barcusen, Nyerien.
32) Essendien, Eminentianen, Limburgen, Hyderabaden.
33) Cuneen.

34

Non tantum in articulo mortis sed et in periculo mortis concedatur unicuique sacerdoti facultas confirmandi.

35

Valida sit Confirmatio collata a quolibet sacerdote in periculo mortis.

36

Liceat omnibus sacerdotibus in analogiam can. 882 in periculo mortis confirmationem conferre.

37

Considerata necessitate sacramenti Confirmationis, hisce diebus praesertim quilibet sacerdos facultatem habeat illud administrandi in periculo mortis. Praeterea Episcopus possit delegare quemlibet sacerdotem ad hoc sacramentum administrandum ob aliam causam gravem, v. g. si fideles non possint hoc sacramentum ab Episcopo recipere nisi post moram diuturnam.

38

Facultas concessa parochis ad sacramentum Confirmationis administrandum infirmis in periculo mortis constitutis, extendatur omnibus sacerdotibus pro omnibus fidelibus suae ditionis, in eodem periculo mortis et servatis de iure servandis.

---

34) Basileen et Luganen.
35) Tirasonen, Vladislavien, Trocmadian, Lancianen et Ortonen, Ptolemaiden in Lybia, Drivasten, Sanaven, Maracayen, Punien, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Caiesen, Nunt. Ap. in Haiti.
36) S. Andreae et Edimburgen, Czestochovien, Sandomirien, Panitan, Elphinen, Ruremonden, Roterodamen, Groningen, Ultraiecten.
37) Sidonien.
38) Manilen.

39

Omnibus sacerdotibus, nulla prorsus distinctione habita, potestas sit sacramentum Confirmationis fidelibus, in periculo mortis constitutis, administrandi.

40

Cuilibet sacerdoti, tamquam ministro extraordinario, concedatur facultas sacramentum Confirmationis, in periculo mortis ex quacumque causa constitutis, valide administrandi.

41

Omnes sacerdotes iurisdictionem habeant ad Confirmationis sacramentum conficiendum, saltem cum agatur de periculo mortis aut Episcoporum penuria.

42

Facultas confirmandi in periculo mortis concedatur omnibus sacerdotibus in absentia Episcopi.

43

Si casus ferat, concedatur cuilibet sacerdoti etiam facultas benedicendi sacrum oleum.

44

Cur sacerdos ritus latini, cui vi indulti competit facultas confirmandi, invalide Confirmationem confert pueris alius ritus, dum sacerdos ritus orientalis tantum illicite confert Confirmationem pueris ritus latini?

---

39) Caebuan.
40) Sydneyen, Surigen, Santanderien.
41) Laginen.
42) Pembroken, S. Annae Pocatieren, Quebecen, Yarmuthen, S. Bonifacii.
43) Ostracinen.
44) Caesenaten.

5. De Patrinis

1

In Concilio agatur de electione et obligationibus patrinorum.

2

In Confirmatione licite adhiberi possit ille qui iam patrinus baptismi fuit.

3

Taxative statuantur mysteria fidei quae patrini cognoscere debent.

4

Patrini exhibere debeant libellum professionis fidei vel receptae Communionis Paschalis.

5

Patrinus et matrina in Baptismate et in Confirmatione numquam admittantur nisi christianam vitam publice observantes.

6

Institutio patrinorum quin a iure deleatur, posset quibusdam conditionibus circumdari, vi quarum uti praemium concedatur sive christianis exemplaribus sive pueris Confirmationem recipientibus non ultra 14 aetatis annum.

7

Patrinus qui infantem de sacro fonte suscepit regulariter advocari deberet ut etiam munere patrini Confirmationis fungeretur; si enim duo sint patrini, neuter reapse munus suum implebit.

---

1) Carthaginen.
2) Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
3) Turuzitan.
4) De Ponta Grossa, Araucaniaën.
5) Mitylenen.
6) Nuscan.
7) Mediolanen.

8

Abrogetur can. 796 de necessitate diversorum patrinorum in Baptismate et Confirmationis sacramento.

9

Patrini simpliciter aboleantur quia moras causant in receptione sacramentorum.

10

Canones 793-798, quoad patrinos, abrogentur.

11

Abrogetur can. 794 de patrinis in Confirmationis sacramento.

12

Can. 799 simpliciter abrogetur.

13

Ut patrini adhibeantur in Confirmatione suadendum est, non vero iubendum.

8) Agathonician.
9) Pacen in California Inferiori.
10) Asculan Apul. et Ceriniolen, Ptolemaiden in Lybia.
11) Agathonician.
12) Rhoinen.
13) Pisan.

IV. DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA

1. De sacrosanto Missae Sacrificio

A) *De hora celebrationis Missae*

1

Quavis diei hora, sive matutina sive vespertina, S. Missa celebrari possit, absque ulla temporis limitatione.

2

Optatur facultas celebrandi Missam quacumque diei hora, iuxta necessitatem vel etiam commoditatem populi.

3

Concessio Missae vespertinae facilior reddenda est.

4

Restrictiones in usu facultatis celebrandi Missas vespertinas abrogentur.

5

Permittatur celebratio Missae qualibet hora diei vel noctis.

6

Quacumque hora missa celebrari possit, servato ieiunio.

---

1) Cerynien, Portus Pirien.
2) Mosynopolitan, Dunedinen.
3) Malacitan, Febianen, Bracharen, Telmissen.
4) S. Annae Pocatieren, S. Georgii Terrae Novae, Dallasen - Arcis Worthen.
5) S. Joannis Quebecen, S. Bonifacii.
6) Assien, Calaguritan et Calceaten, Santanderien, Letopolitan, Posnanien, Buscoducen, Sarsinaten, Fidentin, Civitatis Juarezen, Reconquisten, Drivasten, Calabocen,

7

Sacerdotibus in cura animarum generalis permissio detur celebrandi tres Missas in diebus dominicis et de praecepto, item offerendi Missam hora vespertina absque speciali permissione Episcopi.

8

Omnibus sacerdotibus sit facultas horis pomeridianis aut etiam serotinis Sacrum litandi, absque Ordinarii consensu, quoties id aliqua convenientia itineris vel laboris suaserit.

9

Pastoribus animarum imponatur stricta obligatio celebrandi Missam binatam vel vespertinam diebus Dominicis et Festis de praecepto, ne fidelium notabilis pars beneficio Sacrificii Missae privetur.

10

Permittatur quotidie saltem una Missa vespertina in omnibus ecclesiis magnarum urbium.

11

Missa vespertina ordinarie et non ex indulto diebus dominicis et festivis celebrari possit.

12

Missa vespertina permittatur diebus ferialibus pro operariis.

Truxillen, Neocarthaginen, de Ponta Grossa, Barranquillen, Sanaven, Montisvidei, Barrancabermejen, Rivadaviae, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Adamanteae, Risinitan, S. Caroli Ancudiae, Caeciritan, Caronen, Xapecoën, Mossoren, Chilapen.

7) Corporis Christi.
8) Caebuan.
9) Bucellen.
10) Sup. Gen. Mission. S. Joseph.
11) Lucknoven.
12) Siningen.

13

Diebus dominicis Missa vespertina bis dici possit.

14

Ulterius amplietur facultas celebrandi missas vespertinas, ubi bonum animarum id suadeat.

15

Quavis diei hora celebratio Missae fieri possit.

16

Extendatur privilegium Missae vespertinae in commodum Sacerdotis.

17

Multiplicentur Missae vespertinae diebus feriatis.

18

Omnibus Ordinariis facultas concessa sit missas serotinas omnibus hebdomadae diebus permittendi.

19

Pro celebratione Missae, aboleatur distinctio inter horas matutinas et horas postmeridianas, servatis tamen legibus ieiunii. Huiusmodi innovatio prodest praesertim parochis, qui celebrare debent Missas matrimonii aut exequiarum.

20

Matrimonii Missa vespere permittatur, diebus saltem quibus Missa matutina paroeciae notabili parti non est utilis.

---

13) Thignicen.
14) Sup. Gen. Soc. Jesu.
15) Sup. Gen. Mission. Scheut, Abbas Primas O. S. B., Sup. Gen. Ord. Scholarum P.
16) Bangaloren, Bombayen.
17) Sup. Gen. Fratern. Sac.
18) Burdigalen.
19) Trecen, Petrocoricen.
20) Bisuntin.

21

Concedatur Missa vespertina pro celebratione matrimonii.

22

Denuo horae precisae statuantur in quibus litari liceat tum in diebus festivis, tum in diebus feriatis, tum in specialibus solemnitatibus ut in Missionibus, sine necessitate recurrendi ad S. Sedem.

23

Sacrum litari possit ubicumque utilitas fidelium postulet, iudicio Ordinarii.

24

Missam celebrare quacumque hora, absque ulla restrictione, servatis ieiunii eucharistici legibus, liceat.

25

Sacerdotis itinerantibus, qui mane fuerint legitime impediti, detur facultas celebrandi horis vespertinis iuxta recentem disciplinam.

26

Omnibus sacerdotibus liceat, iure communi, Missam vespere celebrare.

27

Servato ieiunio Missa Vespertina litari possit a quolibet sacerdote, ad libitum.

28

Extendatur tempus utile ad celebrationem Missae.

---

21) S. Fidei in Argentina.
22) Albasiten.
23) Granaten, Albasiten.
24) Albien.
25) Sup. Gen. Ord. Carm.
26) Castabalen.
27) Dakaren, Rabaten.
28) Balecien.

29

Missae vespertinae celebrari possint sine recursu ad loci Ordinarium.

30

Missa vespertina ob bonum publicum, sine permissione Episcopi, celebrari possit.

31

Concedatur Missae Vespertinae celebratio pro ordinatione Episcopali et sacerdotali.

32

Concedatur facultas bis vel ter litandi hora vespertina.

33

Inchoatio S. Missae cum consensu Ordinarii loci a media nocte permittatur (can. 821).

34

Ab hora tertia usque ad vigesimam primam permittatur Missae celebratio.

35

Ab hora quarta usque ad vigesimam primam permittatur Missae celebratio.

36

Concedatur celebratio Missae Vespertinae ab hora decima quinta.

37

Ad libitum Missa celebrari possit ab una hora ante auroram usque ad unam post meridiem, et ab hora decima sexta ad horam vigesimam secundam.

---

29) Adraen.
30) Rhoinen, Zamoren, Arsinoitan in Arcadia, Acalissen, Yucatanen, Maracayen, Sidetan.
31) S. Fidei in Argentina.
32) Sanaven, Santosen.
33) Agathonician.
34) Doaren, Lomzen, Trocmadian.
35) Jotan.
36) Portus Pacis.
37) Calabocen, Brigantien in Brasilia, Conchen in Aequatore.

38

Missae celebrandae initium ne fiat citius quam hora tertia ante meridiem vel serius quam una hora post meridiem.

39

Determinatio temporis pro Missae celebratione relinquatur Episcopis in Missionibus.

40

Missionarii Missam Vespertinam etiam in Aethiopiam, magno cum catholicorum orientalium stupore atque christianorum dissidentium scandalo introduxerunt.

41

Missionarii possint per totas octavas Nativitatis et Paschatis celebrare Missam media nocte.

42

In diebus 25 decembris et 1 ianuarii Missa celebrari possit in omnibus ecclesiis paroecialibus ac Oratoriis media nocte.

43

In nocte Circumcisionis Domini a media nocte inchoari possit Missa in omnibus Ecclesiis et Oratoriis publicis.

44

Sacerdoti horis matutinis ob gravem causam a Missa celebranda impedito horis postmeridianis litare liceat, adiecta facultate S. Communionem fidelibus vel intra Missam vel etiam immediate ante sive immediate post Missam, distribuendi.

---

38) Asponitan.
39) Bulauaien, Tipasitan in Mauretania, Civitatis Reginae.
40) Sozusen in Lybia.
41) Katiolaën, Gagnoaën, Buaken, Daloaën, Abidjanen.
42) Campecoren.
43) Capicen.
44) Sidonien.

45

Facultas concedatur omnibus sacerdotibus celebrandi Missam quacumque hora diei.

B) *De ieiunio Sacerdotum ante Missae celebrationem*

1

Etiam pro sacerdotibus tres horae vel una hora ieiunii computentur a Communione.

2

Sacerdotibus, praesertim iis qui ter vel bis celebrent, facultas concedatur aliquid sumendi ante Missae celebrationem.

3

Pro sacerdotibus ieiunium reducatur ad unam vel duas horas, aliter fere numquam qui binat vel trinat aliquem cibum sumere potest.

4

Ieiunium sacerdotum qui bis vel ter litare debent mitius reddatur, v. g. concedatur aliquid sumendi facultas per modum potus, non servato horae unius ieiunio.

5

Ieiunium, etiam pro sacerdotibus, reducatur ad unam tantum horam ab initio Missae vel a Communione computandum.

6

Ieiunium computetur etiam pro sacerdote a momento sumptionis Sacramenti.

---

45) Edmundstonen.
1) Febianen, Liverpolitan, Leodien, Duren, Botrianen, Namurcen, Geneven et Friburgen.
2) Thibaritan.
3) S. Matthaei.
4) Febianen, Liverpolitan.
5) Isinden, Ruremonden, Roterodamen, Groningen.
6) Portus Pacis, Rhoinen, S. Sebastiani Fluminis Januarii, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Leopoldinen, Xapecoën, Sup. Gen. Salvator.

7

Instauretur illud antiquum indultum, quo sacerdos immediate ante binationem vel trinationem possit cibum per modum potus sumere, saltem in diebus festis.

8

Magis faveatur sacerdotibus qui bis vel ter in die Sacrum litant. Iidem solvantur ab obligatione ieiunandi per spatium unius horae ante Missam.

9

Sacerdotes, qui diebus dominicis vel de praecepto duas Missas rite celebrant et ratione aliqua nil per modum potus ante primam Missam sumere possunt, permissionem habeant aliquid per modum potus sumendi, etsi non interveniat spatium unius horae.

10

Eucharisticum ieiunium pro sacerdotibus labore graviter oneratis reducatur.

11

Celebrantis ieiunium reducatur ad unam tantum horam.

12

Mitigetur lex ieiunii pro Missionariis.

---

7) Judiciforen, Palmen, Rhoinen, Potosen, Caxien.
8) Ubazen.
9) Armidalen.
10) De Pointe Noire, Mvanzaën, Civitatis Reginae.
11) Buscoducen.
12) Sup. Gen. Oblat. B. M. V. Immac.

C) *De binatione et trinatione Missae*

1

Oportet determinare in quibus adiunctis concedatur facultas binandi vel trinandi in diebus festivis vel ferialibus.

2

Concedatur facultas quater litandi in diebus festivis.

3

Queant presbyteri, de consensu Ordinarii, gravi de necessitate, quater diebus dominicis aliisque de praecepto diebus litare.

4

Episcopis facultas sit suis sacerdotibus permittendi duarum Missarum celebrationem etiam diebus infra hebdomadam, ad bonum fidelium.

5

Sit Ordinariis facultas permittendi ter Missam celebrandi.

6

Ordinariis locorum facultas tribuatur permittendi binationem diebus ferialibus et trinationem diebus festivis.

7

Quater, iudicio Ordinarii, litare liceat in festis solemnibus.

---

1) Nyerien.
2) Sanaven, Mexican, Viten, Taubaten.
3) Joannesburgen.
4) Neo-Eboracen, Caebuan.
5) Taipehen.
6) Sydneyen.
7) Constantinian, Misuraten.

8

Parochis concedatur facultas tres Missas litandi in eadem ecclesia, absque onere recurrendi ad Ordinarium sed unice in diebus de praecepto et attento bono fidelium.

9

Parochis concedatur licentia diebus dominicis et festivis de praecepto duas Missas vespertinas litandi, quin teneantur ad Ordinarium recurrere.

10

Concedatur facultas binandi diebus profestis.

11

Concedatur facultas etiam trinandi diebus ferialibus ob sacerdotum penuriam.

12

Omnibus sacerdotibus permittatur duas aut tres Missas celebrare diebus feriis, propter gravem sacerdotum penuriam multis in regionibus.

13

Sacerdotibus, qui itineris causa impediti sunt ne Missam celebrent mane, liceat, lege ieiunii servata, serotinam Missam etiam privatim celebrare.

14

Concedatur facultas Missam iterandi etiam diebus ferialibus, ad fovendam, iudicio Ordinarii, Eucharisticam pietatem.

---

8) Jaren, Londrinen.
9) Jaren.
10) Mexican, Viten, Popayanen, Neocarthaginen, Barranquillen, Valdivien, Taubaten, Ss. Incarnationis et Paranen Superioris, Risinitan, Acalissen, Pesqueiren, Campinen, Drivasten, Caesarien Philippi.
11) Ndolaën, Balduinopolitan.
12) Ossorien.
13) Imae Telluris et Pointapitren.
14) Balduinopolitan, Ndolaën, Pisitan.

15

In Missis binatis vel trinatis omittere collectas imperatas, preces post Missam, « Gloria » et « Credo » licitum sit.

D) *De concelebratione*

1

Saltem aliquando venia concelebrationis omnibus ritibus concedatur.

2

Permittatur concelebratio toties quoties plures sacerdotes simul in eadem ecclesia Missam lectam celebrant.

3

Permittatur concelebratio sacerdotum, praecipue cum suo Episcopo, certis diebus (feria V in Coena Domini, inter spiritualia exercitia, in Synodo, in aliquibus coetibus...), etiam cum Communione sub specie vini.

4

Permittatur concelebratio in casibus peculiaribus, cum magnus sacerdotum numerus, ut puta in conventibus, una adest.

5

Quando adest concursus sacerdotum, opportunum esset concelebrationem permittere.

6

Concelebratio concedenda ubi multi sacerdotes simul conveniunt.

---

15) Nyerien.
1) Kothamangalamen.
2) Goan.
3) Caesaraugustan, Celsonen, Ruremonden, Roterodamen, Ultraiecten, Namurcen, Spalaten et Macarscen, Vatarben, Argentinen.
4) Buscoducen.
5) Catalaunen, S. Deodati, Andegaven, Nemausen.
6) Gravinen et Montis Pelusii.

7

Concelebratio permittatur ad nutum Ordinarii, v. g. in sessionibus synodalibus, in exercitiis spiritualibus, etc.

8

Concedatur facultas verae concelebrationis pro communitatibus presbyterorum, maxime eorum, qui ad Missam conventualem sunt obligati; pro conventibus, in quibus plures sacerdotes conveniunt.

9

Permittatur usus concelebrationis in domibus religiosis et in ecclesiasticis adunationibus.

10

Ubi simul multi sunt sacerdotes, concedatur concelebratio Missae, ita tamen ut unusquisque habeat suum missale, suum calicem cum hostia, etc. et unus (aliis respondentibus) legat catecheticam usque ad offertorium et postea procedant omnes simul. Diversa altaria disponi possent in semicirculo, ut tres vel quattuor sacerdotes concelebrare possent in unico magno altari.

11

Concelebratio permittatur exercitiorum spiritualium tempore aliorumque sacerdotalium conventuum.

12

Concedatur concelebratio inter sacerdotes diversorum rituum catholicorum.

---

7) Hierosolymitan, Rabaten, Cataquen, Carthaginen.

8) Essendien, Eminentianen, Monasterien, Friburgen, Berolinen, Calydonien, Bassianen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.

9) Sup. Gen. O. S. B., Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B., Sup. Gen. Congr. Belg. O. S. B.

10) Nepten.

11) Belemen de Parà.

12) Carthaginen.

13

Concedatur concelebratio in Coena Domini.

14

Concelebratio admittatur; omnes tamen concelebrantes suum stipendium accipiant.

15

Praecipiatur concelebratio in singulis adiunctis.

E) *De applicatione Missae pro populo*

1

Obligatio applicandi Missam pro populo in festis suppressis abrogetur.

2

Praeceptum applicandi Missam pro populo adimpleri possit ab Episcopo vel parocho una cum applicatione Missarum quae occasione festorum solemnium a fidelibus suffragantur.

3

Obligatio applicandi pro populo adsit tantum in diebus dominicis.

4

Reducantur Missae pro populo ita ut celebrentur tantummodo bis in mense.

---

13) Carthaginen.
14) Capitis Haitiani.
15) Fulginaten.
1) Icen, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Jericoën, Huajuapamen.
2) Managuen.
3) Rhoinen.
4) Sorsogonen.

F) *De stipendiis Missarum*

1

Quoad stipendia Missarum optandum est ut similia sint pro omnibus dioecesibus eiusdem regionis et omnes clerici et religiosi statuta ab Ordinariis observent; et quaelibet exceptio approbationem habeat ab Ordinario.

2

Opportunum videtur reformare systema eleemosynarum Missae et iurium stolae. Ratio praecipua est abusus qui vigere videtur in aliquibus locis.

3

Facultas concedatur sacerdotibus qui binas vel trinas Missas celebrent, etiam diebus ferialibus, alterum vel etiam tertium stipendium accipere sub gravi obligatione eleemosynas ita perceptas devolvendi Ordinario, qui etiam graviter obligatur utendi stipendiis ita receptis pro Seminario, pro caritate vel propagatione fidei, Sede Romana probante in unoquoque casu.

4

Missarum stipendia abolenda sunt.

5

Ad paupertatem sacerdotum sublevandam facultas conferatur retinendi eleemosynam Missae binatae etiam in ferialibus diebus.

6

Ad favendam applicationem Ss. Missae ex parte fidelium in unaquaque dioecesi haec norma statuatur: dimidia pars eleemosynarum S. Missae ab alia dioecesi provenientium solvatur aerario dioecesano pro communibus necessitatibus.

---

1) Campivallen, Sup. Ord. S. Pauli I Eremitae.
2) Jaffnen.
3) Bakerien, S. Pauli de Minnesota.
4) Tacen.
5) Pesqueiren.
6) Daren.

2. De sanctissimo Eucharistiae sacramento

A) *De sancta Communione*

1

Iterum in mentem omnium revocentur decreta S. Pii X circa Communionem frequentem et mox ab incepto usu rationis accipiendam.

2

Noviter inculcentur decreta S. Pii X de Communione tempestiva et frequenti.

3

Sacerdotibus et fidelibus, praesertim parentibus, denuo inculcetur obligatio pueris in aetate, in qua incipiunt ratiocinari, S. Communionem administrandi. Ita maiores numero erunt vocationes ad sacerdotium et ad statum religiosum.

4

Concedatur laicis, qui nocte Nativitatis et Resurrectionis in Missa solemni SS. Sacramentum sumpserunt, ut etiam in Missa in die celebranda S. Communionem sumere possint.

5

Cum D. N. I. C. nullam imposuerit restrictionem quoad numerum Communionis quotidianae, permitti posset Communio fidelibus, singulis in Missis ab ipsis una cum celebrante oblatis.

6

In Missionum territoriis concedantur ampliores facultates circa administrationem Eucharistiae.

---

1) Aquen.
2) Monasterien.
3) Busiritan.
4) Berolinen.
5) Lucknoven.
6) Nunt. Ap. in Haiti.

7

Possit sacerdos deferre Comunionem pagis dissitis more infirmorum, quia non potest celebrare multas Missas nec in aliquibus sacellis adservare Eucharistiam opportunum est; automobilis medium conveniens videtur.

8

Protendatur tempus receptionis sacramentorum ad lucrandas indulgentias quindecim dies ante et post diem signatum.

9

Communiones sic dictae generales praesertim in communitatibus puerorum et puellarum restringantur.

10

Agatur de usu et abusu S. Communionis.

11

Osculum anuli Episcopi ante Communionem supprimatur.

12

In quibusdam adiunctis permitti posset Eucharistiae administratio dum celebrans in cathedra sedet.

13

Catholici, in pagis sine ecclesia et sacerdotibus catholicis, recipere possint S. Communionem in ecclesiis acatholicorum.

---

7) S. Dominici.
8) Montisvidei.
9) Tabuden.
10) Tuden, Asturicen.
11) Nagpuren, Aimeren - Jaipuren, Onitshaën, Sanaven, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
12) Ogogiaen.
13) Hermopolitan.

14

Liceat S. Communionem ministrare, ut in primis christianismi diebus, sine tot requisitis secundariis ut v. g. altari, ieiunio, paramentis, mappis, cereis, etc.

15

Concessio de qua in A. A. S. XX, 79 extendatur.

16

Quam maxime foveantur Congressus Eucharistici internationales, nationales, dioecesani, et interparoeciales.

17

Omnibus sacerdotibus liceat uti « antemensa » in Missarum celebratione.

18

Tractetur quaestio de admittendis adultis aut filiis practice infidelium ad Communionem.

B) *De Prima Communione*

1

Ad primam Communionem adaequata praeparatio habeatur.

2

In can. 854 notentur mysteria quae pueri scire debent pro prima S. Communione.

3

Tres dies exercitiorum praecedant primam Communionem.

---

14) Adamanteae.
15) Truxillen.
16) Aguariccoen.
17) Caebuan.
18) Portugallen.
1) Consentin.
2) Turuzitan.
3) Guayaquilen, Coptitan.

4

Praxis communis statuatur in administranda prima Communione.

5

Parocho tantum ius tradatur adprobandi et admittendi pueros ad primam Communionem.

6

Iudicium de sufficienti dispositione unice reservetur parocho vel eius delegato.

7

Amplior facultas concedatur parocho; administretur sub septimum vel octavum annum.

8

Ne amplius habeantur primae Communiones apud instituta Sororum, quo accedunt filii divitum.

9

Affirmetur praecipuum ius parentum esse, quod ipsi liberos suo tempore ad primam Communionem Eucharisticam praeparare et adducere possunt.

10

Susceptio primae Communionis validis normis restituatur ad rem sacram, reprobando exaggeratas externas caeremonias.

11

Pompa in festis primae Communionis improbetur.

---

4) Polycastren.
5) Dianen, Canen.
6) Signin.
7) Interamnen et Narnien.
8) Asculan Apul. et Ceriniolen.
9) Calydonien.
10) Montis Regalis in Pedemonte.
11) Legionen.

12

Habitus primae Communionis simplex sit et optandum est ut uniformitas statuatur.

13

Quid de primae Communionis administratione pueris parentum catholicorum qui secreto diis sacrificant (Vadou)?

C) *De ieiunio eucharistico*

1

Maior fiat simplificatio legum circa ieiunium eucharisticum.

2

Lex ieiunii expeditior fiat.

3

Normae novae quoad ieiunium eucharisticum in C. I. C. inserantur.

4

Novissima quoad ieiunium eucharisticum praescripta C. I. C. inserantur ad can. 858.

5

Ieiunium eucharisticum, uti in Motu Proprio 18 Martii 1957 proponitur, non ultra mutetur.

6

Ulterius mitigetur ieiunium eucharisticum.

---

12) Preslaven.
13) Portus Pacis.
1) Bisuntin, Senonen, Ebroicen, Rhedonen, Syren, Sanctorien, Aberdonen, Canen, Ferrarien.
2) Attaeatan, Nasaiten.
3) S. Deodati.
4) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
5) Agathonician.
6) Calydonien.

7

Recenseatur lex ieiunii, reducendo tempus sive pro liquido sive pro solido, sine determinatione temporis pro aqua vel medicamentis.

8

Pro ieiunio eucharistico spatium sit unius horae.

9

Ieiunium eucharisticum ad unam horam quoad potum et cibum reducatur.

10

Ieiunium unius tantum horae operariis valde prodesset.

11

Quoad ieiunium eucharisticum differentia inter cibum solidum et potum (exceptis aqua et potibus alcoholicis) abrogetur, quia pauperes in multis Missionibus non habent liquida quae nutriunt, uti v. g. lac, « bouillon » etc.

12

Ieiunium eucharisticum computetur pro omnibus (etiam sacerdotibus) per unam horam ante Communionem quoad cibum solidum et quoad potum non alcoholicum.

13

Melius esset spatium unius horae pro ieiunio a cibo et a liquido statuere, nam in Missionibus difficile est indigenis tempus supputare, praesertim in casu Missae vespertinae.

---

7) Montisvidei.
8) Clavaren, Paralien, S. Galli.
9) Shihtsienen, Tamimen, Dunedinen.
10) Liverpolitan, Ruremonden, Roterodamen, Groningen, Buscoducen, Brugen, Isinden.
11) Makassaren.
12) Edmundstonen.
13) Nairobien.

14

Ieiunium duarum tantum horarum saltem operariis valde prodesset.

15

Initium obligationis ieiunii eucharistici ab omnibus tum laicis tum sacerdotibus computetur ab initio Missae, non a tempore quando incipit distributio Eucharistiae in Missa.

16

Eidem legi ieiunii eucharistici subiiciantur sacerdos celebrans et fideles: a fidelibus exigitur unius aut trium horarum intervallum ante Communionem: a sacerdotibus unius aut trium horarum intervallum ante Missae initium.

17

Aequiparetur terminus supputationis ieiunii eucharistici sacerdotum cum laicis (Communio, non celebratio).

18

Pro regionibus, ubi inopia sacerdotum habetur et ubi frequenter itinera pedestria instituenda sunt, petitur facultas reducendi tempus ieiunii eucharistici tum pro sacerdotibus tum pro christifidelibus.

19

Examinetur quaestio de ieiunio eucharistico praesertim quoad sacerdotes qui bis vel ter Missam celebrent, et quoad aegrotos.

20

Lex de ieiunio eucharistico eadem omnino sit pro sacerdotibus quae pro fidelibus, nam lex iam vigens persaepe non est in utilitatem sacerdotum qui die dominica duas vel tres Missas celebrant.

---

14) Ultraiecten, Leodien, Druen, Laganitan, Circesien.
15) Corporis Christi.
16) Blesen, Avenionen, S. Deodati.
17) Spiren, Aquisgranen.
18) Ordinarii Indonesiae.
19) Sherbrooken, Nicoletan, Yarmuthen.
20) Pergen, Sidonien.

21

Denegatio iuris bibendi, post mediam noctem, potiones alcool continentes, pro sacerdotibus qui crastina die ante meridiem Sacrum litabunt iterum confirmetur.

22

Ieiunium eucharisticum totaliter supprimatur sive pro fidelibus sive pro sacerdotibus.

D) *De hora S. Communionis administrandae*

1

Normae simplices et clarae dentur.

2

Normae circa tempus administrandi S. Communionem dentur.

3

Quavis diei hora fideles Communionem libere recipere possint.

4

Sacra Communio distribui possit extra Missam etiam post meridiem.

5

Omnibus concedatur potestas Eucharistiae post meridiem recipiendae, extra quoque Missae celebrationem.

---

21) Ubazen.
22) Chillanen.
1) Bisuntin, Senonen, Ebroicen, Rhedonen.
2) Daonien, Sandomirien, Panitan, Kielcen, Trocmadian, Thuggen, Jotan.
3) Sup. Gen. Ord. Scholarum P., Sup. Gen. Mission. S. Ioseph, Sup. Gen. Fratern. Sac., Sup. Gen. O. E. S. A.
4) Taipehen, Yihsienen, Avenionen.
5) Brittinorien, Castabalen, Girbitan, Acarassen, Ndolaën, Balduinopolitan, Culiacanen, Zacatecen, Tampicen, Zamoren, Leopoldien.

6

Concessa Missa vespertina, concedatur ubique et qualibet hora S. Communio, servatis de iure servandis er rationabiliter petentibus.

7

Facultas sit administrandi S. Communionem horis vespertinis, saltem in nosocomiis, eo quod mane non abest periculum irreverentiae propter laborem ministrantium et ipsorum sacerdotum et degentium festinationem.

8

Concedatur facultas Communionem administrandi in horis vespertinis extra Missam.

9

Ita mutetur can. 867 § 1: Omnibus diebus et qualibet diei hora vel noctis, praeter V et VI feriam et Sabbatum Maioris Hebdomadae licet Ss. Eucharistiam distribuere.

10

S. Communio quacumque hora recipi possit, servato ieiunio eucharistico.

11

Opus esset Eucharistiam distribui posse qualibet nocturna vel diurna hora, saltem ad Ordinarii iudicium.

---

6) Oppiden, Pacten, Sarsinaten, Sypontin, Caesenaten, Montis Regalis in Pedemonte, Taurinen, Novarien, Cariaten, Ptolemaiden in Lybia, Canen.
7) Sup. Gen. Barnab.
8) Conchen, Tabuden, Giennen, Santanderien, Heliosebasten, Bracharen, Telmissen, Praeneten, Camulianen, Leopolien Latinorum, Varsavien et Gnesnen, Mechlinien.
9) Cusien.
10) Assien, Albasiten, Calaguritan et Calceaten, Leopolitan, Liverpolitan, Rabaten, Truxillen, Neocarthaginen, Barranquillen, Patosen, Sanaven, Montisvidei, Barrancabermejen, Mexican, Viten, Rivadaviae, S. Pauli, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Adamanteae, Quiten, Medellen, Caeciritan, Caronen, Iquitosen, Civitatis Juarezen, Reconquisten, Pompeian.
11) Monopolitan.

12

S. Communio possit recipi quacumque hora primis feriis sextis et primis sabbatis mensis.

13

Desideratur interpretatio authentica can. 867 § 4.

E) *De formula in administratione SS. Eucharistiae adhibenda*

1

Abbrevietur formula, quae adhibetur in S. Communionis distributione.

2

Brevior fiat formula distributionis S. Communionis ob inopiam sacerdotum.

3

Ob multitudinem fidelium, qui ad S. Communionem accedunt, formula contracta adhibeatur: « Corpus Christi ».

4

Reditus fiat ad antiquam formulam Communionis: « Corpus Christi. Amen ».

5

Formula administrationis S. Communionis sit: « Corpus Christi custodiat te ».

6

Formula administrationis Communionis pro pluribus dicatur.

---

12) Pudentianen, S. Sebastiani Fluminis Januarii, Huajuapamen.
13) Pompeian.
1) S. Bonifacii, Timminsen, Treviren, Dagnen, Onitshaen.
2) Tampicen, Caëtiten.
3) Catalaunen, Virodunen.
4) S. Agathae Gothorum, Viglevanen, Vaccarien, Moronen, Rhoinen, Sanaven, Medellen, S. Jacobi Equitum, Sup. Gen. Mission. S. Ioseph.
5) S. Antonii de Balsas, Judiciforen.
6) Bethlehemen, Afogaden de Ingazeira.

7

In administratione publica SS. Eucharistiae, quoties recipientes sat sint numerosi, sacerdoti liceat continuo dicere: « Corpus Domini Nostri Iesu Christi custodiat animas vestras in vitam aeternam », quin formula in numero singulari super unumquemque recitetur. Vel, si adhuc optetur ut formula super unumquemque dicatur, in hanc breviorem mutetur: « Corpus Domini custodiat te in vitam aeternam ».

F) *De S. Communione a laicis administranda*

1

Viri religiosi vel laici designati ab Episcopo possint distribuere Communionem ob penuriam sacerdotum.

2

Ubi sacerdos deest, bonum esset si religiosis professis (viris et mulieribus) permitti posset S. Viatici administratio.

3

Monialibus detur facultas sumendi et administrandi S. Communionem in casu persecutionis et profanationis Sacramenti.

4

Absente ministro deputetur pro S. Eucharistiae dispensatione aliqua persona idonea, praesertim religiosa vel laica notae probitatis.

5

Eucharistiae distributio locis dissitis permittatur laicis probis necnon sanctimonialibus sororibus.

---

7) Sydneyen.
1) Tampicen, Adamanteae, Risinitan.
2) Ogogiaen.
3) Oruren.
4) Pisitan.
5) Othieren.

6

In terris Missionum fratribus et sororibus religiosis, ubi non adsit sacerdos, Communio distribuatur ab uno vel una ex ipsis sodalibus.

7

In dissitis regionibus, in territoriis sive Missionum sive iuris communis, religiosae ob penuriam sacerdotum seu absentiam missionariorum, per integram hebdomadam, immo quandoque per plures hebdomadas, privantur S. Communione. Unde desideratur ut ipsae, caute itaque et iuxta dandas normas, sibi porrigant in casu SS. Sacramentum.

8

Episcopus permittere possit ob inopiam sacerdotum ut Superiorissa Communionem distribuat subditis.

9

Concedatur Superiorissae facultas administrandi religiosis subditis S. Communionem.

10

In specialissimis circumstantiis facultas tribuatur religiosis feminis S. Communionem distribuendi.

11

Unaquaeque religiosa sumat Hostiam ex Ciborio aperto a Superiorissa et super altare posito.

12

In regionibus ubi sacerdos desideratur, aliquis optimae notae laicus (e. p. catechista in terris Missionum) iure gaudeat sese communicandi et S. Communiorum distribuendi fidelibus.

---

6) Lucknoven, Ahmedabaden.
7) Sup. Gen. Congr. Ss. Redemptoris.
8) Margen, Victorien Spiritus Sancti, Sanaven, Phasan, Attuden, Risinitan, Caxien, Soldaien.
9) Tipasitan in Mauretania.
10) Judiciforen.
11) Tubaraoen.
12) Madraspolitan et Meliaporen.

G) *De S. Communione sub utraque specie*

1

Permittatur S. Communio sub utraque specie:

a) in concelebratione quae collationem ss. ordinum sequitur;

b) in communitatibus minoribus bene instructis (e. g. in cursibus exercitiorum, in hebdomade studiorum, in Seminariis, etc.);

c) in celebratione sacramenti Confirmationis;

d) in celebratione sacramenti Matrimonii;

e) in professione votorum religiosorum.

In casibus *a*, *d*, *e*, sumptio SS. Sanguinis ex ipso calice fieri potest. In aliis casibus, modus intinctionis sicut in ritibus orientalibus commendatur. Etiam in his casibus, nemo laicorum ad utramque speciem sumendam teneatur nec obligetur.

2

Communio sub utraque specie fidelibus concedatur in quibusdam casibus (v. g. in nuptiis, in renovatione solemni promissionum Baptismi, in professione religiosa, etc.). Haec concessio nos redderet magis Ecclesiis orientalibus conformes.

3

Concedatur facultas recipiendi Eucharistiam sub utraque specie laicis in Missis pro sponsis.

4

S. Communio sub utraque specie administretur saltem in maioribus anni festis.

5

Concedatur sacerdotibus Communio sub utraque specie in ordinatione presbyterali.

---

1) Berolinen, Calydonien, Bassianen, Paderbornen.
2) Argentinen.
3) Ultraiecten.
4) Caesaraugustan, Ruremonden, Roterodamen, Kroonstaden, Phatanen, Inongoën, Civitatis Reginae, Belemen de Parà.
5) Ultraiecten, Namurcen, Vladislavien.

H) *De S. Communione infirmis administranda*

1

S. Communio quavis diei hora infirmis distribui possit.

2

Ut infirmis facilius Communio ministretur, sit facultas qualibet diei hora, iis etiam horis quibus Missae sacrificium non offertur, deferendi SS. Eucharistiam ad infirmos.

3

Permittatur administratio Communionis degentibus in nosocomiis etiam horis postmeridianis, quia horis matutinis accessus ad aegrotos saepe perdifficilis evadit propter curam medicam.

4

Ordinario plenior concedatur facultas super ieiunium dispensandi in favorem aegrotantium, ita ut illi usque ad unam horam ante sumptionem SS. Eucharistiae etiam solidum sumere cibum possint, si medicus hoc necessarium censeat.

5

Permittatur infirmis cibum solidum sumere una hora ante Communionem.

6

Aegroti, cum consensu confessarii, aliquid per modum cibi sumere possint, usque ad unam horam ante celebrationem (si agatur de sacerdotibus) vel Communionem (si agatur de fidelium Communionibus).

---

1) Sidonien.
2) Antiochen parvus.
3) Philadelphien Latinorum.
4) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
5) Taipehen.
6) Sidonien.

7

Leges ieiunii eucharistici attingentes aegrotos, qui morbo sic dicto «diabetico» laborant, explicentur, ita ut ipsi aliquid per modum medicinae, etsi solidum, sumere possint immediate ante S. Communionem.

8

Fidelibus aegrotantibus, qui quacumque causa solida elementa glutire nequeant, sub specie vini SS. Eucharistia administretur.

9

Ius ferendi Viaticum ac Communionem etiam publice concedatur cuilibet confessario ab infirmis advocato. Sufficere videtur certiorem reddere parochum.

10

Sacerdos, Viaticum deferens in vicis dissitis, particulas, quas aegroti sumere non potuerunt, etiam non ieiunus absumere valeat.

11

In diversis adiunctis Communionem vel Viaticum infirmis administrari liceat sine candelis accensis.

12

S. Communio ad infirmos deferatur semper privatim.

K) *De S. Communione in Hebdomada Sancta*

1

In libris liturgicis statuatur an Episcopus, qui tantum assistit caeremoniis Hebdomadae Maioris, debeat se communicare vel SS. Eucharistiam recipere a celebrante.

---

7) Londonen, Pembroken.
8) Fidentin, Judiciforen.
9) Adraen.
10) Sakanien.
11) Holaren.
12) Sup. Gen. O. E. S. A.
1) Hadrianopolitan in Haemimonto.

2

Permittatur sacerdotibus Communio sub utraque specie in Missa Feriae V Hebdomadae Sanctae.

3

In feria V Maioris Hebdomadae liceat clericis praesentibus (et forsitan etiam fidelibus) S. Communionem accipere mane et vespere: mane sacramentaliter communicandi et vespere celebrandi.

4

In feria V Maioris Hebdomadae S. Communio quacumque hora distribui possit, servato ieiunio; innumeri enim sunt qui illa die ad sacram mensam accedunt.

5

In feria V in Coena Domini concedatur Communionis distributio quacumque hora, ratione praecepti paschalis.

6

Decernatur an distribui possit S. Communio separatim a Missa.

7

In Missa Chrismatis, in Ecclesia Cathedrali habita, fideles ad Sacram Synaxim accedere valeant.

8

Concedatur distributio Communionis in feria VI Maioris Hebdomadae extra sacram functionem.

---

2) Namurcen.
3) Berolinen.
4) Santanderien.
5) Pereiran.
6) Albasiten.
7) Philadelphien Latinorum.
8) Succursen et S. Aegidii.

9

Consideretur opportunitas iterum permittendi fidelibus accessum ad Communionem Sabbato Sancto.

10

Concedatur distributio Communionis Sabbato Sancto extra sacram functionem.

9) Philadelphien Latinorum.

10) Succursen et S. Aegidii.

V. DE POENITENTIA

1. De disciplina peonitentiali nostris temporibus aptanda

1

Administratio Sacramenti Poenitentiae reformetur, ut magis inculcetur et exerceatur poenitentiae virtus in contritione cordis.

2

Serio Poenitentiae sacramenti actualis praxis consideretur.

3

Disciplina poenitentialis adhuc necessaria ad animarum salutem moresque corrigendos videretur, sed temporibus nostris aequanda.

4

Agatur de instauranda disciplina Ecclesiae circa peccatores publicos.

5

Num in Ecclesiae potestate sit minus exigere ex parte poenitentis in peccatorum confessione videatur, quia Poenitentiae sacramenti administratio nostris temporibus saepe evadit nimis gravosa et difficilis.

6

Absolute interdicatur Missae celebratio et S. Communionis receptio sine praevia absolutione sacramentali illis qui in mortali sunt; contritionis actus insufficiens videtur...

---

1) Busiritan.
2) Portugallen, Sedunen.
3) Neritonen.
4) Canarien.
5) Lamen.
6) Thinisen in Numidia.

7

Amplietur et determinetur doctrina de integritate in manifestatione peccatorum in confessione orali.

8

Moneantur confessarii ut rationem habeant de can. 887. Etsi enim principia theologica de satisfactione sacramentali nota sunt, scilicet apud auctores recitatio quinque decadum Rosarii, vel aequivalens, minima est satisfactio quae vocetur gravis, ideoque et Concilium Tridentinum et Rituale Romanum instant gravi pro peccato levem non esse imponendam satisfactionem nisi adsint causae minuendi satisfactionem sacramentalem, sunt tamen confessarii non pauci qui propensi sunt ad satisfactiones leviores iniungendas pro peccatis gravibus.

9

Cum finis satisfactionis sacramentalis sit poenae temporalis remissio, declaretur an confessario liceat poenitenti iniungere alium finem in satisfactione solvenda v. g. preces pro animabus Purgatorii, sicut de facto non raro accidit.

10

Cum de poenitenti recidivo agitur, multi in praxi videntur concludere absolutionem nemini denegandam esse vel etiam differendam, cum poenitus ad confessarium libere et spontanee accedat. Huiusmodi praxis videtur magnum implicare periculum nullitatis sacramenti ob defectum contritionis aut etiam verae attritionis. Videtur expedire ut disciplina sacramentalis in hoc determinetur.

11

Sacerdos teneatur ex stricta obligatione aliquot proferre consolationis et exhortationis verba, nec non spiritualem directionem pro unoquoque poenitente impertiri.

---

7) Seguntin.
8) Alladen.
9) Sidonien.
10) Mylasen.
11) Caesarianen.

12

Disciplina poenitentialis sedulo est consideranda ratione habita scandali infidelium ac philosophorum non semper irrationalis, cum agitur praecipue de maximis facinoribus aut de vita catholicorum conspicuorum in ordinaria iniustitia sive recidiva immoralitate viventium.

13

Agendum esse videtur de confessione sacramentali ex devotione instituta.

14

Statuatur utilitas confessionis sacramentalis pro iis etiam qui venialiter tantum peccaverunt, et commendetur usus frequens talis confessionis non tantum ad remittenda peccata sed etiam ad procurandam gratiam sacramentalem proportionatam peccatorum confessioni, contritioni et satisfactioni.

15

Auditio confessionum reddatur rarior pro animabus in gratia positis, ad profectum eorum qui in tali statu non sunt.

16

Facultates dispensandi, quas parochi habent, concedantur etiam simplicibus confessariis.

17

Confessarius ius habeat poenitentibus suis lectionem librorum prohibitorum concedendi, si prudenter censuerit poenitentes tales libros legere debere et eos, necessitate coactos, etiam sine permissione tales libros lecturos esse.

18

Confessarii moneantur ne intermittant studium theologiae moralis.

---

12) Portugallen.
13) Buscoducen.
14) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
15) Sup. Gen. Ord. CC. RR. Minorum.
16) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
17) Gedanen.
18) Guayaquilen, Coptitan.

19

Monendi sunt confessarii qui saepissime parvipendunt gravissimas obligationes, sive iustitiae commutativae, sive iustitiae socialis.

20

Confessores rigidius agant contra neo-paganos.

21

Ad vitanda graviora peccata concedatur religiosis et piis fidelibus facultas accedendi ad S. Communionem in casu necessitatis post gravem lapsum, elicito tamen prius actu perfectae contritionis, si desit confessarius ad quem facile, sine gravi metu, peccata sua confiteri possint.

22

Moralis christiana ne restringatur ad VI et IX praeceptum.

23

Desiderantur directivae concretae de onanismo tractando tum in confessionali tum extra confessionale.

24

Absolvere liceat mulieres quae peccato onanismi non annuunt.

25

Indicationes dentur circa disciplinam poenitentialem pro praxi.

26

Praesertim parochi bene et instanter doceant suos fideles actus ad contritionem perfectam excitandam. In longinquis enim Americae meridionalis regionibus maxima pars catholicorum sine sacerdotum adsistentia moritur.

---

19) Canarien.
20) Signin.
21) Soldaien.
22) S. Ioannis a Missionibus.
23) Garanhunen.
24) Sanaven.
25) Tarvisin.
26) Zamen Maior.

27

Confessiones immigrantium a sacerdotibus eiusdem linguae excipi pernecessarium apparet ad evitanda sacrilegia, bigamias etc.

28

Statuatur quomodo confessarius se gerere debeat, cum ad infirmum novus admoveatur curationis modus, quem « reanimationem » vocant.

2. De iurisdictione ad Confessiones audiendas

A) *De iurisdictione facilius concedenda*

1

Opportuna esset quaedam hodiernis conditionibus adaptatio exigentiarum quoad iurisdictionem pro validitate sacramenti Poenitentiae: sacramentum misericordiae et liberationis spiritualis est sacramentum quam maxime alligatum, idque nonnumquam ad damnum animarum.

2

Omnes sacerdotes a momento sacrae ordinationis, iurisdictione polleant ad audiendas confessiones cuiuscumque personae, sive viri sive mulieris et in quocumque loco. Quando quis ordinatur sacerdos tales virtutes et scientiam habere censetur, ut ad omnes confessiones audiendas capax censeatur.

3

Absolutio data a sacerdote iurisdictionem non habente semper valida sit, etiam si illicita ex parte sacerdotis.

4

Iurisdictio sit facilior.

---

27) Madyten.
28) Patavin.
1) Tremithusius, Sagien.
2) Laginen.
3) S. Bonifacii.
4) Mvanzaën, Sup. Gen. Soc. Monfort, Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.

5

Sacerdos *facilius* muniatur iurisdictione, quia hodie, ob transitum frequentem de loco in locum, saepe impeditur confessiones requirentium audire ob carentiam iurisdictionis extra suam dioecesim.

6

Privilegium Cardinalium audiendi confessiones ubique terrarum omnibus Episcopis concedatur.

7

Facultas confessiones audiendi sit personalis, non territorialis.

8

Sacerdotes ab Ordinario proprio approbati ad confessiones audiendas, possint hoc sacramentum administrare in quocumque nationis loco.

9

Iurisdictio, a proprio Ordinario obtenta, exerceri possit in tota regione conciliari.

10

Extendatur iurisdictio sacerdotum audiendi confessiones etiam ultra dioeceses propriae patriae.

11

Omnes sacerdotes obtenta a suo Ordinario licentia audiendi confessiones eam exercere possint etiam in aliis dioecesibus.

12

Liceat sacerdotibus uti facultatibus in tota natione et per octo dies in aliis nationibus.

---

5) Papien, Taurinen.
6) Apollonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
7) Dakaren, Bennefen.
8) Victorien de Conquista, Urgellen.
9) Papien, Assisien.
10) Ostracinen.
11) Tirasonen.
12) Montisvidei.

13

Sacerdos, approbatus in propria dioecesi, confessiones audire possit in alia dioecesi, salva obligatione in civitate, ubi Ordinarius residet, ab eo approbationem obtinendi intra tres dies, aliis in locis a parocho intra cuius limites audit confessiones, si inibi ultra hebdomadam commoratio duratura praevideatur.

14

Cappellani nationales Actionis Catholicae iurisdictionem habeant audiendi confessiones per totam territorii extensionem.

15

Facultas audiendi confessiones ab Ordinario proprio concessa, valeat ubique terrarum, donec sacerdos a divinis suspendatur.

16

Iurisdictio ad audiendas confessiones ab Ordinario proprio tradita valeat ubicumque terrarum, nisi ab Ordinario ipso limitetur.

17

Cuicumque sacerdoti, in alienas regiones peragranti et in sua dioecesi pro confessionibus approbato, generaliter concedatur facultas audiendi confessiones *solummodo* fidelium rogantium, si desit sacerdos loci et non sit possibile petere facultatem ab Ordinario loci.

18

Concedatur iurisdictio ex iure pro confessionibus audiendis sacerdotibus approbatis in dioecesi legitimo Ordinario orbata, dummodo prudenter praevideatur eam rerum conditionem esse per mensem duraturam.

---

13) Liman, Amathusius, Cernitzen.
14) Antiochen parvus.
15) Aphnaeten.
16) Basileen et Luganen.
17) S. Agathae Gothorum.
18) Thuggen, Leopolien Latinorum, Varsavien et Gnesnen.

19

Ubique sacerdotes, in aliqua dioecesi iurisdictione muniti pro confessionibus, illas audire valeant.

B) *De iurisdictione ad audiendas confessiones in itineribus*

1

Cum causae itinerum presbyterorum hodie multiplicentur et variationes domiciliorum frequentiores sint, novae dentur normae pro obtinenda faciliori et promptiori modo iurisdictione ad confessiones audiendas.

2

Omnibus sacerdotibus, in propria dioecesi iurisdictione munitis, concedatur etiam facultas audiendi confessiones in itineribus.

3

Iurisdictionem habeant sacerdotes pro iis qui secum iter faciunt, dummodo potestatem iam acceperint sive a proprio sive a quocumque Ordinario in decursu itineris.

4

Facultates de quibus in can. 883 ad alia itinera extendantur.

5

Eodem modo ac pro itinere maritimo, omnis sacerdos, per diversas regiones transiens, absolvere possit eos qui sponte apud eum confessionem instituere petunt, dummodo aliunde ipse approbatus sid ad confessiones audiendas.

---

19) Tamimen, Aquisgranen, Essendien, Eminentianen, Colonien, Calydonien, Taurinen, Asculan Apul et Ceriniolen, Sup. Gen. Inst. Hisp. Mission.

1) Sup. Gen. Ord. Servor. B. M. V.

2) Apollonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.

3) Nimpuoven.

4) Celsonen, Yabuden.

5) Nimpuoven, Haichoven.

6

Facultas confessiones fidelium excipiendi in itinere maritimo et aereo extendatur ad iter quod via ferrata peragitur.

7

Opportuna videtur applicatio can. 883 itineribus terrestribus.

8

Extendatur iurisdictio ad audiendas confessiones delegata a iure pro itinere maritimo et aereo etiam apto modo ad alia itinera, praesertim peregrinationes.

9

Sacerdos in sua dioecesi ad confessiones approbatus, potestatem habeat audiendi confessionem cuiuslibet personae in viis ferreis, in navibus, in «autobus» et in aeroplanis.

10

Facultas audiendi confessiones sacerdotibus in itinere maritimo vel aereo versantibus extendatur ad iter quoque terrestre quovis modo quacumque de causa factum.

11

Cappellani, qui praesunt iuvenibus iter facientibus, iurisdictionem habeant eorum confessiones audiendi.

C) *De iurisdictione delegata*
(de facultate delegandi parochis concedenda)

1

Agatur de iurisdictione delegata ad audiendas confessiones.

---

6) Sup. Gen. Ord. Carm.
7) Truxillen, Adamanteae, Sup. Gen. Ord. Recoll. S. August.
8) Limburgen.
9) S. Bonifacii.
10) Livien.
11) Antiochen parvus.
1) Sup. Gen. O. F. M. Cap.

2

Sit delegabilis potestas ordinaria qua parochus gaudet audiendi confessiones.

3

Parochis omnibus concedatur facultas delegandi ad audiendas confessiones quemlibet approbatum ad easdem audiendas in propria dioecesi aut quemlibet alium sacerdotem documento « celebret » munitum.

Vel sacerdotes omnes iurisdictione ad confessiones excipiendas praediti in aliquo loco, possint ubique terrarum quoscumque fideles ad se accedentes absolvere.

4

Concedatur facultas audiendi confessiones cuilibet sacerdoti, gaudenti iurisdictione in sua dioecesi, dum est in sacro ministerio commisso ab aliquo parocho vel rectore ecclesiae.

5

Parochi omnes et Superiores religiosi in suis ecclesiis delegare possint per modum actus quemlibet sacerdotem a suo Ordinario rite approbatum ad confessiones excipiendas.

6

Missionarii, dum legitime extra proprium territorium commorantur, eisdem facultatibus ad confessiones audiendas et ad verbum Dei praedicandum gaudeant quas a proprio Ordinario acceperunt.

7

Religiosi ad aliquam domum regulariter pertinentes, a Superioribus approbati, in facultatibus confessionis ac praedicationis assimilentur sacerdotibus saecularibus.

---

2) Tampicen.
3) Manilen.
4) Caxien, Tampicen, Portus Maldonadi, Soldaian.
5) De Sahara Hispanico et Ifni.
6) Mwekaen.
7) Rabaten.

D) *De iurisdictione ad confessiones sacerdotum excipiendas*

1

Concedatur iurisdictio in orbe terrarum sacerdotibus, ad audiendas confessiones ab Ordinario suo approbatis, ut possint inter se confiteri et valide simulque licite absolvi.

2

Ex iure detur omni sacerdoti, ab aliquo Ordinario pro confessionibus approbato, potestas ordinaria absolvendi qualemcumque sacerdotem, excepto complicitatis delicto, et ideo ubique terrarum, etiam a peccatis ab Ordinario reservatis.

3

Sacerdotes in dioecesi approbati inter se confiteri valeant in universa Ecclesia.

4

Quisque sacerdos, iurisdictione in sua dioecesi gaudens, ipso facto iurisdictionem habeat recipiendi confessionem cuiuscumque sacerdotis.

5

Sacerdos confiteri queat, quolibet loco, apud sacerdotem quemlibet qui facultatem polleat in sua dioecesi vel ordine religioso.

6

Quilibet sacerdos approbatus, etiam extra suum territorium commorans, iurisdictionem habeant audiendi confessiones aliorum sacerdotum.

---

1) Jaren.
2) Sup. Gen. Barnab.
3) S. Andreae et Edimburgen, Naren, Caurien-Castrorum Caeciliorum.
4) Kisumuen, Rabaten.
5) Insulae Grandis.
6) Montisvidei, Imae Telluris et Pointapitren, Achyraen.

E) *De errore communi*

1

Explanentur natura et extensio « erroris communis ».

2

Tradatur definitio magis accurata « erroris communis ».

3

Declaretur authentice non requiri ut can. 209 effectum suum sortiatur quod numerus maior minorve fidelium iam de facto in errorem inciderit; sufficiat v. g. sedere in sede confessionali.

4

Omnes sacerdotes vi legis facultatem habeant audiendi confessiones sacramentales, saltem intra fines dioeceseos; vel Ordinarii approbatio ad liceitatem tantum requiratur. Illa enim lex « supplet Ecclesia » valde obscura est atque non parvam confusionem ingerit.

5

Ecclesia suppleat defectui iurisdictionis in pluribus casibus urgentioribus, dummodo absit fraus vel conscius legis neglectus.

6

Doctrina de errore communi non semper tollit anxietates; nonne oportet iurisdictionem concedere a iure in determinatis adiunctis?

---

1) Suessionen.
2) Sidonien.
3) Civitatis Juarezen.
4) Sidonien.
5) Rabaten.
6) Tabuden.

3. De absolutione collectiva

1

Oportet specificare casus absolutionis collectivae.

2

Pressius declaretur doctrina Ecclesiae circa possibilitatem absolvendi multitudinem cumulative; circa absolutionem per telephonium vel per scriptum datam; circa possibilitatem extendendi ad numerosiores casus quam nunc, confessionem genericam, absque accusatione singulorum peccatorum.

3

Introducatur usus antiquus absolutionis generalis; ita fortasse: hora statuta, congregato populo in ecclesia, sacerdos, instructione repetita de non necessitate confitendi peccata venialia, cum populo praeparationem ad confessionem faciat. Tempore silentii intermisso pro examine conscientiae, sacerdos contritionem cum populo recitabit, dein, data absolutione generali et imposita poenitentia generali, monebit de mortali conscios accedere debere ad poenitentiae tribunal.

4

Permittatur absolutio collectiva, facta obligatione sacram exomologesim efficiendi quam primum.

5

Absolutiones collectivas permittere, est christianos nostros laxismo exponere et voluntati tendendi ad viam perdifficilem perfectionis frena iniicere.

---

1) Caëtiten, Victorien Spiritus Sancti.
2) Ptolemaiden in Lybia.
3) Palmen.
4) Afogaden de Ingazeira.
5) Usumburaën.

6

Sacerdotes absolvere possint sub forma generali pueros sub aetatem quattuordecim, maritos et uxores, quando adest ingens paenitentium numerus.

7

Estne licita absolutio collectiva si aliter fideles sine beneficio sacramenti Poenitentiae diu manere cogerentur?

4. De loco confessionis

1

Apta et decentia loca in ecclesiis curentur ad honestam sacramenti Poenitentiae administrationem.

2

Servato can. 908, minus urgeantur, ubi causa sit necessitatis, can. 909-910.

5. De formula absolutionis brevianda

1*

Forma sacerdotalis absolutionis brevior esto.

2*

Opportunum est ut formula sacramenti Poenitentiae brevior fiat. Pars formulae, quae censuras respicit, nostro tempore fere antiquata est.

---

6) Ogogiaen.

7) Liman, Amathusius, Cernitzen, Peneden.

1) Mantuan.

2) Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.

1*) Thignicen, Tabuden, Tampicen, Medellen, Sup. Gen. Inst. Hisp. Mission., Sup. Gen. Mission S. Ioseph.

2*) Tipasetan in Mauretania, Barcusen, Nairobien.

3

Forma absolutionis pro sacerdote, et Poenitentiae forma pro fidelibus ad pauciora essentialia verba reducantur.

4

Opportunum esset absolutionis formulam abbreviari in casu puerorum nondum censuris aut excommunicationibus subiectorum.

5

Formula absolutionis brevietur sic: « Dominus Noster Iesus Christus te absolvat et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

6

Formula post absolutionem sacramentalem, idest « Passio D. N. I.», recitetur in plurali semel pro quinque vel plus poenitentibus in magno concursu ubi desit copia confessariorum.

7

Ritus absolutionis fiat forma dialogata, quidem lingua vernacula, poenitente respondente.

6. De reservatione peccatorum

1

Ad simpliciorem formam reducatur legislatio de casibus reservatis.

2

Reformetur disciplina casuum reservatorum ad consulendum saluti animarum.

---

3) Nuoren.
4) Montis Laurei.
5) Mindonien, Santanderien.
6) Sorsogonen.
7) Nagpuren.
1) Bellovacen, Meloën in Isauria, Bergomen, Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray, Sup. Gen. Congr. Bav. O. S. B.
2) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. August., Sup. Gen. O. F. M. Cap.

3

Reservatio peccatorum omnino tollenda est.

4

Facultates confessarii expeditiores fiant per regulas circa casus reservatos (sive per se, sive propter censuram).

5

Casus, qui antehac reservabantur S. Sedi, reserventur Ordinariis, manente tamen reservatione S. Sedi pro censuris specialissimo modo reservatis. Pro absolutione a censura in casu urgentiori data, non imponatur onus recurrendi nec poenitenti nec confessario.

6

Casus reservati sive quoad peccata sive quoad censuras vel omnino aboleantur vel ad minimum reducantur. Ad summum praecipi potest ut Ordinario vel S. Sedi quotannis rationes dentur de numero casuum ut animarum status percipi possit.

7

Iidem sint casus reservati in tota regione conciliari.

8

Loci Ordinariis quaevis casuum reservandorum potestas adimatur.

9

Videatur utrum privilegia religiosorum e. g. facultates absolvendi a censuris reservatis Ordinariis, debeant extendi confessoribus saecularibus.

---

3) Aquisgranen, Essendien, Eminentianen, Limburgen, Pisan.
4) Suessionen.
5) Clavaren.
6) Nuoren.
7) Canen.
8) Tamimen, Tungchoven.
9) Manchesterien.

10

Applicatio dispositionis can. 2247 § 3, circa absolutionem censurarum, opportune fieret pro validitate absolutionis sacramentalis in casu, non omnino raro, sacerdotis advertentis ad carentiam qua laborat iurisdictionis.

11

Excommunicatione latae sententiae Ordinario loci reservata plectatur quicumque nomen confessoris et admonitiones in confessione sacramentali auditas revelet, si huiusmodi revelatio in verecundiam redundet confessoris, aut sit sacramento Confessionis detrimento vel ipsi confessori odio.

7. De normis circa sollicitationem (can. 904)

1

Procedura in casibus sollicitationis reformetur quia durior pro confessario, onerosa pro poenitente et cassum reddit ius naturale ad defensionem.

2

Leges quae pertinent ad causas sollicitationis ex integro innoventur; hodie confessarius manet saepe sub arbitrio accusatorum.

3

Canones de absolutione complicis ex C. I. C. eximantur, et specialis hac in re Instructio in volumine separato edatur.

4

Terminus « sollicitationis » e libro III C. I. C. amovendus est, materia can. 904 potest quidem retineri, sed in alia forma et in iure poenali inserenda.

---

10) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. August.
11) Capicen.
1) S. Rosae de Osos, Jericoën.
2) Ragusien.
3) Siedlcen, Leopolien Latinorum.
4) Varsavien et Posnanien.

5

Esset etiam denuntiandus de sollicitatione confessarius qui peccatum grave contra sextum committit cum poenitente intra breve tempus post confessionem, v. g. tres menses, etiam si connexio inter confessionem et peccatum non percipiatur: 1) quia confessarius ad peccandum pronus, conabitur vitare denuntiationem, obscurando connexionem existentem inter peccatum et confessionem; 2) quia connexio praesumitur si lapsus eveniat intra breve tempus, saltem occulta in mente confessarii; 3) ut efficacius peccandi occasiones superentur a confessariis.

6

Denuntiationem de qua in can. 904 perficere deberet mulier respectu complicis qui charactere sacerdotali insignitur.

8. De indulgentiis

1

Ditentur maioribus indulgentiis opera apostolatus.

2

Sensum catholicum usus indulgentiarum illustrari oportet.

3

Indulgentiae ad formam simpliciorem redigantur.

4

Modus conferendi vel acquirendi indulgentias simplicior et intelligibilior reddatur.

5*

Modus indulgentias lucrandi simplicior reddatur.

---

5) Aurien.
6) Tingitan.
1) Panormitan.
2) Arcis Lamy, Carthaginen.
3) Limonen, Caebuan.
4) Einsiedlen.
5*) Bostonien.

6

Codex omnium indulgentiarum edatur.

7

Simplificetur Enchiridion indulgentiarum.

8

Indulgentiae ad quasdam formas principales reducantur.

9

Maior simplicitas optatur in collatione quarumdam indulgentiarum adnexarum coronis Rosarii, Scapularibus, Crucifixis (cum indulgentia plenaria in articulo mortis).

10

Revocetur doctrina catholica de indulgentiis et instruantur fideles opera ad obtinenda indulgentiam plenariam esse debere verissime opera supererogatoria.

11

Ut magni habeantur indulgentiae desideratur restrictio in concessione earum.

12

Iura de indulgentiis acquirendis examini subiiciantur; discrepantiae quae frequenter occurrunt inter opus a lege praescriptum et ipsas indulgentias, removeantur.

13

Indulgentiarum numerus minuatur et conditiones eas lucrandi aggraventur.

14

Indulgentiae dividantur tantum in plenarias et partiales.

---

6) Arequipen.
7) Manchesterien.
8) Einsiedlen.
9) Mataritan in Proconsulari.
10) Gedanen.
11) Tabuden, Sedunen, Aberdonen.
12) Oklahomen et Tulsen.
13) Treviren, Dagnen, Herbipolen.
14) Carthaginen.

15

Ecclesia plenarias et partiales indulgentias concedat, quin singularia tempora positiva indulgentiarum designet.

16

Admittatur necessitas reparandi peccata absoluta orationibus, ieiuniis, etc.; sed usus indulgentiarum 200 vel 300 dierum aboleatur, quia acatholicos irritat.

17

Concedatur Ordinariis facultas demandandi ad normam can. 210 et committendi ad normam can. 913 n. 1 potestatem benedicendi unico signo crucis coronas cum omnibus indulgentiis.

18

Usus et indulgentiarum tractatio (non autem doctrina) emendetur et corrigatur. Privilegia quae nunc tantum ad religiosos attinent Episcopis omnibus ob fidelium bonum dari debent.

19

Ditentur singuli pastores animarum generatim facultatibus benedicendi rosaria, cruces cum indulgentia plenaria in articulo mortis lucranda, etc.

20

Facultas utendi benedictionibus reservatis, cum indulgentiis annexis omnibus confessariis communiter extendatur.

21

Omnes sacerdotes gaudeant facultatibus quae nunc per indultum S. Sedis obtinentur, scilicet pietatis obiecta benedicendi eisque consuetas indulgentias adiiciendi, item benedicendi cruces cum indulgentiis de bona morte, erigendi Vias Crucis.

---

15) Chusiren, Calydonien.
16) Phatanen.
17) Rhoinen.
18) Renen.
19) Herbipolen.
20) S. Mauritii Agaunen.
21) Naissitan.

22

Omnes sacerdotes possint concedere benedictionem papalem post exercitia fidelibus qui quinque saltem adhortationes audiverint.

23

Facultas erigendi stationes Viae Crucis concedatur faciliter sacerdotibus simplicibus.

24

Privilegia quae religiosis nunc dantur, v. g. erectio Viae Crucis, benedictio rosarii, etc., omnibus sacerdotibus dentur.

25

Omnibus sacerdotibus potestas concedatur, ut unico signo crucis rebus ad devotionem pertinentibus (e. g. rosariis) benedictionem et apostolicas indulgentias impertiant.

26

Privilegium concedatur, quo omnes sacerdotes, dioecesani et religiosi, praesertim qui curam animarum gerunt, per simplex signum crucis obiecta pietatis benedicere possint cum omnibus indulgentiis ab Ecclesia adnexis.

27

Indulgentia Portiunculae extendatur omnibus ecclesiis ubi asservatur SS. Sacramentum.

28

Pro traductione precum, quibus adnexae sunt indulgentiae, amplior detur licentia.

---

22) Popayanen.
23) Mataritan in Proconsulari.
24) Bakerien, Saginaven, Seattlen.
25) Calydonien.
26) Novae Aureliae.
27) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
28) Carolinapolitan.

VI. DE EXTREMA UNCTIONE

1

Ritus et formulae liturgicae, quae Extremae Unctionis administrationem comitantur, melius adaptentur.

2

Magis consentanea sensui populari esset et ad receptionem facilitans mutatio nominis sacramenti « Extremae Unctionis » in « Oleum infirmorum » vel « Oleum sanctum », sicut in ipso Tridentino Concilio a quibusdam requirebatur. In nonnullis libris orationum a diversis dioecesibus germanicis editis verbo « Extremae Unctionis » iam substituitur verbum « Sacrae Unctiones infirmorum ».

3

Extrema Unctio in posterum vocetur « Unctio sacra Infirmorum ».

4

Extrema Unctio vocetur « Unctio Infirmorum ».

5

Nomen « Extrema Unctio » substituatur nomine « Oleum sanctum ».

6

Ne animi terreantur, nomen mutetur (Unctio, infirmi benedictio, aegrotorum sacramentum, morbi exorcismus, infirmi consolatio).

---

1) Blesen.
2) Sup. Gen. Min. Infirm.
3) Judiciforen, S. Sebastiani Fluminis Januarii.
4) Barcusen.
5) Fidentin, Caesenaten.
6) Melphitan.

7

In testu Concilii Tridentini, ubi agitur de Oleo sancto « esse hanc unctionem infirmis adhibendam, illis vero praesertim qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitae constitui videantur, unde et sacramentum exeuntium nuncupatur », elementa vel motiva habentur pro nova decisione: gravis infirmitas sufficit ad receptionem sacramenti Extremae Unctionis. Verbum « praesertim » loco « dumtaxat » adhibitum fuit a Concilio quasi ad praescriptionem mitiorem textui dandam (Cfr. Cavallera, Le Decret du Concile de Trente sur la Pénitence et l'Extrême Onction, p. 25).

8

Cum conditio « in mortis periculo » ad abusus praecavendos olim introducta fuisse videatur, permittat iam Ecclesia ut omnes gravi in morbo versantes hoc sacramentum recipere queant, etsi adsit bona spes ut convalescant, ne sacramenti receptio ad mox morituros nimis arcte restringatur.

9

Extrema Unctio sit denuo sacramentum graviter infirmorum neve limitetur iis qui in mortis periculo versantur.

10

Extrema Unctio administretur quibusvis infirmis gravioribus, ut eius timor auferatur et infirmi ordinarie cum plena conscientia eam recipere possint.

11

Definiatur doctrina de Extrema Unctione, quam catholici sequi debent, cum nonnulli sint qui autumant eam administrari posse cuivis infirmo etiam si gravi morbo non laboret, eamque iterari posse.

---

7) Sup. Gen. Min. Infirm., Sup. Gen. Rosmin.
8) Sidonien.
9) Karachien.
10) Barcusen.
11) Patavin.

12

Extrema Unctio administrari posse deberet in omni periculo mortis, non tantum ob infirmitatem vel senectutem.

13

Extrema Unctio ne administretur nisi fideli, qui post adeptum usum rationis ob infirmitatem gravem vel senium versetur in periculo mortis.

14

Novae praescriptiones edantur circa iterabilitatem sacramenti Olei Sancti.

15

Limen iterabilitatis istius sacramenti sit minus rigidum.

16

Cum Extrema Unctio non debeat iterari propter id tantum quod aegritudo sit diuturna, etsi perduret idem periculum mortis, reprobetur praxis iterandi Extremam Unctionem mensis intervallo, nisi infirmus in aliud vitae discrimen inciderit.

17

Permittatur receptio menstrualis Extremae Unctionis in eadem aegrotatione.

18

Statuatur quomodo ministrantes Extremam Unctionem se gerere debeant, cum ad infirmum novus admoveatur curationis modus, quem « reanimationem » vocant.

19

Statuatur tempus post mortem, quo elapso, sacramentum ne sub condicione quidem conferri possit, ut melius fideles instruantur atque ut sacerdotem tempestive vocent.

---

12) Mechlinien.
13) Asponitan.
14) Sup. Gen. Min. Infirm.
15) Tarvisin, Caesenaten.
16) Alladen.
17) Xylopolitan.
18) Patavin.
19) Melphitan.

20

Ius parochis *reservatum* Viaticum et Extremam Unctionem ad infirmos deferendi, tollendum est.

21

Ius administrandi Extremam Unctionem concedatur cuilibet confessario ab infirmis advocato. Sufficere videtur certiorem reddere parochum.

22

Cum tantum Extrema Unctio sit certe fructuosa subiecto sensibus destituto, si solum actum attritionis elicuerit, in casu necessitatis omnibus sacerdotibus facultas conferatur oleum benedicendi aliqua formula breviori, quae facile memoriae mandari possit.

23

Omnis sacerdos possit secum ferre Oleum sanctum cum in dies magis crescant pericula in itinere.

24

Licentia concedatur sacerdoti, praesertim curru automobili itineranti, Oleum infirmorum secum tutiori quam decet modo gestandi, ut ipse, vulneratis imo et morientibus in via casu superveniens, huiusmodi afflictos roborare possit.

25

Ad can. 938 praescribatur insuper ut diaconus sit minister extraordinarius extremae unctionis, quando absit nempe sacerdos et urgeat necessitas.

26

Mutetur dispositio Ritualis Romani, secundum quam Oleum sanctum sequi deberet susceptionem sacramentorum Poenitentiae et

---

20) Pisan.
21) Adraen.
22) Lancianen et Ortonen.
23) Mexican, Viten.
24) Curien, Burlingtonen, Albanen in America.
25) Capicen.
26) Sup. Gen. Min. Infirm.

Eucharistiae. Enimvero, si Oleum sanctum conferri potest dum periculum mortis remotum permanet et hoc sacramentum infirmorum non exclusive in sacramentum morientium converti debet, aptius Oleum sanctum ut quaedam continuatio sacramenti Poenitentiae et praeparatio ad receptionem SS. Eucharistiae considerandum esse censetur. Si autem Extrema Unctio post SS. Eucharistiam confertur sicut praeparatio morti et sacramentum «mali auspicii» habetur. In novissimo libro « Collectio Rituum » pro dioecesibus germanicis edito S. Viaticum iam post Unctionem infirmorum locum tenet, cum approbatione S. Sedis.

27

Unctio ante Viaticum iuxta antiquam praxim permittatur.

28

Extrema Unctio non post sed ante S. Viaticum conferatur quippe cum sit Poenitentiae consummatio.

29

Ritus benedictionis apostolicae pro morti proximis abbrevietur.

30

Ritus Extremae Unctionis brevietur.

31

Preces et ritus Extremae Unctionis brevientur.

32

Extremae Unctionis administratio compleatur benedictione papali sine ulla precum iteratione.

---

27) Tarvisin, Caesenaten.
28) Ultraiecten.
29) S. Sebastiani Fluminis Januarii, Medellen.
30) Jatahien, Oruren, Tumacoën, Patosen, Gualeguaychen, Trajanopolitan in Phrygia, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, S. Vincentii, S. Michaëlis, Achollitan, Pudentianen, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Medellen, Chillanen.
31) Clunien.
32) Onitshaën, Cataquen.

33

Extremae Unctionis ritus serventur omnes, sed orationes brevientur.

34

Quaedam locutiones orationis « Proficiscere » mitigentur.

35

Brevior reddatur ordo commendationis animae.

36

Concedatur facultas administrandi Extremam Unctionem unica unctione etiam extra casum necessitatis.

37

Etiam extra casum necessitatis, unica unctio in fronte vel unctio in quattuor sensibus sit sufficiens.

38

Unica unctio fiat in fronte.

39

Pedum unctio aboleatur et orationes ad breviorem formam reducantur.

40

Orationes Ritualis Romani in administratione s. Olei mutentur vel aliae adiungantur. Duo sint formularii precum, unus pro aegrotis et alter pro moribundis.

41

Preces optantur magis hodiernis circumstantiis convenientes et pro statu infirmitatis diversae (pro graviter aegroto, pro moribundo, pro sensibus destituto).

---

33) Reunionis.
34) Fidentin.
35) Tarvisin.
36) Holaren.
37) Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
38) Taurinen, Caesenaten.
39) Viglevanen.
40) Sup. Gen. Min. Infirm.
41) Secovien.

42

Utilius esset aegroto et circumstantiis hodiernis si preces lingua vulgari proferrentur.

43

Usus linguae vernaculae permittatur in administratione Extremae Unctionis.

44

Formularium pro administratione Extremae Unctionis abbrevietur.

45

Quando administratio consecutiva fiat, ritus Extremae Unctionis, Viatici, benedictionis papalis brevientur.

46

Cum sacramentum Poenitentiae, Viaticum, et benedictio apostolica simul administrantur petitur ut sufficiat « Confiteor » semel tantum recitare.

---

42) Sup. Gen. Min. Infirm.
43) Nucerin et Todinen, Liburnen, Ptolemaiden in Lybia.
44) Philadelphien Latinorum.
45) Punien.
46) Surigen.

VII. DE ORDINE

1. De sacramento Ordinis in genere

A) *De irregularitatibus*

1

Irregularitates et impedimenta Ordinis simplificentur et temporibus praesentibus magis accomodentur.

2

Disciplina de illegitimitate, legitimatione et irregularitate reformetur.

3

Supprimatur, vel concedatur facultas dispensandi ab irregularitate can. 984 n. 1, et generatim materia irregularitatum reformetur.

4

Irregularitas pro natis ex illegitimo matrimonio aboleatur.

5

Irregularitas ex natalium defectu pro ordinandis, quorum parentes infideles sunt et plerumque matrimonio illegitimo iuncti, aboleatur.

6

Irregularitas de qua in can. 984 n. 4 aboleatur.

---

1) Mechlinien.
2) Mvanzaën.
3) Amalphitan.
4) Pisitan, Kampalaën.
5) Balduinopolitan.
6) Succursen et S. Aegidii.

7

Can. 987 n. 4 circa impedimentum servitutis ad ordines recipiendos abrogare oportet.

8

Irregularitas de qua in can. 987 n. 1 aboleatur.

9

Filii, ex matrimoniis mixtis, iuxta leges Ecclesiae initis, orti, ab Ordinibus suscipiendis ne prohibeantur.

10

Sint impediti ad ordines filii ex parentibus qui vitio alcoholismi indulgent, vel in concubinatu vivunt.

B) *De bannis*

1

Proclamationes supprimantur pro ordinatione ad valvas Ecclesiae.

2

Banna pro ordinatione presbyterali supprimantur.

3

Statuatur expresse inter requisita ut quis licite ordinari possit absentia imminutionum ex hereditate et imponatur populo obligatio denuntiandi si quis, ex agnatis ordinandi, psychopaticus fuit.

---

7) Tabboren, Czestochovien, Kielcen, Daulien, Varsavien et Gnesnen.
8) Succursen et S. Aegidii.
9) Sydneyen.
10) Daulien.
1) Risinitan.
2) Risinitan.
3) Vercellen.

C) *De titulo Ordinationis*

1

Ne alius canonicus ordinationis titulus adsit in posterum pro sacerdotibus dioecesanis quam ad servitium dioeceseos, quo quis clericus nihil amplius exigere possit « ex iustitia » quam congruam eius sustentationem, minime vero ipsius familiae.

2

Solum ad servitium dioeceseos ordinentur clerici.

3

Titulus patrimonii aut pensionis aut etiam beneficii in sacris ordinibus abrogandus est; unus titulus « ad servitium dioeceseos » conservetur in ordinatione.

4

Ordinatio ad titulum patrimonii sui aboleatur.

5

Episcopus possit ordinare sacerdotes saeculares, scientes et consentientes, titulo paupertatis seu Divinae Providentiae.

D) *De Tempore Ordinationis*

1*

Ordinationes in sacris celebrentur intra Missarum solemnia sabbatis Quattuor Temporum, sabbato ante Dominicam Passionis, Sabbato Sancto et quolibet die dominico aut festo de praecepto. Can. 1006 § 2 supprimatur.

---

1) S. Dominici Novem Julii.
2) Rheginen.
3) Pisan, Oppiden.
4) Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Segobricen.
5) Lappen.
1*) Ostracinen, Asponitan.

2

Tempus pro ordinibus conferendis extendatur, ita ut festa duplicia primae et secundae classis, vel dies sabbatorum in fine anni scholastici inter tempora ordinationum iure communi praescripta includantur.

3

Episcopo tribuatur facultas ordines sacros conferendi extra dies iure statutos.

4

Episcopus SS. Ordines conferre possit etiam diebus ferialibus.

E) *De aetate et de interstitiis*

1

Subdiaconatus conferatur expleto 23 anno aetatis; lex coelibatus et Breviarii habeat vim temporaneam; diaconatus conferatur post annum in eoque lex coelibatus et Breviarii fiat perpetua.

2*

Subdiaconi et diaconi munera ne conferantur nisi paucis mensibus ante ordinationem sacerdotalem.

3*

Clericus, theologiae cursu expleto, diaconus fiat et secundum beneplacitum Episcopi incumbat operibus ministerii (explanare Evangelium in Missa, solemniter baptizare, adsistere moribundis, Actionem Catholicam moderari, in Seminario docere, Religionem tradere in scholis publicis etc). Tricesimo aetatis anno expleto et quinto a studiis

---

2) Philadelphien Latinorum, S. Ioannis Quebecen.

3) Segusien.

4) Asculan Apul. et Ceriniolen.

1) Signin, Aelaniticus, Messanen, Punien.

2*) Gaurianen.

3*) Tranen et Barolen.

theologicis absolutis, liberum erit diacono ad saeculum redire, absque ulla particulari dispensatione S. Sedis, sicut Episcopo erit facultas eum ad sacerdotium admittere, vel prorsus dimittere, vel ad aliud tempus, non tamen ultra quinquennium, prorogare probationem.

4

Praescripta a iure interstitia serventur, imo praestat statuere ut inter diaconatum et presbyteratum saltem sex mensium intervallum habeatur.

5

Ordines maiores ne conferantur nisi post absolutum curriculum pastoralem.

6

Nemo ad ordinem presbyteratus ascendere valeat quin prius per duos annos diaconatum exercuerit et laboribus pastoralibus operam dederit.

7

Antequam promoveantur ad presbyteratus ordinem diaconi per annum attendant ad pastorale munus.

8

Presbyteri ne ordinentur nisi post 27 aetatis annum et 3 annos praxeos in ordine diaconali.

9

Dilatio collationis presbyteratus ad provectiorem aetatem fiat, ut diaconi munera recepti ordinis aliaque officia sibi forte commissa per tres vel quattuor annos exerceant et ita vocationem suam penitus cognoscere et provare possint.

10

Protractum exercitium ministeriale clericorum ante ordinationem presbyteratus desideratur.

---

4) Praenestin.
5) Sup. Gen. Mission S. Ioseph.
6) Baren in Pisidia, Barbastren.
7) Pupianen, Thespien.
8) Hadrianopolitan in Haemimonto.
9) Firman, Ilcinen, Montis Regalis in Pedemonte, Novarien, Concordien.
10) Tabuden, Vicen.

11

Episcopis facultas tribuatur differendae ordinationis presbyteralis post exercitium trium annorum diaconatus.

12

Interstitium inter diaconatum et presbyteratum extendatur ad decem annos, ad nutum Episcopi.

2. De sacramento Ordinis in specie

F) *De ordinibus minoribus*

1

Ordinum minorum reformatio desideratur.

2

Ordinum minorum et subdiaconatus disciplina studio subiiciatur ut hodiernis adiunctis aptetur ad incrementum servitii Ecclesiae.

3

Examinetur an possibile sit « renovare » ordines minores et maiores secundum votum Concilii Tridentini.

4

Tonsura et gradus minores necnon subdiaconatus, si retinentur, illis conferantur, qui non intendunt recipere sacramentum Ordinis.

5

Ne ordinum minorum administratio sit tantum recordatio historica.

---

11) Cremonen.
12) Pinnen-Piscarien.
1) Tarvisin, Goritien, Hierapolitan in Syria, Drepanen, Reconquisten.
2) Pistorien, Pergamen, Eutymen.
3) Nicoletan.
4) Aquisgranen.
5) Caesenaten.

6

Abrogetur § 1 can. 973.

7

Exquirendum erit, utrum utile sit ordines minores reviviscere ut gradus per se exsistentes et suis singulis muneribus fungentes.

8

Ordines minores restaurari debent non tantum quoad officium liturgicum sed etiam quoad ministerium in paroeciis et dioecesibus.

9

Officia ordinum minorum, subdiaconatus et diaconatus denuo ad realem usum transferantur. Equidem sacrum facere non possunt ministri minores et diaconi, fidelibus tamen daretur occasio petendi benedictiones, quae apud gentes magni aestimantur, necnon ad Sacram Synaxim accedendi quoties vellent etiam quotidie. Institutio ordinum minorum et diaconatus nostris temporibus ad sacerdotium adipiscendum dirigitur, qua de causa pro functionibus supra dictis in regionibus missionum exercendis minus apta videtur vel etiam magna ex parte inutilis. Penuria sacerdotum, distantia locorum rem peropportunam reddit.

10

Ordines minores, una cum subdiaconatu et diaconatu, in adiutorium ordinis sacerdotalis, iuxta veterem Ecclesiae disciplinam, restituantur in praxim.

11

Minoristae in omnibus negotiis ita adiuvent sacerdotes ut hi reserventur tantum sacro ministerio; ubi vero sacerdos habitualiter deest eius vicem gerere debet, sed non in rebus quae ordinem sacrum

---

6) Sup. Gen. Cleric. S. Viatoris.
7) Colonien.
8) Ascalonitan.
9) Berissen.
10) Sup. Gen. O. F. M., Sup. Gen. Miss. Ext. Bethlehem, Sup. Gen. Mission. a Consolata, Sup. Gen. Mission. Saverian.
11) Victorien Spiritus Sancti.

requirunt. Possent ergo catecheticam instructionem sibi adsumere, mortuos sepelire, processiones ducere etc. et etiam, ex speciali Pontificis concessione Baptismum, Matrimonium et Communionem administrare.

12

Ordines minores ad meram caeremoniam non reducantur, limitationes in exercitio ordinum auferantur.

13

Determinentur functiones quas perficere possunt minoristae.

14

Ordines minores opportunum quoque erit ut a sacerdotibus specialiter delegatis conferantur.

15

Quattuor ordines minores unica ordinatione conferantur.

16

Seminaristae post triennium theologicum, si non habent vocationem ad sacerdotium, possint cum ordinibus minoribus ad saeculum redire, matrimonium inire et habere licentiam docendi in determinato pago una cum facultate recipiendi eleemosynas pro labore.

17

Ordines minores conferantur omnibus religiosis non sacerdotio auctis.

18

Religiosis laicis, saltem quibusdam, v. g. iis qui sacristiae vel educationi iuventutis addicti sunt, accedendi ad ordines minores facultas fiat.

---

12) Yucatanen, Lagen, Euroeen in Epiro.
13) Risinitan.
14) Granaten.
15) Ruremonden, Roterodamen.
16) S. Marci, Capitis Haitiani.
17) Oudtshoornen.
18) Cuneen.

19

Conversi in religione clericali ad ordines minores admittantur.

20

Lectoratus ordo restauretur.

21

Acolythorum ordo restauretur.

22

Ordo cantorum restauretur.

23

Creetur novus ordo minor « catechistae » ad doctrinam christianam docendam.

24

Creetur novus ordo minor « visitatoris » ad benedictiones impertiendas domibus, vel agris, vel pueris vel aegrotantibus.

25

Creetur novus ordo minor « commentatoris » pro directione spirituali populi christiani durante officio divino.

26

Creetur novus ordo minor « fossoris » ad benedictiones impertiendas tumulis christianorum nostris temporibus tam remotis ab ecclesia.

27

Curetur institutio regularis congregationis sacristanorum ordinibus minoribus praeditorum.

---

19) Nucerin Paganorum.
20) S. Ludovici in Maragnano.
21) S. Ludovici in Maragnano.
22) S. Ludovici in Maragnano.
23) Lacus Moëri.
24) Lacus Moëri.
25) Lacus Moëri.
26) Lacus Moëri.
27) Valven et Sulmonen, Lorymien.

28

Disquisitio fiat de utilitate fideles idoneos promovendi ad Ordines minores, subdiaconatum inclusive, ad sacerdotes adiuvandos.

29

Examinetur utrum in iure communi condenda sit possibilitas admittendi ad ordines minores viros et ecclesiae inservientes et bonis moribus instructos et debita scientia praeditos et uxores habentes.

30

Quaedam minora officia ecclesiastica (v. g. officia ostiarii, lectoris, acolythi, catechistae) laicis committantur.

31

Restituantur, quantum fieri poterit, functiones quattuor minorum ordinum a coniugatis vitae probatae etiam exercendae. Hoc peculiari utilitate videtur in Missionibus, ubi catechistae ad hos ordines promoveri possent, et sic congruentius praeesse quibusdam caeremoniis in locis ubi raro sacerdos adesse potest.

32

Bonum erit si catechistae, in Missionibus degentes, ubi legatione pro sacerdotibus funguntur, ad quattuor ordines minores promoveantur, ut auctoritas eorundem Catechistarum sic augeatur coram fidelibus.

33

Ordines minores conferantur laicis.

34

Ordines minores conferantur laicis praesertim catechistis.

---

28) Riverormen, Sherbrooken.
29) Misnen, Gurcen, Sinopen.
30) Bisuntin, Dorylaën, Veneten.
31) Basilinopolitan.
32) Sbiden.
33) Granaten, Legionen, Tuden, Colophonien, Heliosebasten, Aenien.
34) Oudtshoornen, Berenicen, Eshowen, Inongoën, Ogagiaen, Civitatis Reginae, Sakanien, Internunt. Ap. in Iran.

35

Ostiariatus conferatur laicis.

36

Lectoratus conferatur laicis.

37

Ordines minores conferantur laicis uxoratis.

38

Minores ordines conferantur etiam sodalibus Actionis Catholicae.

39

Saltem lectoratus conferatur membris praecipuis Actionis Catholicae.

40

Saltem minores ordines concedantur laicis ad fovendum auxilium laicorum in apostolatu.

41

Conferri liceat ordines minores sequentibus conditionibus; *a*) ut recipiens sit bonae famae; *b*) ut recipiens assecutus sit gradum educationis quem incolae territorii bene eruditi adepti sunt; *c*) ut recipiens sit maturae aetatis; *d*) ut recipiens possit esse obstrictus vinculo matrimoniali vel determinatus sit vitam castam ducendi; *e*) ut solus Ordinarius iudicet de idoneitate recipientis; *f*) hi ordines ne conferantur nisi urgens necessitas alicuius territorii id postulet.

---

35) Ordinarii Indonesiae.
36) Ordinarii Indonesiae.
37) Lacus Moëri, Tadamaten.
38) Arbanen, Montis Alti et Ripan.
39) Kadunaën, Katangaën.
40) Belemen de Parà, S. Rosae in Argentina, Liman, Amathusius in Palaestina, Cernitzen, S. Ioannis a Missionibus, Araucaniaen, Portus Maldonadi, Lagen, Xinguen, Imae Telluris et Pointapitren, Yucatanen, Euroeen in Epiro.
41) Bucellen.

42

Deliberetur, prae oculis habendo Decretum Concilii Tridentini (Sess. XXIII, cap. XVII), utrum ordines minores, excepto subdiaconatu, abrogari possint.

43

Ordines minores aboleantur omnes.

44

Ordines minores quum revera maneant nonnisi ut vestigia antiquae disciplinae, excepto acolythorum officio, aboleantur.

45

Inopportunum esse videtur ut ordines minores ad laicos extendantur. Sacramentum ordinis pro laicis est sacramentum confirmationis.

B) *De Subdiaconatu*

1

Desideratur reactivatio ordinum minorum (incluso subdiaconatu).

2

Subdiaconatus ordo minor reputetur.

3

Subdiaconatus denuo adnumeretur inter ordines minores ut olim in latina et hodie in graeca Ecclesia; Subdiaconus per annum extra Seminarium degat apud parochum.

---

42) Monasterien.
43) Valentin, Dardan.
44) Hispalen.
45) Augustan Vindelicorum.
1) S. Deodati, Rhemen, Monoecen, Vambaen, Tuneten, Rabaten, Sufetulen, Carthaginen, Syracusen, Sherbrooken.
2) Sehnaen Chaldaeorum.
3) Garanhunen.

4

Concilium discrimen inter Ecclesiam latinam et ritus orientales quoad numerum ordinum minorum amoveat atque subdiaconatum verum esse sacramentum Ordinis definire velit.

5

Determinentur functiones quas subdiaconi perficere possint.

6

Subdiaconi gaudeant aliquibus facultatibus practicis ut adiumento sint pro sacerdotibus.

7

Subdiaconatus non sit merus transitus ad sacerdotium.

8

Subdiaconatus sit ritus admittens ad statum clericalem cum voto castitatis usque dum quis manet in statu clericali.

9

Una cum castitatis voto subdiaconus iureiurando promittat se non immixturum esse in negotia saecularia, in officia civilia vel politica atque non docturum in scholis non religiosis.

10

Subdiaconi in ordinatione emittant votum explicitum castitatis.

11

Subdiaconi in ordinatione emittant promissionem paupertatis cum possibilitate coactionis iuridicae.

---

4) Oudtshoornen.
5) Risinitan.
6) Valleduparen.
7) Euroeen in Epiro, Lagen.
8) Caesenaten.
9) S. Dominici Novem Iulii.
10) Sonsonen.
11) Sonsonen.

12

Subdiaconatus sicut et diaconatus conferantur etiam laicis uxoratis.

13

Subdiaconi laici perutiles sunt in paroeciis.

14

Uxorati subdiaconi ordinentur.

15

Subdiaconatus aboleatur, maneat tantum: tonsura, diaconatus, presbyteratus.

16

Immutentur quaedam Episcopi ad subdiaconum commentationes: v. g. « si antea ebriosus ».

C) *De Diaconatu*

a) *De Diaconatus ordine restaurando*

1

Agatur de restitutione diaconatus.

2

Diaconi restituantur ad officia et in forma priorum saeculorum.

---

12) Aenien, Siedlcen.
13) Tripolitan Maronitarum.
14) Civitatis Reginae, Liman, Amathusius in Palaestina, Cernitzen, Portus Maldonadi, Corrienten.
15) Dardan.
16) Dalien, Fidentin.

1) Canarien, Vicen, Fabianen, Heliosebasten, Bracharen, Holaren, Amudarsen, Osloën, Pessinuntin.
2) Einsiedlen, Polyboten, Caurien-Castrorum Caeciliorum, Legionen, Celsonen, Orthosien in Phoenicia, Segobricen, Colophonien, Hebro-

3

Diaconatus restauretur ad mentem van Bekkum (cfr. Primum Congressum Liturgiae Pastoralis, Romae 18-22 septembris 1956).

4

Iterum diaconi instituantur ad officia minora.

5

Restauretur diaconatus sub conditionibus quas Ecclesia posuerit.

---

nen, Truxillen, Ss. Assumptionis, Rhoinen, Verinen, Caëtiten, Sanaven, Melen, Phasan, Ss. Incarnationis et Paranen Superioris, Liman, Amathusius in Palaestina, Cernitzen, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Antofagasten, Manizalen, S. Ioannis a Missionibus, Medellen, S. Ioannis Portoricen, Araucaniaen, Linen, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Guaxupen, Oliveiren, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Cochabamben, Limonen, Chillanen, Goianien, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, S. Philippi, Xapecoën, Pacen in Bolivia, Pionitan, Iquitosen, Corrienten, Yauyosen, Armenien, S. Raimundi, Campi Grandis, Civitatis Bolivaren, Viedmen, Macapen, Nunt. Ap. in Haiti, Feretran, Lycien, Dilien, Loiamen, Pimliamen, Kuala Lumpuren, Kyoten, Comben, Terulen, Granaten, Abulen, Matriten, Dausaren, Dardan, Valentin, Mitylenen, Ruremonden, Roterodamen, Isinden, Nagpuren, Karachien, Aenien, Siedlcen, Darnitan, Spiren, Nanneten, Monoecen, Nanceien et Tullen, Ambianen, Mimaten, Baiocen, Aquen, Meten, Argentinen, Insulen, Gratianopolitan, Syracusen, Madisonen, Manchesterien, Rubagaën, Novae Lisbonae, Cymaeus, Mopsuesten, Liberopolitan, Antsiraben, Claudiopolitan in Honoriade, Callipolitan, Berenicen, Beiren, Carthaginen, Tamalen, Gibben, Katiolaën, Gagnoaën, Buaken, Fianarantsoaën, Daloaën, Abidjanen, Kadunaën, Balduinopolitan, Ipamuen, Quelimanen, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi, Calien, Belemen de Parà, Judiciforen, Curitiben, Moronen, Vegen, S. Ludovici in Maragnano, Higueyen, Victorien de Conquista.

3) Bluefielden.

4) Sup. Gen. Tert. Ord. Reg.

5) Pisan.

6

Diaconatus, cum vel sine obligatione caelibatus, instituatur ad iuvandos sacerdotes in apostolatu.

7

Si, ob defectum sacerdotum, status diaconalis statuendus censeatur, viros probatissimos eligi et voto castitatis adstringi necesse est.

8

Diaconatus imprimis in terris missionum instituatur, post experimentum diuturnum in Universam Ecclesiam extendi potest.

9

In peculiaribus tantum regionibus restituatur diaconatus cum obligatione caelibatus.

10

Experimentum de « diaconatu stabili » fiat in aliquo loco tantum.

11

Diaconi deberent habere veram vocationem ecclesiasticam cum omnibus scilicet qualitatibus quas requirit Apostolus in I Tim. III, 8-13.

12

Quidam ministerium adimplerent per tempus sic dictum integrale; quidam vero simul cum aliqua honesta professione partiale tempus insumerent in bonum fidelium, diebus praesertim festis.

13

Instituantur diaconi qui in administratione baptismatis, S. Communionis necnon in praedicatione verbi Dei sacerdotes adiuvent.

---

6) Sup. Gen. Inst. Hisp. Mission, Sup. Gen. Fil. Charit., Sup. Gen. Salvator., Sup. Gen. Soc. Ap. Cath., Sup. Gen. Oblat. BMV Immac., Sup. Gen. Soc. Monfort.
7) Urbinaten, Ptolemaiden in Lybia.
8) Tubaraoën.
9) Laguaten.
10) Dalisanden in Isauria, Laganitan.
11) Campi Grandis.
12) Campi Grandis.
13) Teresian.

14

Cum institutione diaconorum multae activitates non stricte sacerdotales vel periculosae sacerdotibus vetarentur.

15

Diaconi absolute necessarii sunt ob parvum numerum sacerdotum.

16

Diaconatus cum obligatione caelibatus conferri possit catechistis vel religiosis ex congregationibus dioecesanis loci vel etiam auxiliariis laicis.

17

Diaconatus laicalis quem dicunt non est utique a priori respuendus sed non paucis difficultatibus et periculis videtur obnoxius ideoque diutino studio subiiciendus.

18

Diaconatus conferatur fratribus Institutorum saecularium necnon laicis Ordinum vel Congregationum religiosarum.

19

Religiosis laicis conferatur diaconatus.

20

Restauratio postulatur diaconorum laicorum.

---

14) Mesembrian.

15) Nazaren in Brasilia, Caracen, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Iacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, Achollitan, Pudentianen, Alajuelen, Limosen, S. Isidori, Curubitan, Santosen, Leopoldien, S. Caroli Ancudiae, Capitis Haitiani, Tloën, Lagen, Euroeen in Epiro, Portus Maldonadi, Tucmanen, Maturinen.

16) Nyundoën.

17) Riochachaen, Palmen.

18) Bennefen, de Sahara Hispanico et Ifni, Nyerien, Usumburaën, Clanien.

19) Ambaten, S. Michaëlis de Sucumbios, S. Iosephi in Uraquaria, Huarazen.

20) Nelloren, Bangaloren.

21

Instituatur diaconatus pro laicis ut stimulus et praemium.

22

Relinquatur meliori iudicio Ordinariorum ut laicis conferant munera diaconatus, quin tamen iisdem conferatur ipsum sacramentum.

23

Diaconatus cum voto castitatis perutilis est.

24

Diaconi stabiles denuo instituantur si necessitas dioeceseos id postulet et viri idonei adsint.

25

In territoriis missionum fieri potest ut diaconi laici apte eruditi et idonei potestatem accipiant administrandi baptismum et S. Eucharistiam, praedicandi et assistendi ad matrimonia. Extra territoria missionum diaconorum ius utendi supradictis potestatibus circumscribi potest ab Ordinario vel a parocho.

26

Concedatur diaconatus etiam iis qui sacerdotes non erunt nec regulariter esse possunt (praesertim defectu intelligentiae vel instructionis) praeferendo non nuptos, viduos sine prole vel, quamvis cum prole nulla obligatione detentos. Diaconorum praeparatio fiet per institutionem domorum appositarum saltem in singulis regionibus ecclesiasticis.

27

Ex-seminaristae haud sufficienter intelligentes sed percupidi in Ecclesiae servitio manendi et omnibus qualitatibus ad hoc requisitis instructi honore diaconatus frui possent.

---

21) Ambaten.
22) Manilen.
23) Maquitesen, Burdigalen, S. Deodati, Assien, Justinianen, Makenen.
24) Valadaren.
25) Arben.
26) Maceraten.
27) Usumburaën.

28

Clerici et religiosi possint ministrare Eucharistiam, Baptismum, praedicare etc. deficiente sacerdote.

29

Conferri liceat ordines maiores subdiaconatus et Diaconatus sub conditionibus: *a*) ut recipiens habeat eundem gradum educationis quem incolae territorii magis eruditi adepti sunt; *b*) ut recipiens sit membrum communitatis religiosae, qui emisit votum castitatis saltem temporaneum, vel vivens in mundo idem emisit votum; *c*) ut solus Ordinarius loci iudicet de recipientis idoneitate; *d*) ut hi ordines conferantur solummodo si urgens necessitas alicuius territorii id postulaverit.

30

Crescente iam numero fidelium, at penuria sacerdotum his locis semper obtinente, valde dolendum est, quod multis fidelibus partes dissitas incolentibus, deest auxilium spirituale, praesertim frequens sacratissimae Eucharistiae receptio. Nonne fieri posset, ut ex coetu laicorum votis religionis obstrictorum eligantur quidam probatissimi ad ordinem diaconatus recipiendum; vel saltem delegentur ad Sacram Communionem distribuendam diebus solemnioribus, quando magnae fidelium turbae ad Dominicam Coenam maxime concurrunt? Concedo illos catechistas indigenas aliquod adiutorium nobis inferre quoad instructionem, sed eorum efficacitas valde restringitur. Consentanea non videtur illa sententia recenter proposita, quae favet catechistas vel alios matrimonio iunctos ad diaconatum elevari.

31

Suadentur non « diaconi-uxorati », sed religiosi fratres, tribus suetis votis ligati, qui diaconatu decorentur.

---

28) Resistenciae.
29) Bucellen.
30) Attalen in Pamphylia.
31) Meeruten.

32

Melius paroecia cum diacono quam sine parocho; in missionibus una cum catechistis longa manus missionarii esse possunt; multi qui hodie relinquunt Seminarium ob castitatis difficultates recuperarentur.

33

Ii qui ad Ordinem diaconalem promoti sunt et ad sacerdotium promoveri nolint vel non conveniant, coadiuvent parochos in ministerio pastorali.

34

Doctrinae profanae in Seminario, administratio rerum temporalium: in paroeciis, seminariis et etiam in Curia Romana diaconis concredenda; ipsi possent baptizare, praedicare, sacras aliquas functiones dirigere, etiam (si Ecclesia vellet) matrimonia iungere. Pro istis aliqui optant dispensationem a caelibatu: res plena utilitatibus necnon difficultatibus Concilio relinquenda.

35

Exeunte studiorum curriculo Seminariorum alumni ad diaconatum promoveantur, deinde per triennium in sacri ministerii exercitio maneant; saltem triennio elapso in potestate cuiuscumque sit optandi sive sacerdotium post annum in Seminario transactum cum caelibatu, sive diaconatum cum facultate matrimonium adeundi; diaconi etiam vestitu a presbyteris distinguantur.

36

Diaconissae instituantur.

37

Restauretur diaconorum ordo cum extensione ad femineum sexum cum onere caelibatus.

---

32) Tyanen.
33) Urbanien et S. Angeli in Vado.
34) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Neritonen.
35) Interamnen et Narnien.
36) S. Raimundi.
37) Uxentin.

b) *De Diaconatu sine obligatione caelibatus*

1

Concilium videat utrum an non admittendi sint diaconi uxorati, praesertim ubi deest copia sacerdotum.

2

Exquirendum erit utrum expediat diaconos coniugatos ecclesiastico munere fungi.

3

Consideratione digna videtur opinio eorum qui diaconorum constitutionem, lege coelibatus non obstrictorum, in auxilium sacerdotum petunt.

4

Examini subicienda videtur necessitas aut utilitas admittendi ad diaconatum viros matrimonio coniugatos.

---

1) Ordinarii Indonesiae, Calicuten, Acarassen, Gedanen, Rottenburgen, Aulonitan, Calydonien, Secovien, Apollonien, Dinien, Tarantasien, Molinen, Pictavien, Gurzen, Massilien, Myrinen, Andegaven, Lugdunen, Gibuten, Dedzaen, Rusicaden, de Sahara Hispanico et Ifni, Volkrusten, Balanen, Mombasaën et Zanzibaren, Kayesen, Barcusen, Arcis Lamy, Blantyren, Nampulen, Baianen, Gaurianen, Tuneten, Niameyen, Mopoien, Cataquen, Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani, Tripolitan Maronitarum, Zahuen, Lydenburgen, Eshowen, Capitis Viridis, Nunen, Sakanien, Inongoën, Kokstaden, Rabaten, Civitatis Reginae, Truxillen, Uruassuen, Huancayen, Panamen, Marilien, Tegucigalpen, Oruren, Zamen Maior, Maringaen, Tunquen, Sup. Gen. Miss. Ext. Bethlehem., Sup. Gen. Mission. Saverian, Sup. Gen. Marist., Sup. Gen. Congr. Calabria, Sup. Gen. Fr. Carm. B. M. V. Immac., Sup. Gen. Congr. S. Cordis I. Inf.

2) Colonien.

3) Thignicen, Yanchiven, Siningen, Taian, Makassaren, Sendaien, Atambuaen, Indoren, Trichurien, Tiruvallen, Ootacamunden.

4) Portugallen.

5

Pro subdiaconatu et diaconatu introducatur promissio servandi perfectam castitatem, ad annum valitura et annuatim renovanda, donec per susceptionem sacerdotii perpetua fiat. Praeterea examinetur quaestio de opportunitate habendi diaconos et subdiaconos perpetuos, qui possint matrimonio copulari.

6

Instituatur ordo sacer supplementarius virorum, qui « Diaconi laici », aliove simili nomine, appellari poterunt. Hi gauderent potestate concionandi, quaedam Sacramenta administrandi, etc. ac libertate matrimonium ineundi. Pro his cursus studiorum brevior esset, et sine studio linguae latinae, quod pro multis iuvenibus est magnum obstaculum.

7

Diaconatus restauretur sine caelibatus onere: in actu assumptionis iure uti possent optionis: vita coniugalis in diaconatu aut presbyteratus cum caelibatu.

8

Proponitur restauratio ordinis diaconorum haud promovendorum ad presbyteratum, quibus liceat ad nuptias accedere.

9

« Diaconi-mariti »:

a) sacerdotibus curas pastorales magis libere exercendas sinerent;

b) viam ad conversionem ministrorum protestantium aperirent;

c) studium tam longum tamque difficile ac pro sacerdotibus non exigerent.

---

5) Sup. Gen. O. F. M

6) Alexandrin, Marquetten, Bostonien.

7) Caietan.

8) Ferentin.

9) Rajaburien, Tablen, Indoren.

10

Ordines minores, Subdiaconatus et Diaconatus in pristinum reducantur, ita ut constituant munera perpetua in Ecclesia nec tantum praeparatoria ad presbyteratum, et liberi manere possint ab onere coelibatus.

11

Restauretur diaconatus absque sacri coelibatus onere ut bonorum administrationi et operibus quae socialia dicuntur, diaconi incumbere possint.

12

Restitutio Ordinis diaconorum uxoratorum valde utilis est, quia liberaret sacerdotes a multiplicibus curis in regimine paroeciarum et inservire potest ad sistemationem conferendam Pastoribus protestantibus uxoratis, quando ad Ecclesiam catholicam sese convertunt.

13

Ubi desit sacerdotum copia, ut fidelium necessitatibus provideatur, instituatur ordo diaconalis, ad quem accedere possint fideles, qui, etsi matrimonio copulati, ecclesiasticis disciplinis, praesertim theologicis, sint instructi. Ii in seminario sive in aliquo collegio apte erudiantur.

14

Attamen non inconsulte procedendum est, ad gravissima incommoda praecavenda.

15

Proponitur institutio alicuius ordinis fere diaconalis, cuius asseclae, in quodam seminario ad hunc finem instituto, saltem per triennium sufficienter edocti, atque statum iuridicum alicuius Instituti Saecularis ad normam Constitutionis Apostolicae « Provida Mater

---

10) Sinopen, Busiritan.
11) Bergomen.
12) Docleen.
13) Sup. Gen. Ord. SS. Trin.
14) Nemausen.
15) Calatayeronen.

Ecclesia » adepti, ad opera quondam diaconalia, pro temporum et locorum varietate et necessitate incumbant, sacerdotibus orationi et ministerio verbi provide restitutis.

16

Videtur opportunum diaconos admittere, qui, perpetuo Ecclesiae servitio addicti a qua victum acciperent et a lege coelibatus exempti, officiis non stricte sacerdotalibus incumberent: v. g. Sacramento baptismi, distributioni S. Communionis, Catechismo, archivo, templi curae, bonorum administrationi etc.

17

Fideles uxorati, qui sunt satis idonei ad sacerdotes in cura animarum iuvandos, Diaconi ordinari possint et ab obligatione Breviarium recitandi sint exempti.

18

Viros scientia theologica ad normam iuris canonici munitos, sed vinculo matrimoniali iunctos, ad diaconatum admittere liceat.

19

Status clericalis et diaconatus pro cathechistis etiam nuptis anteponendus est matrimonio sacerdotum, quia si sacerdotibus liceret matrimonium inire multi qui huius vocationis et indigni et incapaces sunt, hanc dignitatem propter exteriorem gloriam sibi desiderarent.

20

Sunt qui desiderant ut diaconi — laici (ut aiunt) ordinentur, non in ordine ad sacrum presbyteratum recipiendum, sed eo fine tantum, ut — in saeculo manentes atque ad coelibatum et officium divinum non obligati — munus diaconi perpetuo exerceant in auxilium Ecclesiae seu cleri paroecialis.

---

16) Hispalen.
17) Olbien.
18) Stanforden Ruthenorum, Dubuquen, Dallasen-Arcis Worthen, Petriculan, Rockfordien, Sacramenten, Thibaritan, Quebecen.
19) Mbararaën.
20) Laginen, Surigen.

21

Si etiam diaconi coniugati ad servitium paroeciarum et Missionum ab Ecclesia rursus probari possent, multi verisimiliter sic ad hunc ordinem promoverentur et sic alleviarentur sacerdotes saepe nunc labore obruti et saepe etiam incapaces sua officia plene exsequendi. Hi autem diaconi multa possent absolvere pro bono spirituali, aut etiam temporali, paroeciae aut Missionis.

22

Eorum tamen numerus in Ecclesia latina, ab Episcopo determinandus esset et victus puerorum et uxoris horum diaconorum a familia ipsa provideatur.

23

Agatur de possibilitate concedendi laicis uxoratis facultatem aliqua munera sacra exercendi cum vel sine receptione alicuius ex Ordinibus Minoribus vel Maioribus.

24

Diaconorum coadiutorium sine coelibatu — formatio sit eadem ac sacerdotum in iisdem seminariis. Munus sit adiutorium praestandi sacerdotibus in omnibus illis quae non exigunt potestatem sacerdotalem. Matrimonium non contrahant usque ad vigesimum quintum aetatis annum. Defuncta muliere ne novum matrimonium contrahant nisi post annum; et si tunc ad sacerdotium accedere velint, admittantur.

25

Concilium statuat de electione, formatione, iuridica conditione, ministeriis, ad statum laicalem reductione, de transitu ad sacerdotium diaconorum uxoratorum; formatio sit solida, tamen sine obligatione degendi in Seminario; ius ad vitam coniugalem et ad propriam professionem concedatur; divini officii obligatione non adstringantur saltem modo vigenti; tantum in actibus cultus veste clericali utantur.

---

21) Basilinopolitan.
22) Bisuntin.
23) Caesarien Philippi.
24) Laginen.
25) Ss. Conceptionis.

26

Ad incommoda vitanda quae facile praevideri in Seminariis possunt ubi clerici coelibatum eligere debent ut ad sacros ordines accedere possint statui potest aetas 30-35 annorum.

27

Institutum diaconorum uxoratorum renovetur saltem ad experimentum.

28

Ad experimentum tantum restituantur diaconi uxorati.

29

Concedatur diaconatus uxoratis ad experimentum in missionibus et in magnis civitatibus.

30

Episcopi per modum experimenti, praesertim in missionibus, facultatem habeant conferendi diaconatum viris selectis etiam coniugatis.

31

Instauretur officium diaconatus pro pastoribus nuptis protestantibus ita ut post conversionem ministerium verbi quod eis carum est exercere valeant.

32

Ad statum diaconalem reducantur sacerdotes qui castitatem servare nequeunt.

33

Habeant possibilitatem occupationis in vita civili; apostatae ab onere caelibatus dispensentur et ad statum diaconalem reducantur.

---

26) Messenien.

27) Pupianen, Biturgen, Montis Alti et Ripan, Goritien, Derthonen, Hadrianien in Hellesponto, Bononien, Gravinen et Montis Pelusii.

28) Mbararaën, Tsiroanomandidyen.

29) Aelaniticus.

30) Sup. Gen. Mission. Scheut.

31) Jonopolitan, Darnitan, Pessinuntin.

32) Armenien.

33) Rossanen.

34

Pro terris Missionum concedatur Diaconatus sine obligatione coelibatus, sed hac cum limitatione ut tales diaconi numquam presbyteri fieri possint.

35

In peculiaribus tantum regionibus restituatur diaconatus sine obligatione castitatis.

36

Saltem in regionibus nimia sacerdotum paucitate gravatis, instituantur diaconi vinculo matrimoniali ligati, qui numquam stante matrimonio ad sacerdotium pergant. Horum officia erunt: *a*) minister ordinarius S. Communionis. *b*) Minister ordinarius baptismatis; *c*) Instructor catecheseos in scholis publicis; *d*) minister ordinarius in benedictione defunctorum aliisque ordinariis benedictionibus.

37

Utilitas diaconorum uxoratorum considerari potest sed non urget.

c) *De requisitis et muneribus Diaconorum*

1

Diaconi eligantur 40 annorum aetatis, investigatis tamen eorum doctrina et moribus.

2

Quadraginta annorum sint et catechistae exemplares.

3

Diaconorum officia sequentia essent: *a*) praedicatio; *b*) administratio Baptismi etiam solemnis; *c*) distributio S. Communionis;

---

34) Ostracinen, Aquisgranen, Treviren, Dagnen.

35) Laguaten.

36) Aphnaeten.

37) Lomen.

1) S. Dominici, Hadrianopolitan in Haemimonto.

2) Uahiguyaën.

3) Garouen, Lacus Moëri, Uahiguyaën.

d) expositio SS. Sacramenti et benedictio eucharistica; *e*) viatici ad infirmos delatio.

4

Diaconatus instituatur, in locis praesertim Missionum et ubi adest penuria sacerdotum, pro his officiis:

a) ad baptismum solemnem administrandum.

b) ad valide adsistendum matrimonio.

c) ad Ss. Eucharistiam administrandam etiam per modum Viatici.

d) ad Verbum Dei praedicandum in Ecclesia.

e) in rebus oeconomicis administrandis.

5

Diaconi sint *a*) matura aetate; *b*) perspicuo animo christiano; *c*) sufficienti scientia et dogmatica et morali et scripturistica ac liturgica; eorumque officia sint: *a*) catechesi incumbere; parocho in servanda Eucharistia iuvamen afferre; *c*) fidelibus Sacram Communionem, prudenti parochi iudicio, distribuere.

6

Teneantur lege residentiae sub vigilantia parochi, sustententur a fidelibus vel a Curia si opus fuerit.

7

Diaconi possint matrimoniis assistere.

---

4) Iconien, Caesarien in Mauretania.

5) S. Rosae de Copan, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, Achollitan, Pudentianen, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Santosen, Sucren, Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Olancho, Icen, Antofagasten, Campi Grandis.

6) Villavicentien.

7) Ss. Incarnationis et Paranen Superioris, Santosen, Sucren, Antofagasten, Lacus Moëri.

8

Concedatur diaconis facultas impertiendi Solemnem Benedictionem cum SS. Sacramento.

9

Rerum temporalium Ecclesiae administratio a parochis ad diaconos transferatur, ut parochi magis spiritualibus curis vacent.

10

Diaconi attendant ad administrationem bonorum.

11

Ad can. 938 praescribatur insuper ut diaconus sit minister extraordinarius extremae unctionis, quando absit nempe sacerdos et urgeat necessitas.

12

Diaconi Extremam Unctionem conferre valeant in absentia sacerdotum.

13

Possint solatium afferre christifidelibus in extremo agone.

14

Diaconi possint exequiis praeesse.

15

Catechistis et laicis coadiutoribus ordo diaconatus conferatur.

---

8) Antofagasten, Campi Grandis, Uagaduquen.
9) Feretran.
10) Riohachaën.
11) Capicen.
12) Uagaduquen.
13) S. Rosae de Copan, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, Achollitan, Pudentianen, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Olancho, Antofagasten.
14) Lacus Moëri, Uahiguyaën.
15) Cuneen.

16

Diaconi nominari possunt professores religionis.

d) *De inopportunitate Diaconatum restituendi*

1

Non convenire videtur diaconos (sive non uxoratos, sive et praesertim uxoratos) instituere.

2

Non adsunt rationes sufficientes pro diaconorum restitutione.

3

Incommoda restitutionis diaconatus commoda superant.

4

Diaconatus sine voto castitatis valde periculosus est.

5

« Renovatio diaconatus » est locutio aequivoca, inutilis, et periculosa: aequivoca, quia laicus non potest esse diaconus sine praeviis ordinibus et tonsura; inutilis, quia in membris Actionis Catholicae aequivalenti re iam habetur; periculosa, quia distinctio inter laicum et clericum semper manere debet, iuxta can. 948.

6

Restitutio diaconatus sine obligatione castitatis fortasse est ianua periculosa ad abolitionem coelibatus Presbyterorum.

---

16) Conchen.
1) Sciiamchiamen, Barcinonen, Asturicen, Westmonasterien.
2) Nepten, Guluen.
3) Balecien.
4) Huarazen, Machiquesen.
5) S. Hyacinthi.
6) Assien, Gandaven, Panopolitan, Southwarcen.

7

Deficiente facultate Missam celebrandi ac confessiones audiendi, nihil aliud isti agere possent quam quod in missionibus iam catechistae faciunt; inutilis ergo institutio diaconorum uxoratorum evaderet.

8

Diaconatus restitutio penuriam sacerdotum graviorem redderet.

9

Inutile est immorari in statu diaconali dum multae actiones quae antiquitus committebantur diacono nunc a laicis fiunt.

10

Reprobanda opinio fautorum institutionis « diaconorum cum uxore ».

11

Circa diaconatum sine caelibatu in adiutorium parochi, non video utilitatem, opportunitatem et aedificationem quae possit derivare in Christifideles.

D) *De Presbyteratu*

1

Arcte servetur lex ne presbyteratus conferatur ante vicesimum quartum annum expletum.

2

Nulla amplius concedatur dispensatio supra aetatis defectum pro ordinatione sacerdotali.

3

Conveniens videtur negare dispensationes aetatis canonicae ad suscipiendum presbyteratum.

---

7) Hierapolitan in Phrygia.
8) Apuanien, Canen.
9) Caesenaten.
10) Hanciomen, Ketapangen.
11) Tudertin.

1) Syracusan.
2) Maceraten et Tolentin, S. Severi, Messanien.
3) Leopolien Lat. et Adm. Ap. Cracovien, Miletopolitan, Vicen.

4

Aetas presbyteratus amplius prorogetur.

5

Sacrorum alumni ad presbyteratum in provectiore aetate promoveantur.

6

Presbyteratus ne conferatur ante vigesimum quintum aetatis annum, nulla dispensatione concessa et post saltem unum annum extra Seminarium; in ordinatione sacerdotali emittatur votum perpetuum castitatis.

7

Elevatio ad presbyteratum fiat vicesimo quinto aetatis anno expleto.

8

Bonum erit posthabere aetatem canonicam ad ordinem presbyteratus recipiendum usque ad vigesimum sextum aetatis annum.

9

Presbyteratus ante vigesimum sextum annum non videtur conferendus.

10

Presbyteratus ante vigesimum septimum annum ne conferatur neque dispensetur super hoc.

11

Ordinatio sacerdotalis fortasse differri posset ad vigesimum octavum aetatis annum.

---

4) Tabuden, Barcinonen, Vicen, Valentin, Dardan, Santanderien, Melen, Angelorum, Comen.
5) Sardian.
6) Bononien.
7) Neapolitan, Terulen, Dalisanden in Isauria.
8) Soldaien.
9) Oriolen, Nganchimen.
10) Saniüenen.
11) Tudertin.

12

Presbyteri ne ordinentur nisi post vigesimum septimum vel vigesimum octavum annum aetatis et post saltem annum praxeos pastoralis apud parochum.

13

Presbyteri ne ordinentur ante trigesimum aetatis annum et post annos praxeos pastoralis.

14

Presbyteratus cum voto perpetuo castitatis conferatur non autem ante trigesimum aetatis annum; per aliquot annos cum voto temporaneo alumni permaneant in diaconatu.

15

Presbyteratus ordo et votum castitatis perpetuae ad trigesimum annum remittantur, ut diaconus onus suscipiendum maturius perpendat, dum, studiorum curriculo peracto, per aliquot annos munere ab Ordinario assignato fungi potest.

16

Presbyterorum ordinatio post 30 annum aetatis fiat.

17

Presbyteratus conferatur post completum quartum annum studiorum.

18

Ordinatio sacerdotalis initio quarti anni Theologiae conferatur cum obligatione tamen manendi in Seminario usque ad finem anni.

19

Castitas perpetua tantum sacerdotibus imponatur.

---

12) Salten in Uruguay, Nunt. Ap. in Guatimala, Gaurianen.
13) Zacapen, Peneden, Nunt. Ap. in Guatimala.
14) Venetiarum.
15) Calven et Feretran, Assisien, Apuanien, Dilien, Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
16) Cercinitan.
17) Cerrarum.
18) Gaudisien.
19) Civitatis Mariae.

20

Votum perpetuum castitatis emittatur tantum in ordinatione sacerdotali.

21

Presbyteri tantum impendant « orationi et verbi ministerio ».

22

In ordinatione sacerdotali emittatur votum oboedientiae Romano Pontifici.

23

In ordinatione sacerdotali emittatur votum oboedientiae Episcopo.

24

In collatione Ordinis supprimantur verba: « moneo te ut diligenter totius Missae ordinem... discas... priusquam ad celebrandum... accedas ».

25

Tractetur de admissione ministrorum acatholicorum coniugatorum ad sacros Ordines, post eorum conversionem.

26

Ut facilius fratres dissidentes ad Ecclesiam redire possint, opportunitas examinetur permittendi ut Episcopi sacerdotalem ordinationem conferant pastoribus a protestantica secta ad Ecclesiam conversis, studiorum theologicorum apto curriculo expleto, permanente vita matrimoniali.

---

20) Dardan, Mytilenen.
21) Tabuden.
22) Abziritan.
23) Abziritan, Caxien.
24) Rhoinen.
25) Dallasen-Arcis Worthen, Seteen.
26) Daren.

VIII. DE MATRIMONIO

1. De praeparatione ad Matrimonium

1

Instituatur legislatio qua teneantur sponsi ad plenam ac claram status quem sunt amplexuri persuasionem, ut matrimonii sanctitas restituatur omni ope.

2

Ad sanctitatem coniugii christiani restaurandam remedia quaerenda magis a supernaturalibus auxiliis, quam ab humanis adminiculis.

3

Commendanda est praeparatio christiana ad matrimonium. Abusus in vita coniugali facile excusantur ab opinione communi, quae credit omnia licere; huiusmodi opinio corrigatur.

4

Nonne requiritur praeparatio per sex annos protracta in ordine ad sacerdotium. Nonne praemittuntur instructiones catecheticae per duos annos antequam pueri recipiant Communionem solemnem? Quid autem in ordine ad matrimonium? Nihil...

5

Conferentia Episcopalis habeat auctoritatem redigendi ordinem informationum matrimonialium accomodatum unicuique populo.

6

Requisita ad matrimonii celebrationem, praesertim proclamationes et documenta reducantur.

---

1) Peloten, Punien, Xinguen, Guadalajaren.
2) Ariminen.
3) Vivarien, Docleen.
4) Isinden, Cardiffen.
5) Popayanen.
6) Barcusen.

7

Tempore congruo ante matrimonium parochi peragant canonicas inquisitiones sponsorum, ad normam can. 1020 et Instructionis a S. Congregatione de Sacramentis (AAS. 1941, p. 297), ad praecavendam invalidam et illicitam nuptiarum celebrationem.

8

Recens disciplina de statu libero contrahentium demonstrando magis magisque urgeatur maxime cum contrahentes ad distinctas nationes pertineant.

9

Formatio praematrimonialis nupturientium valde commendetur.

10

Examen sponsorum de doctrina christiana paulo plus augeatur.

11

Forma examinis sponsorum ad essentialia reducatur sed strictissime observetur.

12

In interrogatorio praescripto ab Instructione « Sacrosanctum », requiratur responsio scripta non postulandi divortium.

13

Tractetur de opportunitate providendi ut, praeter canonicam investigationem, instructio doctrinalis magis completa de dignitate matrimonii, de obligationibus coniugum, de educatione prolis, etc. detur nupturientibus.

---

7) Praenestin.
8) Aurien.
9) Abulen, Tabuden, Dausaren, Thuggen, Cardiffen.
10) Tiburtin.
11) Driziparen.
12) Avenionen.
13) Quebecen.

14

Sponsi instituantur ad futurum matrimonium aliqua forma catechumenatus (exercitiis spiritualibus, doctrina paroeciali, etc.).

15

In omnibus ecclesiis instituatur catechesis nuptialis iuvenum ante sacramenti matrimonii celebrationem.

16

Cursus ad matrimonii praeparationem praescribantur.

17

In omnibus ecclesiis paroecialibus instructionis cursus habeatur pro nubendis.

18

Cum multi hodie matrimonium imprudenter et nimis cito contrahant, necessarium est monere fideles ut diu et serio sese praeparent ad illud contrahendum.

19

Nupturientibus praecipiatur, ut per complures menses ante celebrationem matrimonii cursum praeparatorium frequentent.

20

Schola sit in unaquaque paroecia quae doctrinam necessariam nubendis impertiat.

21

Obligatio castitatis sponsorum ante matrimonium urgenda est.

---

14) Calydonien.
15) Taurinen, Mantuan, Platien.
16) Mesembrian.
17) Santosen, Birthen, de Punta Arenas, Oruren.
18) Arcen, Avenionen.
19) Sup. Gen. Congr. Austr. O.S.B.
20) Ragusien.
21) Aquisgranen.

22

Denegandum est sacramentum matrimonii in casu instructionis religiosae deficientis vel quando sponsa vel sponsus nullum indicium vitae christianae praebuerunt antequam matrimonium contraherent: Deus non irridetur.

23

Can. 1013 de sponsalibus aboleatur.

24

A S. Congregatione pro disciplina Sacramentorum parvus catechismus edatur: qui si renuerint examinari non quidem a nuptiis arceantur sed tantum a solemni pompa nuptiali.

25

Paretur summula familiae christianae, quae omnia munia parentum circa fidem sacramenti servandam atque filiorum procreationem et educationem declaret. Huiusmodi summula diligenter et frequenter explanetur a parochis et ceteris sacerdotibus, ita ut de doctrina illa interrogent in processiculo matrimoniali.

2. De bannis

1

Concedatur parochis facultas dispensandi a bannis proclamandis quoties de statu nupturientium certo constet.

2

Praescriptum can. 1023 § 2 quo determinantur publicationes matrimonii in paroeciis in quibus pars per sex menses commorata sit relaxandum est.

---

22) Rabaten.
23) Jotan.
24) Tiburtin, S. Severi.
25) Novarien.
1) Maxulitan.
2) Posnanien.

3

Banna seu proclamationes supprimantur quia hodie fere inutilia.

4

Dispensatio generalis a bannorum publicatione concedatur sacerdotibus qui tantum occasionaliter pagos dissitos paroeciae visitant.

5

Peractis investigationibus et publicationibus parochus matrimoniis ne assistat antequam omnia documenta necessaria receperit. (Can. 1030 § 1.)

Peractis investigationibus si intra tres menses matrimonium contractum non fuerit publicationes repetantur nisi aliud loci Ordinario videatur. (Can. 1030 § 2.)

6

Faciliores reddantur normae quoad bannorum proclamationem in aliena paroecia.

3. De impedimentis matrimonialibus in genere

A) *De disciplina impedimentorum reformanda*

1

Examini subiiciatur elenchus impedimentorum: sunt enim aliqua impedimenta quae forsan obsoleverunt.

2

Impedimenta matrimonialia pauciora fiant.

---

3) Risinitan, Garzonen.
4) Dumagueten.
5) Asponitan.
6) Pergen, Dianen.
1) Rhemen, Bellovacen, Tarbien et Lapurden, Meloën in Isauria, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Barcinonen, Placentin in Hispania, Oruren, Driziparen, Portugallen, Mvanzaën, Rabaten, Ordinarii ex Anglia.
2) Barcusen, S. Isidori, Ancyran, Zamoren, Zernen, Adamanteae,

3

Impedimenta gradus minoris reformentur.

4

Supprimantur quae raro occurrunt impedimenta.

5

Impedimenta dirimentia numero reducantur; forsitan aliqua impedimenta dirimentia gradus minoris reduci possent ad categoriam impedimentorum impedientium.

6

Impedimenta dirimentia a quibus dispensari solet, tantum impedientia habeantur.

7

Impedimenta gradus minoris impedientia tantum sint.

8

Impedimenta dirimentia et impedientia a quibus facile dispensari solet, aboleantur.

9

Proponitur consideratio eliminationis quorundam impedimentorum, vel saltem restrictionis (v. g. affinitatis, criminis) nam in praxi, aliqua impedimenta non revera impediunt, sed uti dicitur, « existunt impedimenta tantum ut dispensentur ».

Judiciforen, Barcinonen, Placentin in Hispania, Comben, Trichurien, Engolismen, Sup. Gen. Congr. Bav. O. S. B., Sup. Gen. O. F. M. Cap.

3) Segobien, Zamoren, Celsonen.

4) Kandien, Tokien.

5) Melden, Castabalen, Praenestin.

6) Bosetan, Tingitan.

7) Amisen, Baianen.

8) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen Armenorum, Tanitan, Pedachtoën, Constantinopolitan Armenorum, Acilisen, Kamechlien Armenorum.

9) Camberren et Gulburnen.

10

Quaedam impedimenta minora abrogentur.

11

Abroganda videntur matrimonii impedimenta dirimentia gradus minoris.

12

Impedimenta minora vel aboleantur vel ab ipsis possit Episcopus dispensare.

13

Impedimenta gradus minoris aboleantur et quoad dispensationem maiorum impedimentorum applicetur can. 1054.

14

Abrogentur generatim impedimenta minoris gradus et insuper affinitas in primo lineae collateralis gradu.

15

Impedimentorum numerus minuatur et illa tantum serventur a quibus dispensationes raro conceduntur.

16

Imminuantur impedimenta impedientia et dirimentia, saltem illa super quae dispensatio generatim et faciliter concedi solet (v. g.

---

10) Buscoducen.

11) Essendien, Eminentianen, Herbipolen, Limburgen, Semarangen, Clunien, Mindonien, Santanderien, Tirasonen, Trocmadian, Jotan, Driziparen, Darnitan, Cliftonien, Phasan, Chillanen, Huajuapamen, Cucuten, Marilien, Succursen et S. Aegidii.

12) Amalphitan, Caesenaten, Ferrarien, Mantuan, Balneoregien, Potentin et Marsicen, Canen, Asculan in Piceno, Beneventan, Nucerin Paganorum, Biturgen, Bergomen, Mutinen, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia.

13) Petrocoricen.

14) Colonien, Misnen, Herbipolen.

15) Olbiatan.

16) Baiocen, Avenionen, S. Deodati, Suessionen, Caesenaten.

tertii gradus consanguinitatis, secundi affinitatis, in linea collaterali; crimen primae speciei, etc.).

17

Auferatur differentia inter impedimenta gradus minoris et maioris.

18

Supprimantur impedimenta matrimonialia iuris ecclesiastici, vel saltem sint tantum prohibentia, exceptione facta pro impedimento e crimine ex coniugicidio, a quo numquam dispensandum.

19

Omnia impedimenta matrimonialia, iuris tantum ecclesiastici, fiant in posterum impedimenta prohibentia tantum, exceptis tamen impedimentis ex ordine sacro et voto castitatis solemni provenientibus. Quoad impedimenta aetatis, in iis regionibus, ubi lege civili aliqua aetas statuatur pro validitate vel liceitate matrimonii, iure quoque canonico similiter sit statutum.

20

Impedimenta dirimentia iuris ecclesiastici fiant solummodo impedientia.

21

Cum praxis dispensandi in impedimentis matrimonialibus eorum vim quasi abstulerit, tollantur impedimenta minora et facultas dispensandi in impedimentis maioribus ad casus vere graves restringatur, de qua gravitate Ordinarius loci ex informata conscientia iudicet.

22

Mutentur praescripta can. 1045 § 2, ita ut impedimenta minora praetermittantur, excepto crimine adulterii cum promissione vel attentatione matrimonii etiam per civilem tantum actum.

---

17) Marilien, Risinitan.
18) Nicoletan.
19) Sydneyen.
20) Panamen, Montisvidei.
21) Passavien.
22) Lansingen.

23

Subleventur impedimenta matrimonialia minoris gradus, sed non crimen cum attentatione matrimonii.

24

Ad can. 1058: discutiatur an abrogari possint impedimenta impedientia tantum.

25

Concordantia vigeat inter impedimenta statuta ab Ecclesia et impedimenta statuta a Statu.

26

Matrimonii impedimenta iuris ecclesiastici pro catholicis tantum vigeant.

27

In can. 1042 § 3 explicite numerentur maiora impedimenta.

28

Impedimenta populorum neo-christianorum legibus aptentur praesertim illa de quibus in can. 1076.

29

Expungantur verba codicis circa errorem conditionis servilis.

30

Matrimonia civilia consideranda essent impedimenta quando pars velit matrimonium religiosum inire cum distincta persona, dispensatio a tali impedimento danda non esset nisi gravissima de causa si proles iam suscepta fuerit.

---

23) Ostracinen, Aquisgranen, Bambergen.
24) Essendien, Eminentianen, Limburgen.
25) Sanaven, Comben.
26) Baianen.
27) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
28) Bondoën.
29) Marilien.
30) Synnaden in Phrygia.

31

In can. 1038 includatur impedimentum minoris gradus contra virum deflorantem et simul derelinquentem puellam seductam.

32

Statuatur impedimentum dirimens erroris qualificati dolo causati circa circumstantias quae momenti substantialis sunt pro vita coniugali (v. g. impotentiam generandi, graviditatem ab aliena persona, etc.).

33

Matrimonium invalidum sit si pars homicidium commisit quod comparti ante matrimonium omnino ignotum fuit.

34

Metus etiam minus gravis a parentibus incussus decernatur esse impedimentum dirimens matrimonii.

35

Error circa indissolubilitatem matrimonii sit impedimentum praesertim quando agitur de matrimoniis mixtis.

36

Error circa qualitatem gravem uti circa morbum insanabilem, impedimentum dirimens declaretur.

37

Error circa qualitates physicas vel morales declaretur impedimentum dirimens quando error, si antea cognitus, matrimonii celebrationem impedivisset.

---

31) Asculan Apul. et Ceriniolen.
32) Essendien, Eminentianen, Passavien, Limburgen, Misnen.
33) Trocmadian, Jotan.
34) Driziparen.
35) Holaren.
36) Kielcen, Driziparen.
37) Pisitan.

38

Lues cum positivo eventu ex analisi « serologica » matrimonio antecedens sit impedimentum dirimens.

39

Derelictio unius coniugis, altero innoxio, post tres appellationes in anno, habeatur causa dissolutionis matrimonii.

40

Dementia perpetua declaretur impedimentum dirimens.

41

Aethylismus chronicus matrimonio antecedens sit impedimentum dirimens.

42

Damnatio ad carcerem pro vita habeatur causa dissolutionis matrimonii.

43

Ordinariis alicuius regionis aut nationis facultas detur pro suis territoriis impedimenta constituendi super quibus ipsi dispensare possint.

B) *De dispensatione ab impedimentis*

1

Detur interpretatio authentica can. 1052 et controversiae inter auctores dirimantur.

2

Episcopi ordinariam potestatem habeant dispensandi ab omnibus impedimentis a quibus Ecclesia dispensat.

---

38) Trocmadian, Jotan.
39) Smyrnen.
40) Smyrnen.
41) Trocmadian, Jotan.
42) Smyrnen.
43) Comben.
1) Petrocoricen.
2) Tokien.

3

Ordinarii possint impedimenta impedientia et illa quinque minora dirimentia remittere, simul et sanationem in radice concedere.

4

Ordinariis loci detur facultas dispensandi super omnia impedimenta quae iure ecclesiastico obstant matrimonio.

5

Ordinariis loci tradatur facultas dispensandi ab impedimentis matrimonialibus, firma obligatione solvendi taxam S. Sedi.

6

Dispensationes impedimentorum matrimonialium, maioribus quibusdam exceptis ad Curias dioecesanas deferantur.

7

Parochis concedenda est amplior auctoritas quoad dispensationes pro matrimoniis mixtis.

8

Pro pauperibus dispensationem petentibus impedimenti alicuius matrimonialis mutetur poena pecuniaria in poenas aliquas spirituales.

9

Clarior et facilior disciplina statuatur quoad dispensationem in casu urgentiore (v. g. de casibus occultis).

10

In can. 1045 § 3 eliminetur restrictio « solum pro casibus occultis » et facultas extendatur ad omnes sacerdotes qui matrimonio assistunt.

---

3) Rhedonen.
4) Dallasen-Arcis Worthen.
5) Clavaren.
6) Portugallen.
7) Marquetten.
8) Asculan Apul. et Ceriniolen.
9) Suessionen.
10) Surigen.

11

Facultas confessariorum dispensandi in iure matrimoniali vi can. 1043-1045 simplicior reddatur.

12

Facultas addatur can. 1043 sanandi in radice.

13

Impedimenta matrimonialia cessent in casu urgenti.

4. De impedimentis matrimonialibus in specie

A) *De impedimento disparitatis cultus et mixtae religionis*

1

Legislatio circa matrimonia mixta firmetur.

2

Can. 1060 et 1061 maiore cum severitate urgeantur quia fere semper pars catholica patitur in fide detrimentum.

3

Prohibitio matrimoniorum mixtae religionis maximo cum rigore sustineatur.

4

Agatur de possibilitate conformandi can. 1070 § 1 Codicis Iuris Canonici ad can. 60 § 1 Codicis Orientalis ita ut pro omnibus lex sit: « Nullum est matrimonium contractum a persona non baptizata cum persona baptizata ».

---

11) Dublinen.
12) Fesulan.
13) Celsonen.
1) Cemerinianen.
2) Caravelien.
3) Tabuden, Lancastren.
4) Cadoën, Milwauchien, Petriculan, Marilien, Limburgen, Bambergen.

5

Ponderetur an conveniat constituere impedimentum mixtae religionis ut impedimentum dirimens. Revera periculum perversionis saepe saepius maius extat in casibus mixtae religionis quam in casibus disparitatis cultus.

6

Impedimentum disparitatis cultus extendatur ad omnes baptizatos etiam non catholicos.

7

Videtur bonum ad salutem animarum si revivisceret impedimentum disparitatis cultus quod ante Codicem viguit, videlicet non solum inter baptizatum in Ecclesia catholica et infidelem sed etiam inter baptizatum (simpliciter) et infidelem.

8

Desideratur restauratio impedimenti disparitatis cultus ad ambitum quem comprehendit ante Codicem Iuris Canonici, ita ut cum eodem impedimento in Codice Orientali conveniat.

9

Impedimentum disparitatis cultus ad formam primitivam ante Codicem promulgatam restituatur.

10

Impedimentum mixtae religionis (can. 1060) deberet esse impedimentum dirimens, non impediens, a quo dispensatio rarius esset concedenda.

---

5) Vayne Castren, Philadelphien Lat.
6) Mechlinien.
7) Davenporten, Gallupien, Campifontis-Capitis Girardeauen.
8) Dubuquen, Lansingen, Saginaven, Bruklynien, Clevelanden.
9) Sidonien.
10) Limburgen, Tovnsvillen.

11

Impedimentum matrimoniale mixtae religionis (de quo in can. 1060) clausula dirimente firmetur.

12

Abrogetur impedimentum impediens mixtae religionis, et habeantur omnia impedimenta religionis, in quantum ad matrimonium, ut dirimentia.

13

Discriminatio inter impedimenta disparitatis cultus et mixtae religionis — unum quidem dirimens, alterum vero prohibens — non amplius sustineri videtur. Nam saltem in nostris regionibus periculum perversionis partis catholicae non est maius in casu disparitatis cultus, imo saepe minus est, quia cum pars acatholica non sit addicta ulli sectae haereticae, indifferens est, nec vult partem catholicam a vera religione trahere.

Praeterea apud nos dantur tanti protestantes quorum status baptismalis valde incertus est propter dubium de baptismi collatione vel de validitate. Ideoque proponitur reditus ad disciplinam quae vigebat usque ad saeculum decimum tertium, secundum quam disparitas cultus, sicut mixta religio, erat tantum impediens.

14

Coniuges catholici et liberi matrimoniorum mixtae religionis saepe fidem amittunt. Quare quaestio fiat num expediat fere numquam dispensare ab impedimento mixtae religionis.

15

Quaestio fiat num expediat numquam dispensare ab impedimento mixtae religionis et disparitatis cultus.

---

11) Oklahomen et Tulsen.
12) Alexandrin.
13) Camberren et Gulburnen.
14) Honoluluen, S. Ioannis Terrae Novae.
15) Portus Gratiae-Granfallen.

16

Quae decernuntur de matrimoniis mixtis applicanda videntur iis qui notorie fidem abiecerunt etsi ad sectam acatholicam non transierint de quibus in can. 1065.

17

Normae S. Officii (Prot. N. 1216/47 - 19/1/1949) circa matrimonia mixta latae in Graecia, ad totum Orientem extendantur.

18

In locis catholicis impedimenta mixtae religionis et disparitatis cultus nisi urgeant iustae et gravissimae causae ne concedantur.

19

Quoad matrimonia mixtae religionis, Episcopi omnes (in Anglia) eadem decernant atque disponant.

20

Considerandum est utrum opportunum sit quaestionem molestissimam gravissimamque de matrimoniis mixtis simpliciorem reddere, praesertim in variis regionibus ubi Catholici pauci sunt, vel saltem in missionibus propter difficultatem vel etiam impossibilitatem cognoscendi catholicos christifideles a matrimoniis talibus arcendi non sunt.

21

Matrimonia mixta facilius permittantur.

22

Impedimentum mixtae religionis mitigari potest.

---

16) Compostellan.
17) Ordinarius Armen. Cath. in Graecia.
18) Managuen.
19) Sup. Gen. Rosmin.
20) Sbiden.
21) Barcusen, Vapincen, Irenopolitan in Cilicia.
22) Tuden, Cliftonien.

23

Impedimentum mixtae religionis minus urgeatur, si dubium non oriatur de baptismi validitate.

24

Dispensatio super impedimentum « mixtae religionis » a locorum Ordinariis, quin opus sit ad Sanctam Sedem recurrere, concedi possit.

25

Parochus dispensare possit ab impedimento mixtae religionis.

26

Ad can. 1061, § 1, n. 3 C. I. C., proponitur, ut praescriptum hoc modo mutetur: « parochus competens habeat spem fundatam de cautionum implemento ».

27

Cautiones de quibus can. 1070-1071 sint ad liceitatem tantum.

28

Cautiones pro impedimentis mixtae religionis et disparitatis cultus a sponsa catholica datae, in multis missionum locis, sufficiant neque plus exigatur.

29

Praxis dissolvendi matrimonia inter catholicos et acatholicos coram Ecclesia contracta ob disparitatem cultus, quamvis dispensatio a cultus disparitate iam obtenta fuerit, retrahatur, ad evitanda scandala.

30

Abrogetur clausula can. 1120 § 2 ob recentes dissolutiones matrimoniorum cum dispensatione disparitatis cultus initorum. Tamen ante talem abrogationem satis ponderandum est, quod damnum pos-

---

23) Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
24) Pisan.
25) Misnen.
26) Colonien.
27) Fukuokaën.
28) Sup. Gen. Mission. Scheut.
29) Lansingen.
30) Grandormen.

sit fidelibus evenire, quando intelligant Ecclesiam, cum dispensationem pro disparitate cultus concedat, re vera facultatem dare ingrediendi matrimonium ab initio solubile et forsan solvendum.

31

Retineatur in Iure Canonico quod statuitur in can. 1070 § 1 de impedimento disparitatis cultus. Id est ut hoc impedimento teneantur tantum « in ecclesia catholica baptizati » quando cum persona non baptizata matrimonium contrahant, iique qui ad fidem catholicam ex haeresi aut schismate conversi quoties cum persona non baptizata matrimonium ineant et hoc ne multiplicentur matrimonia invalida. Proponitur insimul ut de futuro non concedatur dissolutio in favorem fidei matrimoniorum coram Ecclesia Catholica valide contractorum cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus.

32

Matrimonium partis catholicae cum parte acatholica coram ministro acatholico celebratum non sit invalidum sed tantum illicitum. Multa enim matrimonia hoc modo celebrantur in nostris regionibus quae impediri nequeunt.

33

Fideles docere oportet quod tantum illud matrimonium (mixtum) quod in Ecclesia catholica contrahitur est verus contractus matrimonialis dum illa caeremonia nuptialis quae in Ecclesia heterodoxa permittitur tantum caeremonia civilis et socialis est. Si fideles hoc clare agnoscunt permissio eundi ad Ecclesiam heterodoxam concedi potest.

B) *De impedimento cognationis legalis*

1

Impedimentum cognationis legalis aboleatur.

---

31) Youngstonen.
32) Theban.
33) Balecien.
1) Dalisanden in Isauria.

2

Saltem eliminetur impedimentum ex cognatione legali.

C) *De impedimento aetatis*

1

Instituatur aetas annorum sedecim et duodeviginti, respective pro muliere et viro, ad matrimonium validum contrahendum.

D) *De impedimento impotentiae*

1*

Illustretur authentice impedimentum impotentiae.

E) *De impedimento raptus*

1**

Impedimentum raptus aboleatur.

F) *De impedimento criminis*

1***

Impedimentum criminis neutro patrante aboleatur.

2*

Impedimentum criminis primae figurae aboleatur.

---

2) Montisvidei.
1) Lafayetten.
1*) Adamanteae, Liman, Amathusius in Palaestina, Cernitzen.
1**) Mechlinien.
1***) Algerien, Lucen in Hispania, Compostellan, Chitrien, Praeneten, Brugen, Sidonien.
2*) Marilien, Zipaquiren, Arassuahyen.

3

Impedimentum criminis secundae figurae aboleatur.

4

Impedimentum *criminis*, adhuc dirimens, commutetur in formam impedimenti impedientis.

5

In can. 1075 impedimentum criminis uti in § 1 non amplius ut dirimens imponatur.

G) *De impedimento consanguinitatis*

1

Impedimentum consanguinitatis in tertio gradu collaterali aboleatur.

2

Abrogetur impedimentum matrimoniale consanguinitatis in tertio lineae collateralis gradu, vel minus facultas in eo dispensandi Ordinariis locorum concedatur ex ipso iure.

3*

Ubi civilis legislatio non obstat supprimatur ut impedimentum dirimens tertius gradus consanguinitatis in linea collaterali.

4*

Supprimantur impedimenta consanguinitatis illegitimae secundi et tertii gradus.

---

3) Zipaquiren.
4) Bambergen.
5) Agathonician.
1) Algerien, Balduinopolitan, Afulen, Camulianen, Maxulitan, Thuggen, Aveiren, Ruremonden, Roterodamen, Brugen, Marilien, Victorien da Conquista, Medellen, Guadalupen, Arassuahyen, Tarvisin.
2) Feretran.
3*) Adamanteae.
4*) Campostellan.

5

Can. 1076 § 2: impedimentum consanguinitatis in linea collaterali non ultra secundum gradum protrahatur.

6

Impedimentum consanguinitatis in secundo gradu aboleatur.

7

Gradus consanguinitatis et affinitatis, intra quos matrimonia nunc prohibentur, restringantur.

8

Supprimenda est multiplicatio impedimentorum consanguinitatis et affinitatis.

9

Reservetur Summo Pontifici tantum impedimentum primi gradus consanguinitatis tangentis secundum in linea collaterali.

H) *De impedimento affinitatis*

1

Impedimentum affinitatis in linea collaterali abrogetur.

2

Impedimentum affinitatis in secundo gradu lineae collateralis supprimatur.

---

5) Agathonician.
6) Arassuahyen.
7) Perthen.
8) Posnanien.
9) Platien.

1) Garzonen, Arassuahyen, Risinitan.
2) Compostellan, Camulianen, Maxulitan, Thuggen, Posnanien, Ruremonden, Roterodamen, Brugen.

3

Impedimentum affinitatis in secundo gradu abrogetur.

4

Affinitas in priore gradu lineae collateralis annumeretur inter impedimenta minora.

5

Differentiae circa impedimentum affinitatis inter diversos ritus catholicos orientales abrogentur.

I) *De impedimento publicae honestatis*

1

Impedimentum publicae honestatis abrogetur.

2

Impedimentum publicae honestatis reducatur ad primum gradum lineae rectae.

3*

Impedimentum publicae honestatis in secundo gradu aboleatur.

4*

Abrogentur impedimenta publicae honestatis et cognationis spiritualis.

J) *De impedimento cognationis spiritualis*

1*

Impedimentum cognationis spiritualis aboleatur.

---

3) Balduinopolitan, Marilien, Victorien de Conquista, Medellen.
4) Mechlinien.
5) Cypren.
1) Risinitan.
2) Medellen.
3*) Ruremonden, Roterodamen.
4*) Sup. Gen. Soc. Maryknoll.
1*) Dalisanden in Isauria, Aveiren, Roterodamen, Ruremonden, Brugen, Mechlinien, Holaren, Marilien, Garzonen, Zipaquiren, Risinitan, Algerien.

2

Impedimentum *cognationis spiritualis* dirimens commutetur in formam impedimenti impedientis.

5. De natura et proprietatibus Matrimonii

1

Clarior fiat determinatio doctrinae traditionalis Ecclesiae de iuribus et debitis in matrimonio, iuxta Ecclesiae magisterium et praesertim recentiorum Ss. Pontificum.

2*

Illustrentur quaestiones quae respiciunt domesticam familiam, eius rationem spiritualiter vivendi et modum vitam christianam extra limina diffundendi.

3

Constituatur norma ut voluntatis assensus deficiens excipi nequeat, si pacifica cohabitatio aliquandiu protracta fuerit.

4

Indissolubilitas matrimonii eiusque fines iterum statuantur.

5

Definiatur an sit sacramentum matrimonium baptizati cum non baptizato.

6

Quoad can. 1082 § 1, terminus « societas permanens » declaretur.

---

2) Bambergen.
1) Albae Pompeien.
2*) Tarbien et Lapurden.
3) Platien, Cerrarum.
4) Signin, Urbevetan, Gindaren, Pupianen, Theatin.
5) Caesenaten.
6) Aquisgranen.

7

Statuantur expliciti canones quibus obligationes vitae moralis familiaris ac socialis contineantur.

8

Ad consensum validum libertas non solum physica et moralis, sed et psychologica requiratur.

9

In can. 1015 § 3 et 1075 ambiguitas termini «legitimum» auferatur.

10

Declarentur officia gravioris momenti parentum quoad institutionem religiosam prolis.

11

Qui dolo et fraude alterius partis deceptus sit, in iis quae vere ad ipsam personam pertinent, non necessario validum consensum dedisse habeatur.

12

Deterreantur fideles a matrimoniis contrahendis cum consanguineis, cum plura mala derivent proli.

13

Firmius fidelibus declaretur vitae coniungalis mos christianus, propterea tribunalia ecclesiastica cautius in matrimonialibus pergant.

14

Abrogetur commemoratio servitutis (can. 1083, § 2, n. 2).

---

7) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
8) Petrocoricen.
9) Jericoën.
10) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
11) Petrocoricen.
12) Catacen et Squillacen.
13) Lycien.
14) Essendien, Eminentianen.

15

Ad trutinam revocetur quaestio de matrimonii per procuratorem ineundis, eo consilio ut restrictiones statuantur ad praecavendos abusus qui oriri possunt quando partes numquam antea se cognoverunt, etiam quando medicae investigationis testimonium impedit quominus pars in regionem ingrediatur, sic impediens unionem sponsorum et in aliis casibus similibus.

16

Normae assignentur pro matrimonio illorum, qui de facto religionem catholicam neglegunt.

17

C. I. C. statuat normas de matrimoniis eorum catholicorum qui religionem non colunt (sunt enim acatholici de facto) et publicorum peccatorum: can. 1099 § 2 ad eos quoque extendatur, et cann. 1065, 1066 haec matrimonia severius vetent ita ut novum etiam impedimentum impediens constituatur.

18

Oporteret considerare denuo quaestionem an matrimonium admittere possit conditionem veram et propriam id est suspensivam licitam aut conditiones de praeterito vel de praesenti.

19

Fiat suppressio, sicut in iure orientali canonico, matrimonii conditionalis aut exigentiae eaedem requirantur pro conditione de praesenti et de futuro.

20

Conditiones contractum matrimonialem invalidantes pro non adiectis habeantur.

---

15) Sydneyen.
16) Massilien.
17) Gurzen.
18) Praenestin.
19) S. Deodati, Avenionen, Petrocoricen.
20) Calatayeronen.

21

Antequam contrahatur matrimonium saepe conditiones ponuntur fini primario, nempe generationi prolis, contrariae. Ideoque remedia efficacia comparentur.

22

Matrimonia acatholicorum, sub quibusdam circumstantiis conditionibusque, invalida considerari possint.

23

Estne tenendum matrimonia acatholicorum inter se vel cum paganis quoad validitatem nullo modo lege civili vel consuetudine vel etiam auctoritate protestantica regi, quamvis matrimonii natura publici momenti res sit?

24

Ministri methodismo adhaerentes affirmant se, et quidem ipsos contrahentes, invalidum existimare matrimonium inter methodistas paganorum more extra eorum ecclesiam contractum; at statuunt deliberate hoc modo uniri ne a novo matrimonio contrahendo, in casu sterilitatis primi matrimonii, ab ecclesia arceantur. Hisce adiunctis adestne verus consensus in matrimonium?

25

Plures infideles non putant matrimonium esse unionem stabilem, quamobrem clarius definire oportet quid sit matrimonium « legitimum » et praesumptiones pro praxi statuere.

26

Quomodo adiuvari possunt homines a protestantibus baptizati, postea divortio separati si et veram fidem amplexari volentes et connubium cum parte catholica inire volunt?

---

21) Adrien.
22) Laren.
23) Kampalaën.
24) Meruen.
25) Ogogiaen.
26) Tororoën.

27

In omnibus matrimoniis mixtis abrogetur praescripta forma canonica, quia ex obligatione illam servandi haud exiguae oriuntur difficultates.

28

Cautiones stricte exigantur pro matrimoniis cum christianis non catholicis et praesertim pro matrimoniis cum atheis, communistis.

29

Lex de cautionibus (can. 1043 C. I. C. et decr. S. Officii 14 ian. 1932) etiam in ipso urgenti mortis periculo praestandis mitigetur. Item a cautionibus praestandis iure communi dispensetur, quotiescumque ob provectiorem aetatem aut sterilitatem aut infirmitatem omnino impossibile videtur ut ulterior proles generetur.

30

Legitimatio infantium facilior sit in quibusdam adiunctis v. g. si mater est catholica et pater infidelis filius legitimatus declaratur per subsequens matrimonium cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus initum, tamen si pater infidelis se convertit et parentes post baptismum patris matrimonium ineunt infans legitimatus non declaratur nisi per recursum ad S. Sedem; ergo haec praxis conversioni non favet.

31

Discutiantur normae ad concedendas permissiones iis qui in matrimonio invalido, quod validari non potest, ut tamquam frater et soror vivere queant.

32

Provideatur ne coniuges, qui ante matrimonii celebrationem unam vel alteram prolem procrearunt, matrimonium invalidum declaratum obtineant asserentes utramque vel alterutram partem noluisse in matrimonio alios filios procreare.

---

27) Rottenburgen.
28) Avenionen.
29) Rottenburgen.
30) Kayesen.
31) Saginaven, Bellevillen.
32) Passavien.

33

Praecise declaretur quid moraliter existimandum sit de conceptibus contrahendis (contrôle des naissances) et de artificiali fecundatione.

34

Denuo tradantur rectae doctrinae circa finem primarium matrimonii, malitiam onanismi, foecundationem artificialem, partum indolorem, analgesim, terapeuticam psychanalyticam, reanimationem et similes quaestiones hodie valde agitatas.

35

Sylloges paretur errorum hodie ubicumque grassantium circa usum matrimonii.

36

Normae depromantur circa relationes coniugales, ex fine secundario matrimonii profluentes.

37

Repetantur decreta S. Officii de copula reservata, de onanismo et procreationis reductione. Sunt adhuc enim, tam in clero quam apud laicos, multi qui sese praebent ut catholicos et qui cogitant inconsiderate de renovatione aliqua, ab Ecclesia actuanda, in intelligentia et disciplina de matrimonio.

38

Quoad praxim reductionis procreationis requiritur clara illustratio doctrinae Ecclesiae. Explicetur quaenam praxis sit positive immoralis ideoque damnanda, quaenam praxis suggeri non possit, quamvis damnari nequeat, et tandem quaenam praxis suggeri possit.

---

33) Albien.
34) Victorien Venetorum.
35) Albae Pompeien, Vartanen.
36) Caietan.
37) Burdigalen.
38) Docleen, Andegaven.

39

Declarationes edantur quaestionum quae sunt dispersae in documentis pontificiis (v. g. de amplexu reservato), ut omnibus pateat, praesertim confessariis, quid firmiter retinendum in quaestionibus tanti momenti.

40

Rationes magis magisque validae et opportunae inveniantur ad onanismum, pestem socialem, pellendum vel mitigandum.

41

Sublineetur castitas maritorum; dicatur verbum contra onanismum.

42

Regulae mortis praesumptae, quas statuit Codex Civilis Reipublicae Italiae (a. 58, 65, etc.) vim non habent apud ecclesiasticam potestatem, in qua viget Instr. S. O. 13. 5. 1868 de certitudine morali mortis coniugis ut quis admittatur ad secundas nuptias. Attamen in C. I. C. can. 1053 videtur contradictorie admitti haec praesumptio mortis.

43

Desideratur instructio, hodiernis temporibus adaptata, de condicionibus praesumendi mortem coniugis.

44

Ad secundum matrimonium post mortem praesumptam unius coniugis, si non possunt haberi documenta probativa mortis sufficiat certitudo moralis.

45

Matrimonium militum anticipetur.

---

39) Catacen et Squillacen.
40) Thelesin, Montis Regalis in Pedemonte, Adrien.
41) Aquisgranen.
42) Cerrarum.
43) Treviren, Dagnen.
44) Terulen.
45) Verulan et Frusinaten.

46

Perspicuum est distinctionem inter matrimonium ratum tantum et ratum et consummatum artificiosam esse ex errore Gratiani provenientem. Consummatio nihil addit matrimonio. Tunc si Ecclesia potest dissolvere matrimonium tantum ratum potest etiam dissolvere matrimonium ratum et consummatum cum potestate vicaria; etenim indissolubilitas est proprietas iuris naturalis secundarii, ergo dispensabilis a Deo et ab Ecclesia, potestate vicaria. Videtur possibilitas hodiernis temporibus solutionis inveniendae in casibus urgentioribus a divortio civili creatis.

47

Tristis experientia docet quam difficile sit christianis persuadere de indissolubilitate matrimonii praesertim ob adulterium alterius coniugis, quare non pauci eligunt matrimonium sic dictum civile saltem ut experimentum. Ad debellandum hoc malum non esset opportunum iterum considerare positionem sumptam ab Ecclesia in Concilio Tridentino (Sessio XXIV c. 6 et 7)? Notetur quod Ecclesia graeca divortium propter adulterium admittit.

48

Urgeatur matrimonii civilis celebratio ante vel post matrimonium canonicum quia maxime confert ut indissolubilitatis vinculum roboretur.

49

Indulgentiae uxoris anulum pie deosculantibus concessae ad mulieres et ad liberos extendantur.

50

Codici inseratur *summa concisa* de iuribus et officiis coniugum.

---

46) Calabocen.
47) De Lourenço Marques.
48) Afogaden de Ingazeira.
49) Belemen de Parà.
50) Bambergen.

6. De forma canonica Matrimonii

1

Urgeatur observantia formae canonicae matrimonii.

2

Firmiter teneatur can. 1094 et sqq. de forma matrimonii. Si lex Ecclesiae hac in re, ita immutaretur ut matrimonia a fidelibus inita extra Ecclesiam omnia valida evaderent, multi debiliores in fide omnem sensum sanctitatis matrimonii perderent magno cum damno generationis futurae.

3

Omnes et singuli quomodocumque valide baptizati universim ad formam canonicam teneantur.

4

Iurisdictio matrimonialis fiat territorialis pro subditis propriis in territorio proprio et personalis pro subditis iisdem extra territorium.

5

Assistentia celebrationi matrimonii, etiamsi a parocho loci fiat, invalida sit, quando neuter, vel alteruter de propria paroecia non sit, et muniti non sint de « Nihil Obstat » a competenti Curia episcopali.

6

A Concilio decerni possit ut sacerdotis assistentia sub gravi quidem praescribatur, attamen non ad validitatem matrimonii postuletur, ita ut v. g. matrimonium coram ministro acatholico quidem sed christiano religiose contractum, aliis impedimentis obstantibus, perillicitum sed validum tamen sit.

---

1) Norvicen.
2) Dunkelden.
3) Dunedinen.
4) Asculan Apul. et Ceriniolen.
5) Canen.
6) Cerynien, Limburgen.

7

Obligatio ad formam catholicam non sit amplius ad validatem sed muniatur poena l. s. excommunicationis.

8

Ne retineatur necessitas iurisdictionis ad validitatem matrimonii.

9

Incompetentia ministri in matrimonio sanetur post sex menses vel post ortum primi filii.

10

Ex defectu delegationis in sacerdote matrimonium non sit nullum sed sacerdos qui absque licentia Ordinarii vel Parochi matrimonio ineundo astiterit incurrat in suspensionem latae sententiae Ordinario loci reservatam.

11

Simplicior reddatur legislatio de delegatione.

12

Licentia assistendi matrimonio praeter vicarios cooperatores etiam vicariis adiutoribus danda est, etiam iis qui ex parte dumtaxat suppleant parochi vicem (can. 475 § 2).

13

Omnes vicarii cooperatores habeant delegationem a iure ad celebrationem matrimoniorum.

---

7) S. Andreae et Edimburgen.
8) Santanderien, Zamoren, Calaguritan et Calceaten, Telmissen, Cliftonien, Ruremonden, Roterodamen.
9) Cerrarum.
10) Thuggen.
11) Judiciforen, Ancyran.
12) Czestochovien.
13) Santanderien.

14

Can. 1096 § 1 ita immutetur: « ... nisi agatur de Vicariis cooperatoribus pro paroecia cui addicti sunt et de Episcopis » (v. g. Auxiliariis).

15

Delegatio Ordinarii vel parochi sit tantum ad liceitatem.

16

Locorum Ordinarii delegationem generalem dare possint assistendi matrimonio Missionariis aliisque sacerdotibus exceptis quae ius requirit.

17

Episcopus generaliter delegare possit ad matrimoniorum assistentiam sacerdotes cuidam paroeciae aliquo modo addictos, quin sint vicarii cooperatores.

18

Delegatio generalis ad assistendum matrimoniis etiam vicariis adiutoribus a parocho et ab Ordinario loci concedi possit.

19

Instituatur Delegatus Episcopalis, qui delegatione generali delegari possit matrimoniis assistere, quique alios subdelegare possit.

20

In celebratione matrimonii, delegatio concedatur non tantum pro tali casu, sed pro omnibus casibus in tali temporis decursu occurrentibus in territorio paroeciali.

---

14) Rhoinen.
15) Rhoinen, Verissen, Resistenciae, Sanaven, Gualeguaychen, Adamanteae, Caeciritan, de El Petén.
16) Calien, de Ponta Grossa, Tampicen, S. Isidori, Liman, Amathusius in Palaestina, S. Dominici Novem Julii, de El Petén, S. Antonii de Balsas, Popayanen.
17) Secovien.
18) Fulden, Treviren, Dagnen.
19) Potentin et Marsicen.
20) Senonen, Suessionen.

21

Potestas generalis data ab Episcopo possit subdelegari in singulis casibus.

22

Ordinarius loci vel etiam parochus quemlibet sacerdotem idoneum habitualiter delegare possit ad matrimoniis valide assistendum intra proprii territorii limites.

23

Parochi valide assistere possint matrimoniis subditorum tam extra quam intra territorium suarum paroeciarum sed si extra proprium territorium licite assistant solummodo cum consensu parochi loci.

24

Licentia assitendi matrimonio a parocho vel viceparocho etiam generali delegatione concedi possit (ad liceitatem).

25

Facultas assistendi et delegandi Matrimonium competat non tantum parocho territorii sed etiam parocho contrahentium extra territorium.

26

Facultas detur omnibus sacerdotibus in propria dioecesi iurisdictione munitis (saltem vicariis cooperatoribus), ut matrimoniis assistant iam ex potestate propria uti parochi vicem supplentes.

27

Vicarii cooperatores gaudeant delegatione assistendi matrimonium, nisi Ordinarius aliud caveat.

---

21) Caesenaten.
22) Sidonien.
23) Perthen.
24) Taurinen.
25) Tegucigalpen.
26) Apollonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
27) Sorsogonen.

28

Relate ad can. 1097 declaretur utrum sit solus parochus catholicae partis qui potest licite adsistere matrimonio mixto an habeat parochus baptizati acatholici eadem iura et obligationes quae habet parochus catholicus quoad catholicos paroecianos.

29

Addatur can. 1097: 1) « In locis ab ecclesia paroeciali valde dissitis parochus vel loci Ordinarius virum bene moratum, potissimum catechistam, constituere potest testem qualificatum, qui, certiore facto parocho de matrimonio ineundo et licentia a parocho accepta, matrimonio assistat cum duobus saltem testibus.

2) Parochus vel Loci Ordinarius licentiam ne concedat, nisi expletis omnibus quae ius constituit pro libertate status comprobanda. In pluribus paroeciis Brasiliae et totius Americae Latinae: *a*) Haec immutatio finem constitueret omni perturbationi atque enormi confusioni circa connubia. *b*) et in pristinum honorem restitueret matrimonium christianum.

30

Ut can. 1098 effectum suum sortiatur necessaria sit licentia via telephonica vel telegraphica vel scripta a proprio parocho vel ordinario obtenta, onere imposito fidelibus contrahentibus ut celebratio matrimonii scripto exarata et a seipsis et a duobus testibus subsignata, quamprimum mittatur ei a quo licentia concessa fuit. Hodie difficillimum est saepe iudicare de realitate adiunctorum a can. 1098 requisitorum post decem vel triginta annos.

31

Forsan can. 1098 ad alios casus extendere oportet cum obligatione alicuius ritus et inscriptionis dum sacerdos in pagum pervenit.

---

28) Alladen.

29) Pineren, S. Ludovici in Maragnano.

30) Civitatis Juarezen.

31) Yauyosen.

32

In locis a sede paroeciae vel missionis dissitis Ordinarius vel parochus possit delegare laicum ad benedicendum et assistendum matrimonio cum onere reddendi rationem pro debita adnotatione in libris paroecialibus.

33

Relate ad can. 1098 qualis praesentia sacerdotis necessaria est quando praesertim paroeciae petant ad ultra centum Km.

34

Circa can. 1098 quid de absentia phisica vel morali sacerdotis, de ignorantia coniugum circa legem canonicam, de contrahentium intentione etc.?

35

Can. 1098 addatur praescriptio qua sacerdos quilibet, a censura liber et licentia civili pollens, matrimonio assistere possit, si parochus haberi nequit et prudenter praevideatur abesse per mensem. Paragraphus igitur huius Canonis ne applicetur nisi praesto non sit sacerdos competens.

36

Applicatio formae extraordinariae matrimonii extra periculum mortis accurate specificetur.

37

Can. 1098 restringatur quia multi in hac regione naturaliter plures mulieres accipiunt et quando missionarius pervenit nolunt denuo recipere primam quae cum aliis iam filios genuit; ultimum matrimonium non potest sanari quia validum erat primum; aliter si primum non esset validum vir non usque ad mortem in mortali viveret.

---

32) Viedmen, Uruassuen.
33) S. Matthaei.
34) Fortalexien.
35) Capicen.
36) Mechlinien.
37) Pacen in California.

38

Nonne matrimonia civilia multis in casibus constituunt inconsciam executionem can. 1098 sub potestate civili in his latissimis regionibus?

39

Optandum est ut statutum de forma celebrationis matrimonii extraordinaria (can. 1098) instauretur; desideratur formula qua dubia de validitate huiusmodi matrimoniorum praeveniantur et excludantur.

40

In re matrimoniali multae et magnae sunt difficultates ortae ex can. 1098, § 1 («extra mortis articulum») cum perdifficile sit cognoscere intentionem coniugum. Fere omnes difficultates suppressae essent, si coniuges tenerentur, ad validitatem adire catechistam qui praeest religiosae communitati durante absentia sacerdotis insulae. Quam maxime simplificare legislationem matrimonii est votum omnium missionariorum.

41

Favores in can. 1098 C. I. C. concessi quoad extraordinariam formam matrimonii in locis missionum limitentur et iudicium hac de re reservetur Ordinario loci. Ratio est, quia in locis missionum nupturientes sub influxu metus reverentialis a parentibus et propinquis incussi saepe saepius matrimonium contrahunt et post factum difficile est diiudicare de valore matrimonii.

42

In can. 1098 statuatur matrimonium validum et licitum esse tantum si est actus a contractu civili distinctus.

43

Ad validitatem matrimonii si omnia constant sufficiant testes.

---

38) S. Ioannis a Missionibus.
39) Ordinarii Indonesiae.
40) Menelaiten.
41) Bucellen.
42) Arassuahyen.
43) Lippen.

44

Estne bonum quod matrimonium in bona fide civiliter initum inter fidelem et infidelem invalidum sit ob defectum formae (can. 1099 § 2)?

45

Clarius applicetur matrimonio erroris communis doctrina.

46

Explanentur natura et extensio « erroris communis ».

47

Opus esset declarare quo pacto praescriptum can. 209 applicetur facultati assistendi matrimoniis cum non agatur de vera iurisdictione; responsum Pontificiae Commissionis anxietates non paucas iudicibus attulit.

48

Error communis admittatur cum iurisdictionis suppletione, in omni casu in quo, bona fide, matrimonium coram sacerdote iurisdictione ordinaria aut delegata non gaudente, in Ecclesia paroeciali celebratum sit.

49

Ad can. 209 addatur: « etiam pro eo qui matrimonio assistit sine competenti delegatione ».

50

Desiderandum est ne praescriptum can. 209 facultati assistendi matrimonio applicetur.

51

Quaerendum est an nova lex ferri possit qua omnia matrimonia censeantur valida quandocumque cum consensu et externalitate a lege naturali requisitis celebrentur, ita ut omnes, etiamsi catholici, coram auctoritate publica contrahentes, valide contrahant. Ut

---

44) Bobodiulassen.
45) Mexican, Viten.
46) Senonen, Suessionen.
47) Matriten, Compostellan.
48) Senonen, Suessionen.
49) Citharizen.
50) Matriten.
51) Bostonien.

omnes in Ecclesia catholica baptizati licite contrahant, sub poena excommunicationis speciali modo reservatae, obligari debeant ut coram parocho et duobus testibus nuptias ineant. Ante absolutionem ab ista censura, ambae partes ad renovandum consensum coram parocho et duobus testibus teneri debeant.

52

Ubi pauci sunt sacerdotes matrimonium civile habeatur legitimum servatis impedimentis canonicis.

53

Matrimonia mixta contracta contra praescriptum can. 1099 illicita potius quam invalida consideranda essent: sanatio in radice in praxi insufficiens est.

7. De Matrimonii ritu

1

Dies ieiunii praecedat matrimonii celebrationem.

---

52) Sanaven, S. Raimundi.

53) Pelusitan Melchitarum, Tarsen Melchitarum, de Nubia, Tyren Melchitarum, Sidonien Melchitarum, Heliopolitan Melchitarum, Aleppen Melchitarum, Aleppen Melchitarun, Beryten et Gibailen Melchitarum, Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Archim. Ordinis Basiliani Alepp. Melchitarum, Archim. Ordinis Basiliani SS. Salvatoris Melchitarum, Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Bapt. Melchitarum, Sup. gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo, Hierosolymitan Latinorum, Cypren, Aleppen Maronitarum, Antiochen Syrorum, Nacolen, Aleppen Syrorum, Damascen Syrorum, Spinen Syrorum, Babylonen Syrorum, Antiochen Maronitarum, Edessen in Osrhoëne, Larissen in Syria, Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani, Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen, Babylonen Armenorum, Tauitan, Pedachtoën, Constantinopolitan Armenorum, Acilisen, Kamechlien Armenorum, Antiochen Melchitarum, Hemesen Melchitarum, Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melchitarum Saitan, Mausilien Syrorum, Isitan, Lycopolitan.

1) Kampalaën.

2

Ex integro innovetur liturgia sacramenti matrimonii ita ut clare appareat ipsos sponsos esse sacramenti ministros et signum aptum creetur ad significandam gratiam sacramentalem simulque symbolum amoris Christi sponsi et Ecclesiae Sponsae.

3

Ritus matrimonii habeat maiorem solemnitatem et reformetur ut melius exprimat munera nupturientium.

4

Ritus et caeremoniae matrimonii ditentur, ut sponsis Sacramenti momentum, vis et effectus magis illucescant; ideo etiam catechismus de eodem Sacramento componatur, omnibus sponsis matrimonium catholicum celebraturis necessario iniungendus.

5

Matrimonii sacramentum arctius cum Missa connectatur; post Epistolam sacramentum conferatur et nuptiarum benedictio in finem canonis transferatur.

6

Consensus matrimonialis locum habeat inter Missarum solemnia et contractus subsignatus collocetur in altari iuxta oblata.

7

Matrimonii ritus in Missae celebratione integretur ut iam factum est in Rituali Neerlandico.

8

In celebratione matrimonii, quando Missa pro sponsis non celebratur, nuptialis benedictio, quae in Missali invenitur, expletis quae sunt in Rituali, impertiri possit.

---

2) Caeciritan.
3) Febianen, Aveiren.
4) Bergomen.
5) Onitshaën.
6) Jabalpuren.
7) Bethlehemen.
8) Cortonen.

9

« Oremus » Benedictionis nuptialis infra Missam dicendae contrahatur.

10

Adhortatio fiat ante non post matrimonii celebrationem.

11

Legatur benedictio pro sponsis lingua vulgari.

12

Matrimonii sacramenti rituale perbreve videtur, ideoque magis « significativus » desideratur textus, quo melius intelligatur illius sacramenti pro totius vitae tempore sensus.

13

Posset quid solemnius, et nostris temporibus adaptatum praescribi, praesertim quando extra Missam fit solemnitas.

14

Hodiernus ritus matrimonii videtur pauperrimus dum comparatur v. g. formulae pulcherrimae libri « Prayer Book » Ecclesiae Anglicanae.

15

In ritu nihil dicitur de fine, in Italia officia christiani matrimonii annuntiantur... per Codicis Civilis articulos.

16

Interrogationes circa consensum sponsorum et benedictiones nuptiales lingua vulgari fieri possint.

---

9) Jalpaigurien.
10) Tarvisin.
11) Pacten.
12) Antiochen parvus, Parakuen, Arcis Delphini, Liberopolitan, Tipasitan in Mauretania, Barcusen, Tananariven, Bobodiulassen, Uahiguyaën.
13) Pupianen, Bononien.
14) Isinden.
15) Bononien.
16) Jalpaigurien.

17

In administratione sacramenti matrimonii usus linguae vernaculae permittatur.

18

Usus ritualis qui in Germania nunc viget ubicumque permittatur.

19

Aliqui ritus Afrorum liciti in celebratione matrimonii permittantur.

20

Nimia pompa in matrimonii celebratione improbetur.

21

Celebratio sacramenti matrimonii validis normis restituatur ad rem sacram, reprobando exaggeratas caeremonias externas.

22

In administratione sacramenti matrimonii distinctiones tollantur inter inopes et pauperes.

8. De Matrimonio inter sponsos diversi ritus

1

Simplificentur normae ecclesiasticae spectantes relationem inter latinum et orientalem ritum relate ad sacramentum matrimonii.

2

Iuxta novum Codicem pro orientalibus, ad formam Orientales tenentur. Melius est redire ad antiquam praxim.

---

17) Taurinen, Nocerin et Todinen, Syracusan, Montis Oliveti Maioris, Platien, Ptolemaiden in Lybia.
18) Rabaten, Belemen de Parà.
19) Niameyen, Nyerien, Berenicen.
20) Legionen.
21) Montis Regalis in Pedemonte.
22) Gurzen.
1) Xapecoën.
2) Phatanen, Alexandrin Coptorum,

3

Differentiae circa proclamationes in variis ritibus catholicis orientalibus abrogentur.

4

Benedictio nuptialis in ritu sponsi impertiatur.

5

Proponitur ut in matrimoniis catholicorum diversi ritus concedatur coniugibus ius eligendi ritum in quo vellent exercere obligationes Fidei catholicae et ut talem electionem in scriptis obsignent.

6

Matrimonia fidelium orientalium coram Ordinario loci vel parocho latino (vel sacerdote ab alterutro delegato) valide celebrari possint; itemque matrimonia fidelium ritus latini coram hierarcha vel parocho cuiuslibet ritus orientalis catholici valide celebrentur. Ad liceitatem vero requiratur gravis causa et licentia Ordinarii vel parochi proprii ritus. Notitia authentica de matrimonio celebrato ad parochum proprii ritus quam primum ab illo qui eidem adstiterit transmittatur.

7

Ritus romanus in omni ecclesia ritus latini in celebratione matrimonii praescribatur, reprobata contraria consuetudine.

8

Quidam canones ex iure matrimoniali C. I. O. in C. I. C. adserantur. Nam multi profugi eiusdem ritus orientalis in regiones occidentales venerunt et inter se matrimonium inire cupiunt. Desunt autem sacerdotes et hierarchae ritus orientalis.

Menoiden, Cleopadriten, Mesembrian.
3) Cypren.
4) Sehnaen Chaldaeorum.
5) Youngstonien.
6) Sidonien.
7) Manizalen.
8) Carysten.

9

Ad vitanda matrimonia invalida, ut saepe fit in regionibus ubi viget diversitas rituum, statuendum est quod matrimonium initum coram parocho cuiusvis ritus, vel de licentia eius, semper validum erit, onerata tamen graviter conscientia parochi celebrantis quamprimum certiorem facere de matrimonio celebrato parochum proprium ritus nubentium.

9. De Matrimonio cum dispensatione ab impedimento mixtae religionis celebrando

1

E mixtis nuptiis saepe multa mala accidunt tam coniugibus quam filiis, quibus saepe deest vera catholica educatio. In quadam regione dispensationes quas Ordinarii recusabant, facilius concessae sunt a Delegato Apostolico.

2

Regulae de celebratione matrimoniorum mixtorum aliquantulum dilatentur. Prohibitio Missae e. g. post matrimonium celebratum, odibilis apparet sponsis sincere religioni catholicae inhaerentibus et desiderantibus Ecclesiae bona non amittere.

3

In aliquibus dioecesibus matrimonia cum dispensatione mixtae religionis in Ecclesia fiunt et in aliis extra ecclesiam; uniformitas desideratur.

4

Can. 1102 et 1109 § 3 rigor relaxetur ita ut matrimonium inter partem catholicam et acatholicam semper in ecclesia celebrari possit.

---

9) Soldaien.
1) Thmuisan.
2) Argentinen.
3) Imae Terrae et Pointapitren.
4) Foroiulien-Tolonen.

5

In multis dioecesibus vigent regulae, quae constituunt matrimonia inter partem catholicam et partem acatholicam celebrari extra Ecclesiam sine ullo ritu sacro, solo consensu emisso. Cum vero minister acatholicus omnes caeremonias sui cultus promittit, non raro controversiae nascuntur et aliquando pars catholica in haeresim incidit, aliquando pars catholica odium fovet contra Ecclesiam catholicam. Unde leges in ritibus et caeremoniis in quantum necesse erit, immutentur.

6

Mixtae nuptiae non in sacrario, sed in Ecclesia celebrari possint.

7

Ordinariis tribuatur facultas permittendi celebrationem Missae in mixtis nuptiis.

8

Ritus matrimonii mixti in ecclesia, etsi minore cum pompa, eveniant et, si sponsa catholica sit, benedictio nuptialis impertiatur.

9

In matrimoniis mixtis concedatur Missae celebratio.

10

Matrimonium mixtum inire solum concedatur si praeierit instructio sufficiens utriusque nupturientis circa matrimonium christianum et si Ordinarius vel parochus competens habeat spem fundatam de impletione cautionum.

11

Maior sit Episcoporum potestas quoad matrimonia mixta.

---

5) Nicen, Rhedonen.
6) Taurinen.
7) Geneven et Friburgen.
8) Dianen.
9) Aulonitan, Calydonien.
10) Essendien, Eminentianen, Limburgen.
11) Berolinen.

12

Permittatur in singulis casibus, ut nupturientes mixtae religionis matrimonium ineant coram ministro acatholico, dummodo serio credibiliterque promiserint se ad praestandum consensum etiam parochum catholicum adituros necnon universam prolem in religione catholica educaturos esse.

10. De tempore et loco celebrationis Matrimonii deque eius adnotatione

1

Magis fovendum est desideriis sponsorum pro eligenda ecclesia celebrationis sui matrimonii.

2

Nupturientes eligere possint locum pro matrimonii celebratione.

3

Can. 1097 simpliciter abrogetur.

4

Coarctentur licentiae ad matrimonia extra ecclesiam paroecialem celebranda.

5

Iura paroecialia pro matrimoniis, quae celebrantur extra paroeciam contrahentium, reducantur ad minimum compensationis pro ipsis documentis matrimonialibus.

6

Ne celebretur matrimonium in die festo saltem in matutinis horis.

---

12) Rottenburgen.
1) Asculan Apul. et Ceriniolen.
2) Kupelaën.
3) Rhoinen, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden.
4) Medellen.
5) Clavaren.
6) Callien et Pergulan, Regien in Aemilia, Senogallien.

7

In can. 1103 § 1 et § 3 statuatur quod adnotatio matrimonii facienda est ubi documenta baptismi et confirmationis inveniuntur.

11. De privilegio fidei

1

Examinentur in Concilio doctrina et disciplina de privilegio fidei.

2

Definiatur an privilegium paulinum sustineatur a I Cor. 7, 15.

3

Applicatio privilegii paulini extendatur.

4

Privilegium paulinum extendatur ad Protestantes qui convertuntur.

5

Leges quae privilegium paulinum spectant perpoliantur.

6

Oportet clarificare privilegium de quo in can. 1125, specialiter autem quoad haec verba: « ad alias quoque regiones in iisdem adiunctis extenduntur ».

7*

Agatur de possibilitate omittendi interpellationes quando pars non baptizata, post divortium civile, aliud matrimonium attentavit.

---

7) Citharizen.
1) S. Ioannis Canaden.
2) Caesenaten.
3) Oosen.
4) Managuen.
5) Civitatis Reginae.
6) Saginaven.
7*) Insulae Grandis, Cadoën.

8

Declaretur auctoritative potestas Ecclesiae solvendi matrimonia consummata inter partem baptizatam et non baptizatam iuxta praxim.

9

In locis Missionum Ordinariis delegetur facultas dissolvendi matrimonium duorum paganorum post divortium civile in favorem fidei alicuius fidelis cui impossibile est contrahere matrimonium cum parte acatholica. (Cf. Cappello, S. I. De Matrimonio, Ed. VI n. 791 bis, 2: « Quae solutio seu applicatio potestatis vicariae vere probabilis videtur atque ut talis habenda »).

10

In unum coadunentur et simplificentur Constitutiones « Altitudo » (Pauli III), « Romani Pontificis » (Pii V), « Populis » (Gregorii XIII).

11

Normae pro dissolutione matrimoniorum infidelium in favorem fidei prout continentur in Privilegio Paulino et in Constitutionibus « Altitudo », « Romani Pontificis », « Populis » minus implicatae reddantur.

12

Constitutio Pii V applicetur sine interpellationis necessitate dummodo durissima sit polygamo separatio ab uxore quae cum ipso baptizatur; vel saltem « si, sine interpellatione, prima et legitima uxor sponte declaret se velle baptizari aut iam baptizata sit, non sit locus applicationi constitutionis » (cfr. Vromant: De matrimonio. Tit. I. Cap. VI, 1952).

13

Privilegia Pauli II et Gregorii XIII circa dissolutionem matrimoniorum certis sub conditionibus clare definiantur in C. I. C.

---

8) Poncen.
9) Bucellen.
10) Mataritan in Proconsulari.
11) Balduinopolitan.
12) Urbis Beninen.
13) Ordinarii Indonesiae.

14

Solvatur quaestio de modo agendi cum Graecis sic dictis Orthodoxis qui suos adhaerentes excommunicant quando cum parte catholica matrimonium mixtum contrahunt.

15

Poligamus conversus potest ne facultatibus uti de quibus in Constitutione « Romani Pontificis » etiamsi prima seu legitima uxor sponte declaret se velle baptizari aut iam baptizata sit?

16

Privilegium « pianum » de quo in documento VII ad calcem C. I. C. in can. 1125 extendatur ad matrimonium contractum inter partem baptizatam extra Ecclesiam Catholicam et partem non baptizatam.

17

Reformetur can. 1070 § 2; per privilegium Petrinum matrimonia protestantium dissolvi possunt? Notetur quod in Madagascaria baptismus protestantium videtur nobis nullus et matrimonium ab ipsis non accipitur ut sacramentum proinde pro ipsis est dissolubile.

18

Parochus in casibus urgentioribus privilegii Paulini, quando nequit faciliter Ordinarium adire, matrimonium celebrare possit.

12. De separatione coniugum

1

Recursus ad Ecclesiam exigendus esset strictius a coniugibus, qui inter se separant.

---

14) Manchesterien.
15) Zombaen.
16) Inongoën, Lilongwen.
17) Morondaven, Tsiroanomandidyen.
18) Nyerien.
1) S. Deodati.

2

Causae canonicae pro coniugum separatione singulatim enumerentur.

3

Separatio coniugum non est permittenda nisi propter causas graviores et ista disciplina reconsiderari debet.

13. De Matrimonii convalidatione

1

Convalidatio aliquorum matrimoniorum facilior fiat.

2*

In convalidatione matrimoniorum mixtorum coram ministro acatholico initorum, adhiberi liceat sanationem in radice, dispensatione ab iterando consensu coram ministro acatholico concessa.

3*

Sanationes in radice facilius concedantur.

4

Ordinariis locorum tribuatur facultas sanandi in radice matrimonia sive catholica sive mixta, invalida propter quemcumque defectum formae necnon propter impedimenta iuris ecclesiastici tantum, dummodo, si agatur de matrimoniis inter partem catholicam et partem acatholicam sanandis, cautum sit de catholica educatione prolis forte nasciturae.

5

Ordinariis facultas concedi debet ut sanationem in radice concedere valeant cum nullitas ex hoc defectu formae tantum procedat quod sacerdos sine delegatione matrimonium celebraverit.

---

2) Tirasonen.
3) Honoluluen.
1) Olbiatan.
2*) Calydonien.
3*) Rhoinen.
4) Sydneyen.
5) Selinusien.

6

Statuatur matrimonia nulla ob defectum formae aut ob impedimenta, quae solent dispensari, post determinatum tempus, sanari ipso iure.

7

In pacifico matrimonio post tempus convalidetur matrimonium nullum ex impedimento iuris ecclesiastici.

8

In pacifico matrimonio post tempus convalidetur matrimonium nullum ex impedimento iuris ecclesiastici excepto impedimento S. Presbyteratus.

9

In aliquibus locis matrimonium quod contra Ecclesiae leges contractum est, post factum, facile sanatur etsi pars heterodoxa cautiones neget. Clare videtur quam perniciosa haec praxis sit.

10

Ad incommoda vitanda quae oriuntur ex redactione C. I. C. in can. 1087, 1136 de metu gravi, denuo conceptus praecedentis legislationis instauretur ex quo matrimonium convalidabatur ex implicita consensus renovatione in pacifica cohabitatione cum affectu maritali habita.

11

Quoad nullitatem ex capite metus, ad ius Decretalium regredi conveniret, eaque matrimonia praesumptione iuris et de iure censere convalidata intra quoddam temporis spatium (tres v. g. annorum a celebratione) si coniuges cohabitaverint.

12

Post pacificam unius anni cohabitationem habeantur valida ex iure matrimonia contracta cum consensu vitiato.

---

6) Concordien.
7) Montisvidei.
8) Medellen.
9) Balecien.
10) Liman, Amathusius in Palaestina, Cernitzen.
11) Matriten.
12) Nicoletan.

13

Detur possibilitas realis convalidandi matrimonium irritum ob defectum consensus, si pars cum parte per unius anni spatium sine querela vixerint.

14

Si quis minoris aetatis post requisitam aetatem legalem, maritaliter cum parte cohabitaverit (et quidem modo uxorio) matrimonium convalidetur sine consensus renovatione.

15

Matrimonium nullum ob impedimentum raptus similiter convalidetur si mulier cum viro sponte convixerit.

16

Pro non adiecta habeatur conditio matrimonio apposita, si detur voluntaria consumatio vel cohabitatio pacifica per tempus determinatum a lege.

17

Convalidetur a iure, transacto semestre vel anno, matrimonium irritum ob vitium formae ad instar codicum modernorum.

14. De divortio

1

Divortium, quod secum mala, infensissima praesertim in pueros innocentes secum fert, iterum ac iterum damnet Concilium.

2

Necesse est ut in C. I. C. exprimantur causae ad licentiam tolerandi divortium civile concedendam.

---

13) Marilien.
14) Marilien.
15) Marilien.
16) Marilien.
17) Marilien.
1) Arcen, Veneten, Engolismen.
2) Culiacanen.

3

In C. I. C. exprimatur utrum adsint iustae causae et quaenam illae sint, ob quas Ordinarius concedere possit ut coniux catholicus, manente vinculo matrimoniali canonico, possit divortium civile tolerare (Can. 1128).

4

Serio perpendi debet num expediat novam censuram excommunicationis latae sententiae statuere contra eos catholicos qui spreta ecclesiastica auctoritate, vel saltem sine Episcopi expressa licentia matrimonium civile ineunt.

5

Perpendatur modus agendi cum iis, qui divortium civile obtinuerunt, et cum maritis, quos altera pars dereliquit.

6

Qui, post divortium, matrimonium civile contraxerunt ab operibus catholicis et a muneribus arceantur.

---

3) Guadalajaren.
4) Nairobien.
5) Tarbien et Lapurden, Ebroicen.
6) Arcen.

IX. DE SACRAMENTALIBUS

1

Cum omnis sacerdos « ad benedicendum » divinitus ordinetur, enixe vehementerque postulatur ut cuilibet sacerdoti, prae sua dignitate immensa, sit facultas impertiendi omnes benedictiones quae in Rituali Romano continentur. Siquidem, divinae institutioni haud consonat quod Sacerdotes Altissimi, ad ministerium adprobati, ab ipsissimis muneribus excludantur ad quae vi consecrationis sacerdotalis deputantur.

2

Sacramentalia quaedam et benedictiones ut numismatum, scapularium, stationum Viae Crucis et aliorum huiusmodi, non amplius quibusdam tantum Ordinibus vel Religiosis Congregationibus reserventur; ita ut quilibet sacerdos ad audiendas confessiones rite approbatus, possit omnia sacramentalia conficere et Benedictiones impertire quae ab Apostolica Sede fuerint adprobatae.

3

Omnes sacerdotes possint ordinarias indulgentias conferre; et omnes benedictiones reservatae et cuiuscumque scapularis impositio unicuique sacerdoti sint communes, ut benedictio et erectio Stationum Viae Crucis, impositio scapularis B. M. V. de Monte Carmelo etc.

4

Canoni 1147 adiungatur praescriptio qua Ordinario loci concedatur potestas delegandi facultatem benedicendi Stationes Viae Crucis foraneis saltem Vicariis.

---

1) Sidonien.
2) Caebuan.
3) Laginen.
4) Capicen.

DE LOCIS SACRIS

DE LOCIS SACRIS

1. De ecclesiis

1

Ad § 1 Can. 1162 praescribatur ne Ordinarius loci concedat licentiam aedificandi ecclesiam, oratorium publicum vel cappellas, nisi prius documentis authenticis et validis apprime constet fundum seu territorium, ubi ecclesia, oratorium publicum vel cappella aedificatur, ad dominium Ordinarii loci pertinere sive donationis sive emptionis ratione.

2

Can. 1162 etiam praescribatur ne Ordinarius loci supradictam licentiam concedat sine constructionis delineationibus architectonicis a competenti architecto confectis.

3

De facto oratoria privata reservantur divitibus; congruit haec praxis mentalitati hodiernae fidelium?

2. De sepultura ecclesiastica

1*

Ius funerandi simplificetur.

2*

Normae definiantur de sepultura ecclesiastica perpaucae et perspicuae, non respicientes taxas.

3*

Canones de sepultura ecclesiastica neganda repetantur.

---

1) Capicen.
2) Capicen.
3) Abulen, Dausaren.

1*) Mechlinien.
2*) Calydonien.
3*) Calydonien.

4

In dubio, sepultura ecclesiastica non est deneganda.

5

Inopes et divites eadem decentia honorentur.

6

Coarctentur licentiae ad exequias extra ipsam ecclesiam paroecialem et oratoria coemeteriorum.

7

Ius et officium parochi sit ad valvas Ecclesiae recipiendi cadaver et dimittendi post exequias in templo.

8

Ipsius defuncti parentes sepulturae locum eligere possint.

9

Normae assignentur quoad sepulturam ecclesiasticam pro iis qui christianam religionem non colunt, etsi catholici nomine.

10

Coniugibus acatholicis, quibus propter matrimonium catholicum et educationem catholicam prolis a ministris acatholicis sepultura denegatur, concedatur sepultura ecclesiastica ad instar catechumenorum, etsi in forma restricta.

11

Sepultura ecclesiastica concedatur schismaticis qui in bona fide moriuntur in locis ubi sacerdotes schismatici desunt.

---

4) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
5) Gurzen.
6) Medellen.
7) Tumacoën.
8) Kupelaën.
9) Senonen.
10) Spiren.
11) Kayesen.

12

Usus campanarum ecclesiarum, etsi benedictarum, permittatur occasione sepulturae christianorum acatholicorum, qui bona fide vitam integram duxerunt, si eorum secta in loco paroeciae sepulturae proprias campanas non habeat.

13

Determinetur ritus minimus pro funeribus et uniformitas statuatur.

14

Textus ritus sepulturae reformetur, quia in eo aliquae cogitationes praechristianae exprimuntur.

15

In ritu sepulturae, loco hymni « Benedictus » alius hymnus e. g. « Nunc dimittis », maiori intelligibilitate et efficacia directa pollens, substituatur.

16

Maior mentio fiat de resurrectione et de glorificatione in funeribus.

17

Missae solemnes defunctorum semel in anno et in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum celebrentur.

18

Pro Praeside liberae Reipublicae vel pro Rege acatholicis vitetur Missae de requie celebratio sed tantum permittatur caeremonia exequialis et celebratio Missae paenitentialis ad divinam benedictionem supra populum, Supremo Moderatore orbatum, invocandam.

---

12) Secovien.
13) Risinitan.
14) Secovien.
15) Berolinen.
16) Limonen.
17) Oruren.
18) Hadrianopolitan in Haemimonto.

19

Etiam in duplicibus primae et secundae classis licitum sit funebria solemnia persolvere, exclusa Missa exequiali.

3. De crematione corporum

1

Incineratio mortuorum, decursu temporum, invaluit tamquam affirmatio atheismi et in odium Ecclesiae. Hodie sectariis furoribus extinctis vel placatis, incineratio proponitur tamquam methodus modernior et aptior componendi cadavera. Imo recentes ephemerides societatis cremationis reverentiam in religionem testantur. Opportunum igitur est Concilium hanc quaestionem examinare.

a) Methodus incinerationis nulli dogmati catholico adversatur. Scriptura de hac re tacet. Apostoli, cum nuntiarent evengelium, dum magna orbis pars usum incinerationis sequebatur talem usum non damnaverunt.

b) Crematio non adversatur dogmati immortalitatis animae vel resurrectionis corporum, cum Dei omnipotentia suscitare potest defunctorum corpora tam ex cinere ignis quam ex cinere luti. Imo certis in adiunctis, Ecclesia ipsa, ex publicae salutis necessitate, corporum combustionem permittit, quod non fieret si incineratio adversaretur alicui dogmati christiano.

c) Methodus cremationis hodie proponitur tamquam practice inhaerens moderno conceptui progressus, hygiaenis, oeconomiae et etiam ex multorum fidelium catholicorum terrore quod vivi sepeliantur.

d) Si Ecclesia hoc permittat, poterit restituere coemeteria paroecialia et componere sicut olim cineres fidelium defunctorum apud sua altaria.

N. B. Huiusmodi votum exaratum est a S. Solero. Post illud, aliud additur, a Vaudagnotti, exaratum et cremationi contrarium, quia, licet nonnulli quamlibet iniuriam Ecclesiae excludant, tamen obiective crematio efficitur et propagatur etiam hodie in contemp-

---

19) Calien.

1) Taurinen.

tum Ecclesiae uti ex ipsis ephemeridibus patet. Christianis officium est conformandi Christo, qui sepultus est et corpus humanum est veluti semen, quod non comburitur, sed in terra absconditur, in fidem et spem resurrectionis.

2

Abrogetur praescriptum de crematione corporum, cum in combustione corporis non signum infidelitatis videatur.

3

In aliquibus adiunctis, fortasse oporteret cadaverum cremationem permittere.

4

Sepultura ecclesiastica non negetur catholicis, qui suum corpus cremationi tradi mandaverint, si probari possit ipsos cremationem mandantes, nullum actum Ecclesiae offensivum ponere voluisse. Obiectiones dogmaticae huic opponi nequeunt.

5

In constitutione de crematione cadaverum non tantum stricte fiat negatio sacramentorum, sed solummodo si haec crematio esset in odium fidei et ecclesiae.

6

Quaeritur utrum in conditionibus orbis terrarum hodiernis, disciplina Ecclesiae de crematione modificari possit aut debeat.

---

2) Eminentianen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.

3) Risinitan.

4) Secovien, Gurcen.

5) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.

6) Dromoren.

DE PRAECEPTIS ECCLESIASTICIS

I. DE PRAECEPTIS ECCLESIASTICIS IN GENERE

1

Elenchus praeceptorum ecclesiasticorum ad novas temporis conditiones componatur et redigatur.

2

Praecepta traditionalia Ecclesiae accomodentur formis et exigentiis vitae hodiernae, obligationibus substantialibus talium praeceptorum utique retentis ac confirmatis.

3

Nullum praeceptum sit amplius *sub gravi*, sed e contra ob violationem imponatur poena privationis beneficii, dignitatis, sepulturae ecclesiasticae, suffragiorum, officii et patrini.

4

Examini subiiciatur possibilitas cuiusdam praecepti condiendi quod imponat abstinentiam quamdam a ludis, spectaculis aliisque modernioribus oblectamentis ut puta visionibus cinematographicis.

5

Statuatur aliud praeceptum abstinendi a lectione vel visione librorum aut diariorum et spectaculorum quae nota exclusionis a competenti Commissione sancita sunt.

6

Aliud praeceptum statuatur non sequendi adsociationes ab Ecclesia damnatas.

---

1) Bononien, Asculan in Piceno, Gallipolitan, Pisan.
2) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
3) Brigantien.
4) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
5) Tarvisin, Novarien.
6) Fidentin.

7

Gravis obligatio instructionis religiosae accipiendae explicite declaretur et insuper sanciatur in explicito Ecclesiae praecepto, quo nempe concrete indicetur qualis et quanta sit ea obligatio et pro pueris et pro iuvenibus et pro adultis.

8

Statuatur obligatio pro fidelibus audiendi verbum Dei saltem in Missis de praecepto.

9

Imponatur fidelibus in conscientia cursus obligatorius Catechismi.

10

Inter praecepta Ecclesiae ponatur « particularis praeparationis ad matrimonium » officium.

11

Addatur uniuscuiusque fidelis officium « participationis activae apostolatui hierarchico Ecclesiae » modo et forma unicuique convenienti.

---

7) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
8) Granaten, Oveten.
9) Aegitanien.
10) Docleen.
11) Docleen.

II. DE PRAECEPTIS ECCLESIASTICIS IN SPECIE

1. De die festo

A) *De sanctificatione diei festi*

1

Normae clarae quoad sanctificationem diei festi determinentur.

2

Restauretur sanctificatio totius diei dominicae.

3

Praeceptum sanctificandi diem festivum innovetur.

4

Reductio numeri dierum festorum de praecepto et, quae par sit, augmentatio emphasis circa observationem diei dominici tamquam diei ad cultum divinum et requiem reservatae, et fortasse aliqua liturgica celebratio pridie vesperi, (e. g. recitatio divini officii « ad Vesperas ») ut praeparatio ad diem dominicum peropportuna videtur.

5

Praeceptum abstinendi a labore festis diebus, excepta dominica, tollatur; et praeceptum audiendi Missam talis diebus abrogetur. Attamen inculcetur devotio audiendi sacrum illis festis. Ad hoc, numerus Missarum sit maior quam ordinariis diebus et si adiuncta exigant, tot sint quot in dominicis.

---

1) Treviren, Dagnen.
2) Bisuntin, Annecien, Thmuisan.
3) Vicentin, Valdivien.
4) Ubazan.
5) Laginen.

6

Pro dominicis, quae sequuntur aliquod festum de praecepto in hebdomada celebratum, dispensentur fideles ab onere audiendi sacrum et abstinendi ab operibus servilibus.

7

Graviter perpendendum est et conciliandum quod attinet ad recreationem cum mandato de sanctificatione diei festi.

8

Commendetur ut fideles, diebus festis, praeter satisfactionem praecepti, honestius se gerant sancteque vivant.

9

Imminuto numero festorum necnon dierum abstinentiae et ieiunii ac suppressis omnibus indultis particularibus, proponitur ut una eademque disciplina ubique vigeat tam in festis de praecepto quam in ieiunio et abstinentia sub peccato observandis.

10

Forsan melius est stabilire praeceptum hebdomadale pro aliquibus coetibus.

11

Facultas Ordinariis concedatur anticipandi vel postponendi dies festos de praecepto, quando dictis diebus fideles ad opus praestandum teneantur.

12

Conferentiis episcopalibus uniuscuiusque nationis relinquatur facultas determinandi numerum et modum observantiae festorum, exceptis tamen diebus Natalis et Assumptionis B. M. V.

---

6) Assisien.
7) Adrien.
8) Patavin.
9) Zamboangen.
10) Biturgen.
11) Ndolaen.
12) Internunt. Ap. in Aegypto, Lappen.

13

Possint parochi et confessores ad aliam hebdomadae diem transferre obligationem audiendi Missam.

14

Observantia dierum de praecepto servandorum reducatur ad auditionem Missae tantum.

15

In diebus festis statuatur intervallum saltem unius horae inter unam alteramve Missam, ita ut sit possibilis et obligatoria brevis sed parata homilia.

16

Invitetur populus christianus ad maiorem sanctificationem diei festivi.

17

Minuenda cupiditas ludorum qui religiosas festivitates comitari solent.

18

Magis magisque diffunditur tempore aestivo, praesertim diebus dominicis et festis, modus sub tentoriis vivendi in « campings »; ideoque nova media sunt necessaria ad pericula moralia vitanda et ut catholici hoc modo deambulantes Missam audire possint.

19

Declaretur num assistentia S. Missae horis vespertinis sit de praecepto pro fidelibus qui mane legitime impediti fuerint.

20

Praeceptum sacri audiendi diebus dominicis reducatur.

---

13) De Sahara Hispanico et Ifni.
14) Legaspien.
15) Nepten.
16) Philadelphien Latinorum, Insulae Grandis, Kansanopolitan-S.ti Josephi.
17) Othieren.
18) Sup. Gen. Scholarum P.
19) Sup. Gen. Barnab.
20) Uhuven, Taipehen, Thignicen, Yihsienen.

21

Obligatio Sacri et non laborandi festis de praecepto aboleatur.

B) *De reformatione dierum festorum*

1

Uniformitas statuatur in tota Ecclesia circa numerum festorum extra dominicas.

2

In regionibus ubi coexistunt plures Ritus Orientales, celebratio festorum de praecepto posset laudabiliter uniformari.

3

In regionibus ubi fideles ritus permixti cum fidelibus ritus alterius vivunt, festa de praecepto communia habeantur.

4

Dies festi de praecepto servandi pro tota Dei Ecclesia, idem declarentur atque, in quantum possibile sit, eorum numerus minuatur.

5

Dies festi de praecepto limitentur ad solas dominicas et ad paucissimas alias festivitates.

6

Supprimantur dies festi de praecepto, qui cum feriis civilibus non congruunt.

---

21) Maracayen.

1) Vegen, Judiciforen, Neocarthaginen, Barranquillen, Quibduan, Poncen, Risinitan, Xapecoën, Goritien, Dubuquen.

2) Alexandrin Coptorum, Cleopadriten, Babylonen Latinorum, Babylonen Chaldaeorum, Larissen in Syria.

3) Soldaien.

4) Caebuan.

5) Mediolanen.

6) Yarmuthen.

7

Praeter dies dominicos, sint de praecepto tantummodo illi qui lege quoque civili (in unaquaque natione) dies sunt feriati.

8

Dies festi de praecepto qui recurrere possunt in quavis hebdomadae die et ab Auctoritate civili non agnoscuntur transferantur in dominicam sequentem.

9

Excepto Nativitatis die omnes dies festi intra hebdomadam aboleantur vel transferantur.

10

Conserventur ut dies festi et Natalis et prima Ianuarii sed non sit festum Circumcisionis quod in hebdomadam transferri oportet, festum S. Nominis vero vel Epiphaniae. Difficile est loqui de Circumcisione.

11

Dies festi de praecepto sint tantum dies dominici et dies Nativitatis Domini Eiusque Circumcisionis.

12

Non sint de praecepto festa: Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis, Ss. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum.

13

In diebus Epiphaniae, Ascensionis et Omnium Sanctorum habeatur obligatio audiendi Sacrum.

---

7) Sup. Gen. Mission. Scheut.
8) S. Matthaei.
9) Victorien Spiritus Sancti, Misuraten.
10) Parintinen.
11) Ottavien.
12) Arassuahyen.
13) Belemen de Parà.

14

Obligatio audiendi sacrum maneat in diebus Circumcisionis, Corporis Christi, S. Petri et Immaculatae sine obligatione abstinendi ab omni opere servili excepto tamen Circumcisionis festo.

15

Melius erit si dies de praecepto restringantur ad omnes dies dominicales tantum et alia festa de praecepto transferantur ad dominicam proxime accedentem, exceptis diebus Nativitatis Domini eiusque Circumcisionis, ratione temporis quo occurrunt, cum facilius sit populo catholico Missam audire istis diebus.

16

Supprimantur dies omnes de praecepto quae intra hebdomadam incidant iidemque transferantur ad proximam dominicam. Saltem hoc fiat in nationibus illis in quibus Gubernium hos dies de praecepto non agnoscit. Aut, si isti dies de praecepto intra hebdomadam retineri debeant, supprimatur in illis nationibus obligatio abstinentiae a labore servili.

17

Obligatio festorum de praeceptis extra diem dominicam cadentium in diem dominicam sequentem transferatur.

18

Dies festivi de praecepto qui occurrunt intra hebdomadam transferantur in diem dominicam, exceptis festis principalioribus.

---

14) Civitatis Juarezen.
15) Surigen, Sbiden.
16) Manilen.
17) Tuguegaraoan.
18) Culiacanen, Campecoren, S. Rosae de Osos, Parintinen, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Leopoldinen, Martyropolitan, Ateraden, Paten, Uberaten, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, Xapecoën, Campi Grandis.

19

Consideratis conditionibus vitae hodiernae, praeter dies dominicos, dies festi ad duos (Nativitas D. N. I. C. et Assumptionis) vel ad summum ad quattuor (Festum Ascensionis et Omnium Sanctorum) reducantur.

20

Dies festi (can. 1247) sint illi qui simul publice, ab auctoritate civili, observentur; ceteri in proximum diem dominicum transferantur.

21

In festis de praecepto intra hebdomadam, quae ut feriata a potestate civili non agnoscuntur, obligatio audiendi Missam unice praescribatur, vel Ordinariis detur facultas dispensandi omnes fideles dioecesium a requie festiva.

22

Exceptis festis Nativitatis atque Circumcisionis omnes dies festi intra hebdomadam transferantur in diem dominicam.

23

Festa Circumcisionis, Epiphaniae, S. Ioseph, Immaculatae Conceptionis transferantur in Dominicam.

24

Festum SS. Corporis Christi in diem dominican transferatur.

25

Festum Immaculatae Conceptionis in diem dominicam transferatur.

26

Festum S. Ioseph in diem dominicam transferatur.

---

19) Segusien, Agathonician.
20) Chimscien.
21) Kasamaën.
22) Valadaren, Panamen.
23) Saitan.
24) Hierosolymitan.
25) Hierosolymitan.
26) Hierosolymitan.

27

Festum S. Ioseph de praecepto transferatur ad diem 1 maii.

28

Festum Ss. Petri et Pauli in diem dominicam transferatur.

29

Festa in diem dominicam incidentia supprimenda sunt.

30

Supprimantur dies festi de praecepto inter hebdomadam occurrentes.

31

Dies festi de praecepto extra dominicas reducantur ut in maiore parte mundi christiani observari possint.

32

Saltem in Missionibus utilior esse videtur suppressio externae solemnitatis festi occurrentis in hebdomada quam eius externa solemnitas in sequenti dominica.

33

Conferentia Episcopalis possit transferre festa de praecepto in dominicam subsequentem vel abolere.

34

Dies « pro gratiarum actione » (Thanksgiving day), qui in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis dies quinta novembris annue uti dies festus civilis pro gratiarum actione celebratur, dies festus de praecepto declaretur.

---

27) Parintinen.
28) Hierosolymitan.
29) Gravinen et Montis Pelusii.
30) Sup. Gen. Mission Sp. S.
31) Tokien, Tingitan, Iringaën, Ogagiaen.
32) Dibonen.
33) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
34) Corporis Christi.

C) *De obligatione Missam audiendi*

1

Praeceptum audiendi Missam in diebus festis retineatur ad urgendam, non ad finiendam obligationem, ita ut eius observantia suppleri possit intra octo dies sequentes, quin hoc ad peccatum imputetur.

2

Reducantur dies festivi; cur non quis potuerit durante hebdomada sacrum audire si ei impossibile fuit in die dominico?

3

De praecepto audiendi Missam, ut hoc praeceptum adimpleri possit non tantum diebus dominicis sed quacumque die inter hebdomadam et in quocumque loco, etiam in oratoriis privatis statuendum est. Inculcetur tamen ut adimpleatur, si possibile est, dominicis diebus.

4

Obligatio audiendi Missam ac abstinendi ab operibus servilibus transferri possit in diebus ferialibus quando sacerdos per pagos transit.

5

Fideles qui, laboris causa, impediuntur audiendi Missam die dominico, teneantur sub levi ad audiendam Missam semel in hebdomada sequenti.

6

Tempus utile ad implendum praeceptum audiendi Missam extendatur ad totum tempus liberum a labore concessum.

---

1) Neapolitan, Ilcinen, Ptolemaiden in Lybia.
2) Pupianen.
3) Laginen.
4) Kisumuen.
5) S. Joannis Quebecen.
6) Winnipegen.

7

Fidelibus die dominica occupatis permittatur satisfactio Missam audiendi alio die, dummodo quaque hebdomada saltem uni Sacro adsint.

8

Qui non possit audire sacrum satisfacere possit per aliud opus.

9

Pauperes possint supplere Missam in diebus festis intra hebdomadam cum recitatione privata Rosarii.

10

Etiam qui in dissitis regionibus nequeunt audire sacrum in die dominico, supplere possint cum recitatione S. Rosarii.

11

Concedatur facultas praeceptum satisfaciendi etiam die sabbati horis vespertinis.

12

Tempus utile ad satisfaciendum praeceptum festivum anticipari possit ad horas postmeridianas vigiliae.

13

Sacerdotum exiguo numero considerato et fere ubique impari ad satisfaciendum in sola dominica die multiplicibus necessitatibus fidelium, extendatur ad horas vespertinas sabbati tempus utile ad satisfaciendum praecepto festivo.

14

Facultas detur satisfaciendi praecepto audiendi Missam inde a sabbato ad solis occasum.

---

7) Nimpuoven.
8) Rhoinen, Copiapen, Victorien Spiritus Sancti, Livien.
9) Parintinen.
10) S. Ludovici Potosien.
11) Moronen.
12) Iringaën, Tungchoven.
13) Firman, Taurinen, Catacen et Squillacen, Pistorien, Montis Regalis in Pedemonte.
14) Gurzen.

15

Extendatur ad horas vespertinas sabbati tempus utile ad praecepto Missae festivae satisfaciendum.

16

Extendendum ad diem superiorem post meridiem tempus utile ad implendum praeceptum ut in pervigilio Nativitatis perdurante novissimo bello.

17

Ita mutetur can. 1249: « Legi de audiendo sacro satisfacit: qui Missae adest quocumque ritu catholico celebretur, sub dio aut quolibet loco etiam in oratoriis privatis ».

18

Legi de audiendo sacro quis satisfaciat ubique audiat, etiam in oratoriis privatis.

19

Can. 1249 immutetur: quisque satisfaciat praecepto de audiendo sacro, ubicumque Missa licita celebretur.

20

Praeceptum de audiendo Sacro satisfieri possit quocumque loco Missa audiatur.

21

In can. 1249 inseratur satisfactio legis de audiendo Sacro per assistentiam Missae quae celebratur super altare portatile, sive per facultatem can. 822 § 4 sive per indultum personale Sedis Apostolicae.

22

Estne possibilis aliqua adaptatio liturgiae festivae pro pagis ubi tantum adesse possit diaconus?

---

15) Montis Alti et Ripan.
16) Segusien.
17) Cusien.
18) Taurinen.
19) Popayanen, Rhoinen, S. Sebastiani Fluminis Januarii, Caesarien Philippi.
20) S. Bonifacii.
21) Bruklynien.
22) Barrancabermejen.

23

Tot oppidis et vicis sacerdotali ministerio orbatis, singulis saltem diebus dominicis et festivis tribuatur quaedam « Liturgia Verbi » consistens in lectione et explicatione Verbi Dei, canticis necnon caeremoniis pietatem et unionem fidelium foventibus a legitima auctoritate ecclesiastica confecta.

24

Ob sacerdotum penuriam ne fideles spiritum orationis paulatim amittant in diebus festis praecipiantur « conventus precum et catechismi » quibus praesideat « laicus » ordinibus minoribus ornatus.

25

Ubi Missa in diebus festis haberi nequit, aliqua liturgia verbi sub catechistae moderatione imponatur.

D) *De operibus prohibitis*

1

Novorum morum ratione habita, revisioni subiiciantur opera, quae prohibita sunt diebus festis.

---

23) Posaden.
24) Ambaniaën, Inongoën.
25) Bondoën, Berenicen.
1) Gurzen, Albien, Fukuokaën, Sciiamchiamen, Calcutten, Bangaloren, Dinajpuren, Trebennaten, Lafayetten, Petropolitan in Insula Longa, Dubuquen, Montis Laurei, Insulae Grandis, Kansanopolitan — S. Josephi, Bostonien, Dodgepolitan, S. Catharinae, Winnipegen, Vancuverien, S. Mariae Ormen, Taben, Laginen, Perthen, Dunedinen, Surigen, Theatin, Papien, Mediolanen, Cuneen, Tranen et Barolen, Mantuan, Montis Regalis in Pedemonte, Camerinen, Canen, Reconquisten, Sonsonen, Campi Grandis, Turuzitan, S. Dominici Novem Julii, Joannesburgen, de Sahara Hispanico et Ifni, Arben, Liberopolitan, Overrien, Mvanzaën, Umuahiaen, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Prolemaiden Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen

2

Supprimatur distinctio inter opera servilia et non servilia.

3

Lex observantiae diei dominicae quoad opera servilia prohibita nova interpretatione indigere videretur, quia quaedam opera tamquam servilia considerata nunc pro populo sunt potius forma recreationis vel etiam necessaria, dum alia opera pro lucro peracta quae inter servilia non comprehenduntur melius prohiberentur.

4

Necesse est exponere discriminatius quae opera pro nostro tempore censenda sint prohibita, hoc tamen considerando quod iuribus opificum ad feriandum (quod non ultima fuit causa cur ad opera servilia decernenda ventum sit) hodie per leges sociales satis cautum habemus; generaliter loquendo non videntur amplius prohibenda quae, cum ardua non sint, ad oblectationem animi potius conferant quin aliquid lucri directe suppeditent.

5

Desideratur doctrina « de quiete festiva ».

6

Consideratis hodiernis conditionibus, explicetur lex de diei dominicae quiete.

Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Alepp. Melch., Archim. Ordinis Basiliani Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ordinis Basiliani S. Joannis Bapt. Melch., Super. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo, Sup. Gen. O. F. M. Cap., Sup. Gen. Marianist., Sup. Gen. August. ab Assumptione.

2) Judiciforen, de Punta Arenas, S. Isidori, Copiapen, Cueven, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan.

3) Cairnen.

4) Segusien.

5) Hieracen-Locren.

6) Sup. Gen. Ord. Carm.

7

Confessarii polleant amplioribus facultatibus dispensandi a requie festiva etiam in diebus dominicis.

8

Hodiernae vitae determinatio accommodanda operum servilium diebus festis prohibitorum videtur.

9

Declaretur quod illa opera sunt vitanda quibus petitur lucrum et quibus fidelis impeditur a S. Missa audienda et a catechetica instructione recipienda.

10

Reformetur fatiscens locutio de « opere servili » a quo fideles abstinere se debent diebus festis de praecepto. Hodie non amplius valet distinctio inter dominos et servos, sed in operibus exercendis valet ratio oeconomica et lucrativa, qua occupantur « professionistae » (medici, advocati, professores etc.).

11

Obligatio se abstinendi a laboribus reducatur ad quatuor, quinque vel sex festa in anno.

12

Auferatur obligatio se abstinendi a laboribus servilibus in diebus festis intra hebdomadam.

13

Supprimatur obligatio abstinendi ab omni opere servili diebus festis de praecepto intra hebdomadam recurrentibus, exceptis die festo Nativitatis Domini et die festo Circumcisionis.

---

7) Angelorum, S. Sebastiani Fluminis Januarii.
8) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
9) Balecien, Berenicen.
10) Papien, Albae Pompeien, Signin, Forosempronien, Lauden, Biturgen, Montis Alti et Ripan, Ragusien, Tarvisin.
11) Cypren.
12) Culiacanen, Angelorum, Armenien, Guadalajaren, Monterreyen.
13) Civitatis Juarezen.

14

Diebus festis, praeter dies dominicos, abstinentia ab operibus servilibus, saltem in regionibus in quibus festum a Gubernio civili non agnoscatur, non urgeatur, cum de facto operarii ad opus servile perficiendum urgentur.

15

Ad consulendum fidelium conscientiae, normae proponantur certae et hodiernis exigentiis adaptatae, praesertim quoad laborem.

16

Ita mutetur c. 1248: « Festis de praecepto diebus Missa audienda est et abstinendum est a quolibet labore, qui occupat vires mentis vel corporis, nec recreationis rationem habeat nec immediate ordinetur ad quotidianas necessitates vitae ».

17

Requies dominicalis ita intelligatur ut tantum commendetur abstinentia ab operibus non necessariis, minus convenientibus aut forensibus.

18

Lex de abstinentia ab operibus servilibus die Sabbati radicaliter emendetur, cum norma iuxta quam illa primitus efformata fuerit iam fallax immo et absurda sit.

19

Abstinentia ab operibus servilibus de qua can. 1248 supprimatur; hodie est lex fere sine subiecto.

---

14) Lismoren, Agathonician.
15) Tarantasien, Monoecen, Veneten, Montis Pessulani.
16) Cusien.
17) Kyoten.
18) Sidonien.
19) Sup. Gen. Mission. S. Joseph.

DE PRAECEPTIS ECCLESIASTICIS

2. De abstinentia et ieiunio

A) *De disciplina abstinentiae et ieiunii restituenda*

1

Restituatur disciplina bis-millenaria ieiunii uti ante novissimum bellum pro universo populo christiano. Clericis et religiosis utriusque sexus praeter supradictas, aliae poenitentiae, e. g. tempore adventus imponantur.

2

Contra materialismum restauretur antiqua ieiunii et abstinentiae disciplina.

3

Denuo instauretur ieiunii et abstinentiae lex, conditionibus temporum utique accomodanda.

4

Necessitas ieiunii rursus affirmetur; modalitates vero temporibus aptentur.

5

In pristinam praxim reducatur obligatio de ieiunio et abstinentia ut magis foveatur spiritus mortificationis in populo christiano.

---

1) Mutilen, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.
2) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen Armenorum, Constantinopolitan Armenorum, Kamechlien Armenorum, Acilisen Armenorum, Tauitan, Pedachtoën Armenorum.
3) Sup. Gen. Frat. a S. Vincentio a Paulo.
4) Hydruntin.
5) Tellicherrien, Palaien, Ernakulamen, Trivandren, Tiruvallen.

6

Contra grassantem luxuriam confirmanda videtur disciplina ieiunii et abstinentiae, tamen sit levior in executione, frequentior numero (v. g. una vice in die).

7

Contra hodiernum hedonismum commendetur virtus poenitentiae, ut fidelibus persuasum sit illam, per recentes dispensationes, minime abolitam esse, sed omnino adhuc necessariam.

B) *De reformatione legis ieiunii et abstinentiae*

1

Lex ieiunii et abstinentiae reformetur.

2

Iteratae mutationes vitentur.

3

Praxis poenitentialis non omnino obsolescat sed aptius concilietur cum hodiernis necessitatibus, magisque uniformis in tota Ecclesia reddatur.

---

6) Medelitan.

7) Cassanen, Philippopolitan in Thracia.

1) Dinajpuren, Bombayen, Leonen in Nicaragua, S. Dominici Novem Julii, Maracayen, Judiciforen, Victorien Spiritus Sancti, Tingitan, Liberopolitan, Tananariven, Kisumuen, Viglevanen, Camerinen, Anglonen-Tursien, Callien et Pergulan, Lucerin, Cremen, Fulginaten, Forosempronien, Maceraten et Tolentin, S. Severi, Collen Rossanen, Melphien, Pupianen, Hierapolitan in Cicilia, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadephien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Alepp. Melch., Archim. Ord. Basiliani SS. Salvatoris Melch., Archim. Ord. Basiliani S. Joannis Baptistae Melch., Sup. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo.

2) Chiclayen.

3) Preslaven, Papien, Siten, Mutinen, Placentin, Parmen, Serren

4

Lex ieiunii et abstinentiae, sicuti nunc exstat, fere ab omnibus sive laicis sive clericis negligitur. Unde necessarium est regulas poenitentiales ad mores modernos accommodari, attamen graviore voce universo populo christiano proprium ac gravissimum poenitentiae agendae officium commemoretur.

5

Ieiunium in communi, ut dicit S. Thomas, cadit sub praecepto legis naturae et haec lex semper urget; legem autem ieiunii ecclesiasticam immutare oportet ut saltem hodie a maiori fidelium parte observari possit.

6

Lex ieiunii et abstinentiae redintegretur ad spiritum poenitentiae et mortificationis excitandum.

7

Temperetur forma prout in Indulto.

8

Determinationes edantur cum inter simplices fideles practice dubia perseverant, saltem quoad dies.

---

in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia, Essendien, Eminentianen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Assisien, Mantuan, Campanien, Pistorien, Veronen, Soanen-Pitilianen, Cortonen, Theatin, Mediolanen, Castabalen, Orthosien in Phoenicia, Seguntin, Dausaren, Zamoren, Abulen, Granaten, Albasiten, Dardan, Victorien, Funchalen, Aveiren, Heliosebasten, Telmissen, Driziparen, Premislien Latinorum Helenopolitan in Bithynia, Tanagraeus, Buscoducen, Sup. Gen. O. F. M., Sup. Gen. Oblat. B.M.V. Immacul.

4) Gurzen, Rothomagen.
5) Taboraën, Barcusen.
6) Ilcinen.
7) Livien.
8) Sup. Gen. Congr. Cister. Italiae, Sup. Gen. O. F. M. Cap., Sup. Gen. Inst. Cavanis.

9

Lex de ieiunio et abstinentia sit pro universa Ecclesia ad normam Decreti S. Congregationis Concilii, die 28 ianuarii 1949 prolati, nec liceat legem arctiorem edere pro quocumque territorio ecclesiastico.

10

Dispositiones vigentes in C. I. C. inserantur.

11

Clarior verborum « ieiunii et abstinentiae » definitio detur.

12

Ad satisfaciendam ieiunii legem sufficiat, ut quantitas cibi minor quam consueta sumatur.

13

Usque adhuc pro regula habebatur ut diebus ieiunii tantum quoad qualitatem probata locorum consuetudo observaretur (can. 1251); tamen ieiunium circa quantitatem, non autem circa qualitatem esse oportet.

14

Abstinentia sit a sola carne, non vero a iure carnis.

15

Quoad ieiunium supprimatur quidquid ad qualitatem et quantitatem ciborum pertinet et potius statuatur unum prandium verum et completum (vel una coena...); in ceteris autem prandiis vel coenis, dimidium ciborum qui ceteris diebus sunt liciti.

16

Conceptus ieiunii et abstinentiae includat quamcumque privationem cibi potusve immo etiam fumicationis.

---

9) Sidonien.
10) Montisvirginis, Bobien.
11) Trebennaten.
12) Oturkpoën, Inongoën.
13) Kampalaën.
14) Camulianen.
15) S. Deodati.
16) Antiochen in Pisidia.

17

Lex abstinentiae vetet omnem potionem alcoolicam et fumum tabaci haurire.

18

Lex ieiunii vetet omnem cibum solidum intra sex horas continuas, quas quisque fidelis suo iudicio determinabit a sexta hora ad vigesimam quartam horam diei.

19

Leges abstinentiae et ieiunii uniformes fiant per totum mundum, omnibus privilegiis suppressis vel omnibus populis concessis.

20

Lex de abstinentia et ieiunio sit uniformis in Universa Ecclesia.

21

Simplificetur et unificetur disciplina de ieiunio et abstinentia.

22

Dies abstinentiae et ieiunii numero minuantur, clarissime enuntientur et numquam mutentur, ita ut fideles dies illos facile dignoscant et in praxi nullo dubio agitentur et confundantur.

23

In regionibus ubi coëxistunt plures ritus Orientales obligatio ieiuniorum posset laudabiliter uniformari.

---

17) Balecien.
18) Balecien.
19) Dubuquen, Teien, Dodgepolitan, S. Bonifacii, S. Joannis Quebecen.
20) Malacen-Singaporen, Ordinarii Indonesiae, Senonen, Chicagien, Bostonien, Saginaven, Polycastren, Zeliten, Tabuden, Celsonen, Laganitan, Semten, Dublinen, Uzipparitan, Naren, Poncen, Xapecoën, Hadrianopolitan in Haemimonto, Vegen.
21) Kupelaën, Iringaën, Kasamaën, Arben, S. Pauli de Minnesota, S. Bonifacii, Nicoletan, S. Mariae Ormen, Taben, Ottavien, S. Joannis Canaden, Quebecen, S. Hieronymi Terraebonae, Thibatiran, Sup. Gen. Ord. Carm.
22) Capicen.
23) Alexandrin Coptorum, Cleopa-

24

In regionibus ubi fideles unius ritus miscentur cum fidelibus ritus alterius ieiunia regi debent communi legislatione.

25

Can. 1252 C. I. C. hoc modo immutetur:

1) Lex solius abstinentiae servanda est singulis feriis sextis.

2) Lex abstinentiae et ieiunii servanda est feria IV Cinerum necnon feriis VI Quadragesimae et Adventus.

3) Admonentur fideles, ut ceteris quoque feriis Quadragesimae et feriis VI quattuor Temporum necnon pervigiliis Pentecostes et Omnium Sanctorum ieiunent vel saltem opera mortificationis in se suscipiant.

4) Diebus festis de praecepto lex abstinentiae vel abstinentiae et ieiunii cessat.

26

Ad nimia peccata vitanda opportunum videtur legem abstinentiae simul et ieiunii ad solum Parasceves diem reservari.

27

Abstinentia et ieiunium cumulative habeantur tantum in feria IV Cinerum et Feria VI in Parasceve.

28

Abstinentiae dies reducantur pro omnibus ad ferian IV Cinerum et ad omnes ferias sextas Quadragesimae.

29

Ieiunium imponatur feria IV Cinerum, die Parasceves, et pervigilio Immaculatae Conceptionis.

---

driten, Babylonen Latinorum, Larissen in Syria, Hierosolymitan Latinorum.

24) Soldaien.

25) Treviren, Dagnen.

26) Arboren.

27) Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan.

28) De Laurenço Marques.

29) Posnanien.

30

Quattuor temporum ieiunium in honorem reduci deceat, suppresso vigiliarum ieiunio. Ita, cum cinerum feria et die Passionis dominicae, sex ieiunii dies quotannis essent.

31

Innovetur lex abstinentiae et ieiunii. Pro Germania proponitur: lex abstinentiae servetur singulis feriis sextis et feria IV Cinerum; lex ieiunii servetur feriis VI Quadragesimae, feria IV Cinerum et singulis feriis hebdomadae sanctae, exceptis feria V in Coena Domini et Sabbato Sancto.

32

Praeter omnes ferias sextas, abstinentia a carne, non vero a iure carnis, obliget tantum in vigilia Nativitatis Domini et in feria IV Cinerum.

33

Praeceptum abstinentiae simul et ieiunii restringatur ad omnes ferias VI temporis quadragesimalis, ad feriam IV Cinerum, ad Sabbatum Sanctum, ad vigilias Omnium Sanctorum, Immaculatae et Natalis.

34

Ieiunium restituatur in omnibus feriis sextis quadragesimae et aboleatur in aliis diebus anni.

35

Abstinentia et ieiunium reducatur in diem Cinerum et Feriam VI Maioris Hebdomadae.

---

30) S. Deodati.
31) Hildesheien, Phytean.
32) Camulianen.
33) Signin.
34) Basileen et Luganen.
35) Hieracen-Locren.

36

Seria deliberatio habeatur de lege abstinentiae Feriae VI mutanda. Fortasse practicum esset restringere abstinentiam diebus Feriis Sextis Quatuor Temporum et Quadragesimae.

37

Lex abstinentiae limitetur ad solas ferias sextas vigiliasque Nativitatis et Resurrectionis.

38

Lex abstinentiae in feriis VI servetur, tamen mitigatio interveniat circa causas exscusantes et ampliores potestates dispensandi Episcopis concedantur.

39

Abstinentiam feriae VI omnino retinere oportet. Haec enim fere ut quinta nota Ecclesiae a multis habetur. Opportunum videretur contraria indulta revocare.

40

Quoad abstinentiam feriae VI poenitentia quaedam constituatur cui subiiciantur homines nostrae aetatis.

41

Abstinentia a carne feriis sextis in universa Ecclesia aboleatur et aliqua forma abstinentiae inveniatur.

42

Lex generalis ieiunii relaxetur, nec forte cum abstinentia coniuncta maneat; solius abstinentiae legis observantia, sine ieiunio, omnibus tantum feriis sextis maneat.

---

36) Bellevillen.
37) Eudociaten.
38) Algerien.
39) Nairobien.
40) S. Deodati.
41) Umtalen.
42) Neapolitan.

43

Ordinariis locorum facultas tribuatur transferendi abstinentiam feriae sextae in alium diem infra hebdomadam, quoties animarum utilitas id postulet.

44

Optandum est quod Ecclesia obligationem abstinentiae feria sexta servandae numquam relaxet.

45

Abstinentia ad Ferias VI unice redigatur, causa motiva scil. memoria Passionis D. N. I. C.; abstinentia cum ieiunio in Feriam IV Cinerum et VI Maioris Hebdomadae; insuper optandum est ut tabernis refectoriis, publicis hospitiis ad victum etc... atque in favorem omnium, qui iter faciunt, dispensatio ab abstinentia per totum annum concedatur.

46

Feria sexta dies poenitentiae declaretur, absque gravi praecepto abstinentiae.

47

Abstinentia, ad vitanda peccata, imponatur unice feria sexta.

48

Abstinentia a carnibus reducatur vel tantum sextis feriis, exceptis caeteris casibus, vel reducatur ad unam ex principalibus refectionibus feriae sextae.

49

Dies abstinentiae sint singulae feriae VI (can. 1253); dies abstinentiae et ieiunii singulae feriae VI Quadragesimae.

---

43) Hierosolymitan Latinorum.
44) Posnanien, Gandaven, Philippopolitan in Thracia, Vestmonasterien.
45) Segusien.
46) Ptolemaiden in Lybia.
47) Dianen.
48) Taurinen.
49) Chimiscienen.

50

Can. 1252: Lex abstinentiae et ieiunii diebus vigiliis ante festum Nativitatis D. N. I. C. et Immaculatae Conceptionis abrogetur, cum a permultis non adimpleatur.

51

Nullae additiones ad ius ieiunii et abstinentiae nisi eae quae ratione tempestivae promulgationis, includi possunt in « ordo » et « calendario » loci pro anno in quo additiones instituuntur. In locis ruricolis et longinquis, huiusmodi additiones instituantur nonnisi cum perlonga promulgatione et praeparatione.

52

Fideles, qui postremis hisce temporibus quoad legem ieiunii et abstinentiae amplis gaudent indultis, aliis christianae pietatis et mortificationis operibus hanc Ecclesiae indulgentiam aliquomodo compensent (v. g. ter, quater... in anno sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae suscipiant).

53

Praeceptum de ieiunio et abstinentia aut tollatur aut mutetur in alias poenitentias, aut facultas relinquatur Ordinariis loci ad dies ieiunii et abstinentiae determinandos.

54

In diebus abstinentiae et ieiunii refectio matutina permutari possit cum prandio vel refectione serotina.

55

Lex ieunii emendetur quia secumfert difficultates pro operariis qui mane de domo cibum pro refectione gerunt.

---

50) Agathonician.
51) Ubazan.
52) Sup. Gen. Ord. Ss. Trinitatis.
53) Laginen.
54) Lafayetten.
55) Comen, Tarvisin.

56

Lex abstinentiae vigeat pro feria VI totius anni et feria IV temporis Quadragesimae; lex ieiunii pro feria IV et VI Quadragesimae et sabbato Quatuor Temporum Pentecostes loco vigiliae eiusdem, sabbato Quatuor Temporum Adventus loco vigiliae Nativitatis Domini.

57

Lex abstinentiae reducatur ad ferias VI Adventus, Quadragesimae et Quattuor Temporum.

58

Ieiunium abolendum, servanda abstinentia.

59

Viatores (hic terminus prudenter definiri debet) lege abstinentiae et ieiunii feriis sextis ne astringantur.

60

Lex de abstinentia et ieiunio aliis poenitentiae operibus substituatur.

61

Ieiunii conditiones et a carnibus abstinentia extinguantur et, sublato praecepto, reducantur ad pia christianae mortificationis exercitia ne peccata multiplicentur.

62

Nova disciplina ieiunium et abstinentiam pro paucis diebus (v. g. quattuor temporum) praescribat et ieiunium mitiget permittens duas plenas coenas et refectionem.

63

Dies abstinentiae reducantur ad ferias VI per annum; dies ieiunii ad ferias VI per quadragesimam et feriam Cinerum.

---

56) Campivallen, Cyrenen.
57) Recineten.
58) Triventin.
59) Imae Telluris et Pointapitren.
60) Ariminen, Valven et Sulmonen.
61) Imolen, Sabinen et Mandelen.
62) Fulden.
63) Abbas Primas O. S. B.

64

Ieiunium et abstinentia vigiliae Nativitatis transferantur ad diem 23 decembris quia plurimi legi non satisfaciunt in die 24.

65

Lex ieiunii et abstinentiae saepe difficilis est observantiae, praesertim v. g. in vigilia Nativitatis Domini.

66

Abrogetur vigilia diei Natalis Domini; quae anticipari posset e. g. Sabbato Quattuor Temporum Adventus.

67

Praeceptum ieiunii aboleatur.

68

Can. 1250 supprimatur: est lex hodie fere sine subiecto.

69

Can. 1250 addatur praescriptio qua ovum aliquod, quod vulgo in Insulis Philippinis vocatur « balut » comedi possit, quin exinde lex abstinentiae violetur.

70

Ieiunium relativum pro omnibus admittatur. Can. 1251.

71

Reformetur can. 1251 quia in nostris regionibus maior pars fidelium unam tantum comestionem faciunt in die.

---

64) Pacten.
65) Sherbrooken.
66) Alexandrin, Corporis Christi, Gallupien.
67) Darienen, S. Rosae de Osos, Sanaven, Copiapen, Victorien Spiritus Sancti, Villaregalen, Aberdonen, Camulianen, Eudociaten, Letopolitan, Panitan, Dianen.
68) Sup. Gen. Mission. S. Joseph.
69) Capicen.
70) Agathonician.
71) Turuzitan.

72

Ex iure qui septuagesimum annum inchoarunt exempti sint a lege abstinentiae.

73

Lex sensu clariore reformetur vel potius operibus positivis praescriptis substituatur.

74

Si Rosarium, Litaniae, Via Crucis obligentur loco ieiunii, plures sunt qui forsan preces recitabunt quam qui nunc ieiunium observant.

75

Legi abstinentiae et ieiunii substituatur « servitium sociale »: labor pro pauperibus, cura infirmorum, institutio gratuita.

C) *De gravitate obligationis*

1

Lex ieiunii sub gravi non imponatur.

2

Canones 1250-1254 omnino intacta relinquantur, ita tamen ut non observantibus tollatur ratio peccati.

3

Una eademque disciplina vigeat ubique sub peccato observanda.

4

Non ulterius sub gravi sed levi tantum habeatur praeceptae abstinentiae violatio in feria VI, quattuor exceptis feriis esurialibus recentissima disciplina statutis (i. e. Feria IV Cinerum, Feria VI in

---

72) Citharizen.
73) Lunen.
74) Oyen.
75) Berenicen.

1) Novae Lisbonae, Sidonien.
2) Nepten.
3) Zamboangen.
4) Ferrarien.

Parasceve, Vigilia Immaculatae Conceptionis B. M. V. ac Nativitatis D. N. I. C.; quibus quoque diebus, perseverante de abstinentia lege, opportuna videtur definita praecepti ieiunii suppressio.

5

Forma abstinentiae et ieiunii, hucusque imposita ut lex sub poena peccati mortalis, suadeatur ut actus religionis. Huiusmodi transitus a negativa ad positivam sanctionem dum plurima devitabit peccata ampliorem meritum confert observantiae, quam plurimi fideles sponte observabunt.

6

Circa legem ieiunii et abstinentiae obligatio sub gravi substituatur commendatione praesertim quoad sacerdotes, religiosos et religiosas membraque Associationum catholicarum.

7

Lex de abstinentia et ieiunio (can. 1250-1254) iam non de praecepto sed solum de consilio ubique terrarum declaretur.

8

Ieiunium non sit amplius impositum sub gravi, sed suadetur ut sit actus religionis, concessis, statutis diebus, peculiaribus indulgentiis.

9

Lex abstinentiae et ieiunii non sub gravi obliget laicos, sed solummodo tamquam traditio optima commendetur.

10

Salva observantia normarum quae hodie (post decretum S. Congregationis Concilii die 28/1/1949) praecipiuntur sub gravi, possent imponi ieiunium et abstinentia ceteris diebus Quadragesimae et Quatuor Temporibus sub levi tantum ne multiplicentur gravia peccata.

---

5) Firman, Eutymen.
6) Antiochen in Pisidia.
7) Gaspesien.
8) Montis Alti et Ripan, Derthonen.
9) Cerynien.
10) Acheruntin.

11

Ieiunium et abstinentia imponi possent tantum clero atque Religiosis utriusque sexus; laicis vero consilium tantum daretur ea observandi.

12

Clerici ad pauca ieiunia praeter legem communem adigi poterunt.

D) *De ieiunio quadragesimali*

1

Normae definitivae circa ieiunium quadragesimale statuantur.

2

Lex ieiunii quadragesimalis per totum orbem observetur.

3

Ecclesia urgeat mortificationem in tempore quadragesimali nec indulgeat in dispensatione ieiunii et abstinentiae diebus signatis.

4

Observatio Quadragesimae corroborari iterum poterit imposita quadam peculiari austeritate et praesertim proposita quadam non perfunctoria religiosa institutione.

5

Ieiunium quadragesimale retineri debet; lex mitigari etiam posset, sed ut uniformis sit oportet.

6

Ieiunii lex Quadragesimae et Quattuor Temporum posset permittere usum carnis tantum in comestione principali et prohibere cibum solidum.

---

11) Acheruntin.
12) Meliten, Trallian in Asia, Leopolien Latinorum.
1) Attaeaten, Umuahiaen, Cremnen.
2) Clogherien.
3) Lycien.
4) Mediolanen.
5) Nairobien.
6) Acheruntin.

7

Nova aliqua ieiunii Quadragesimalis forma instituatur, ita ut per totum tempus Quadragesimae semel tantum in die carnem sumere liceat.

8

Poenitentia quadragesimalis iterum statuatur formula tamen magis practica v. g. omnes, exceptis diebus dominicis, ab oblectamentis superfluis se abstineant; quod pecuniae in iis impendere solent dent pauperibus; omnes qui labore musculari non incumbunt, quantitatem pecuniae quam ad substentationem impendunt imminuant et aliquam quantitatem dent pauperibus.

9

Ut lex abstinentiae et ieiunii tempore Quadragesimae (can. 1252 § 3) facilioris sit observantiae, ad duos tantum dies per hebdomadam reducatur.

Abstinentia praescribatur tantum pro feria VI; ieiunium pro feria quarta Cinerum et pro feriis VI Quadragesimae. Hae tamen sint normae tantum exhortativae, non autem praeceptivae.

10

In Quadragesima, Feria II ieiunium et abstinentiam servent catholici Europae Occidentalis, Feria III catholici Europae centralis, Feria IV Europae Orientalis catholici, Feria V Americae Septemtrionalis, Feria VI Americae Meridionalis, Sabbato reliqui catholici. Ita singulis diebus Quadragesimae esset pars catholicorum magna, qui nomine Ecclesiae offerrent Deo sacrificium poenitentiae ac Liturgia Quadragesimalis sensum suum conservaret.

Feria IV Cinerum et Feria VI Hebdomadae Sanctae omnibus imponerentur.

11

Quadragesima ne amplius vocetur « tempus ieiuniorum »; assumatur aliud nomen, melius exprimens huius temporis finem.

---

7) Vestmonasterien, Gandaven.
8) Liman, Amathusius, Cernitzen.
9) S. Germani, Marianopolitan.
10) Santanderien.
11) Morogoroën.

12

Melius forsitan erit aliam poenitentiae formam in Quadragesima adhibere.

13

Suppressa iam de facto Quadragesimae observatione, ne sensus poenitentiae magis magisque in oblivionem abeat, alio latiore modo, singulis regionibus definiendo, instauretur illa periodus poenitentiae etiam corporalis. Quodsi omnes eam plene servare non poterunt saltem alicui parti populi, v. g. religiosis imponatur.

14

Alia opera ieiunium quadragesimale possint supplere, v. g. abstinentia a spectaculis et alcoolicis, assistentia Missae, auditio praedicationis, eleemosynae, infirmorum visitatio, exercitia spiritualia, etc.

15

Attenta relaxatione in lege ieiunii tempore Quadragesimae, fideles qui rebus temporalibus ultra necessaria fruuntur, obligentur ad dandam quotannis accomodatam eleemosynam, tempore Quadragesimae, in favorem hominum in regionibus, quae egestate premuntur.

16

Tempore Quadragesimae imponatur abstinentia a potibus alcoolicis, a publicis spectaculis et choreis.

E) *De competentia episcoporum in lege ieiunii et abstinentiae stabilienda*

1

Ieiunii et abstinentiae lex, sicuti nunc iacet, fere ubique negligitur. Ideoque reformatio opportuna videtur. Episcopatui unius-

12) Joannesburgen.
13) Sup. Gen. Soc. Jesu.
14) De Sahara Hispanico et Ifni.
15) Cartennitan.
16) Panitan.
1) Docleen.

cuiusque nationis facultas detur abstinentiae naturam determinandi aut illam aliqua pia opera substituendi.

2

Adaptatio disciplinae ieiunii et abstinentiae fiat saltem in missionibus a singularum provinciarum Episcopo.

3

In unaquaque natione Episcoporum coetus valeat determinare materiam abstinentiae (v. g. in Iaponia nemo fere carnem manducat: ergo lex sine fine habetur).

4

Nonne satius est regionis vel nationis Episcopos singulis annis statuere poenitentiae dies et opera, e. g. abstinentiam a potu alio quam aqua, a tabaco, etc.

5

Dentur consilia: v. g. circa potum, fumicationem, cinema etc.; relinquere praecisationem horum consiliorum generalium ad nationales conventus Episcoporum.

6

Circa ieiunium et abstinentiam ex iure communi habeatur regula « directiva » quam unusquisque Episcopus reddat « praeceptivam » secundum circumstantias.

7

Ad can. 1251 et 1252 C. I. C., proponitur ut dies ieiunii conserventur, sed Episcopi teneantur, ut eum modum ieiunii subditis suis praescribant, qui condicionibus dioecesis suae accommodatus sit.

8

Ieiunium relinquatur ad arbitrium Ordinarii.

---

2) Buluaien, Sakanien.
3) Kyoten.
4) Ambaniaën, Tuneten.
5) Caesenaten.
6) Holaren.
7) Colonien.
8) Portus Maldonadi.

9

Tribuatur facultas Episcopis Christi fideles exonerare a lege abstinentiae, sub gravi obliganti, singulis hebdomadibus, non vero clericos et votis religiosis personas adscriptas.

F) *De dispensatione a lege abstinentiae et ieiunii*

1

Frequentes exceptiones et dispensationes circa legem abstinentiae et ieiunii vitentur.

2

Melius est legem temperare quam concedere dispensationem a lege ieiunii et abstinentiae.

3

Lex ieiunii ad formam redigatur, qua nimiae dispensationes vitari possint.

4

A lege abstinentiae dispensatio concedatur omnibus familiis mixtae religionis vel cultus.

5

In legibus ieiunii et abstinentiae, iusta accedente causa, Episcopus dispensare possit pro tota dioecesi et parochus non tantum singulos et singillatim, sed totam paroeciam.

6

Extendatur ad plures casus (festi nationalis, etc.) Episcoporum facultas dispensandi a lege ieiunii et abstinentiae.

---

9) Cremonen.
1) Brugen, Melchlinien, Gandaven, Namurcen.
2) Galvestonien-Houstonien.
3) Spiren.
4) Umtatan.
5) Taurinen.
6) Aquen.

7

Disciplina corrigenda est et emendanda: confessariis tribuatur facultas dispensandi ab ieiunio et abstinentia iustis de causis.

8

Dispensatio concedi possit etiam a confessario.

9

Facilius concedatur omnibus confessariis facultas dispensandi, pro casibus particularibus, a lege abstinentiae et ieiunii.

Addatur can. 1254 § 3 « A lege abstinentiae et ieiunii dispensantur itinerantes ».

10

Bulla Sanctae Cruciatae hisce temporibus incongrua apparet.

11

Quoad abstinentiam et ieiunium prorsus tollantur privilegia (ut v. g. accidit in Hispania ex Bulla « Cruciata »).

12

Cum in Nationibus musulmanis Christifideles diem festum feria sexta celebrare debeant, opportunum esset abstinentiae praeceptum ad feriam quartam transferre.

13

Pro multitudine Afrorum caro est cibus extraordinarius et in regionibus tropicis statim corrumpitur; ergo lex abstinentiae non habet utilitatem et abrogetur oportet.

14

Dissidentes ieiunium magna prosequuntur aestimatione, propterea saltem in Aethiopia bonum animarum postulat ut ieiunium servetur.

---

7) Pisan.
8) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
9) Cusien.
10) Dardan.
11) Taurinen.
12) Intern. Ap. in Iran.
13) Morogoroën, Bremersdorpen.
14) Sozusen in Lybia.

3. De confessione et communione paschali

1

Optatur extensio temporis utilis ad adimplementum praecepti de confessione et communione annuali.

2

Tempus paschale, ad praeceptum communionis annualis satisfaciendum, extendatur ante et post Pascha.

3

Extendendum a die cinerum ad Festum Ss. Trinitatis.

4

Tempus Communionis Paschalis a dominica Septuagesimae usque ad dominicam post S. Cordis festum in perpetuum prorogetur.

5

Tempus utile communionis Paschalis implendae can. 859 mutetur; si possibile est includatur tempus festi Nativitatis D. N. I. C. cum sit tempus a multis selectum pro Ss. Eucharistia accipienda.

6

Tempus utile ad praeceptum paschale adimplendum etiam ad tempus Nativitatis Domini extendatur.

---

1) Nimpuoven, Acheruntin, Aquen, Legionen, Segobien, Angren, Sinianden, Thuggen, Daulien, Montisvidei, Succursen et S. Aegidii.
2) S. Deodati.
3) Lauden.
4) Vladislavien.
5) Agathonician.
6) Sapporen, Misuraten, Balanen, Clanien.

7

Praecepti satisfactio se in anno confitendi et Eucharistiam tempore paschali recipiendi extendantur ad integrum annum absque ulla temporis determinatione.

8

Tempus utile ad praeceptum paschale extendatur ad annum, omnibus festis de praecepto, sine ulla omissionis peccati imputatione.

9

A praecepto communionis annuae amoveatur ambiguitas eorum verborum « saltem in Paschate ». Si enim id quod praecipiatur sit Communio tempore Paschali praecise sumenda, potius dicatur: « semel saltem in anno, convenientius in paschali tempore », vel quid simile.

10

Ita mutetur can. 859 § 1: « Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis id est ad rationis usum pervenerit, debet semel in anno Eucharistiae sacramentum suscipere, *laudabiliter* tempore paschali ».

11

Omnis fidelis utriusque sexus, cum ad annum discretionis pervenerit, tenetur confiteri et Paschalem obligationem adimplere intra annum civilem. Can. 859, § 2, 3, 4 supprimantur.

---

7) Muran, Papien, Laginen, Ephesin, Thignicen, Popayanen, Adamanteae, Sanaven, Melen, Zamoren, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, Achollitan, Pudentianen, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Parintinen, S. Dominici Novem Julii, Medellen, Portus Maldonadi, Armenien, Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Olancho, Rhoinen, Nysirien, Manizalen, Succursen et S. Aegidii, Valadaren, Garzonen, Int. Ap. in Aegypto, Sup. Gen. O. F. M., Sup. Gen. CC. RR. Minorum, Sup. Gen. Salvator, Sup. Gen Oblat. B. M. V. Im.

8) Neapolitan, Patavin.

9) Sidonien.

10) Cusien, Signin, S. Severi, Valven et Sulmonen, Derthonen.

11) Asponitan.

12

Praeceptum annuae confessionis et communionis ita reformetur: « Confessio et communio saltem semel in anno, praecipue tempore paschali, fiant ».

Ratio est: multitudo fidelium vix fructuosam reddit administrationem sacramenti.

13

Facilior reddatur observantia Praecepti Paschalis, ita ut hoc servare liceat ea anni die quae cuilibet placeat.

14

Clarius dicatur quod pueri post septennium et usu rationis pollentes ad praeceptum teneantur.

15

Tempus adimpletionis praecepti paschalis extendatur ad omnes anni partes, si alicubi missiones vel alia verbi Dei praedicatio ad hunc finem habeantur, facta Episcopis facultate hoc singulis vicibus determinandi.

16

Multi praecepto non satisfaciunt certo et legitimo tempore, quod diversum est ad mentem Ordinariorum.

17

Tempus utile ad satisfaciendum praeceptum paschale statuatur a singulis Ordinariis.

18

Annualis Communio commendetur tantum in tempore Paschali.

---

12) Cortonen, Novarien, Viglevanen, Canen, Gravinen et Montis Pelusii, Othieren, Livien.
13) Asponitan.
14) Caesenaten.
15) Baren.
16) Thmuisan.
17) Angren, Aveiren.
18) Celsonen, Funchalen, Bracharen, Camulianen, Leopolien Latinorum.

19

Commendetur tantum satisfactio praecepti tempore paschali.

20

Obligatio duplicis S. Communionis in anno haud absona erit.

21

Si duas Communiones de praecepto ab omnibus fidelibus postulemus, v. g. tempore Nativitatis Domini et tempore Paschali, illos e spiritali somno excitabimus.

22

Ad minimum duabus vicibus per annum ex praecepto fideles recipere debeant Sacramenta Confessionis et Communionis.

23

Urgeatur frequens receptio.

4. De decimis solvendis

1

Statuatur concretis verbis quaenam sit obligatio fidelium quoad congruam cleri substentationem, quoad cultum divinum.

2

Urgeatur obligatio fidelium qui suis sumptibus sustinere debent opera catholica.

---

19) Pastopolitan, Moronen.
20) Tarvisin.
21) Balecien, Kampalaën.
22) Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Tanagraeus.
23) Pupianen.
1) Sololen, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden.
2) Granaten, Celsonen, Daulien.

3

Ad Ecclesiae in re oeconomica substentationem omnes cives quibus bonorum est copia aequo modo concurrere debent.

4

Modus uniformis ad copias necessarias acquirendas instituatur.

5

De decimarum et primitiarum solutione unicum systema, si fieri potest, statuatur in Ecclesia.

6

Decernatur an melior sit personalis solutio decimarum.

7

Usus decimarum restauretur ut gratuita Sacramentorum administratio fiat.

8

Usus decimarum determinetur in concreto iuxta pecuniae valoris variationem quia multa auxilia necessaria sunt operibus multiplicibus Ecclesiae.

9

Aboleantur « classes » odiosae, et sodalitium constituatur ut in pluribus nationibus iam fit, ut tributum pro sacra praestatione exigat.

10

Examini subiiciantur diversa systemata cooperationis oeconomicae fidelium in favorem Ecclesiae, ut omnis species lucri omnino auferatur.

---

3) Sololen, Guadalajaren, Viedmen, Docleen.
4) Imae Telluris et Pointapitren.
5) Tabuden.
6) Viedmen, Jericoën.
7) Arsinoitan in Arcadia, S. Joannis a Missionibus.
8) Maceraten et Tolentin.
9) Theodosiopolitan in Arcadia, Signin, Gindaren.
10) Caesaraugustan, Dardan.

11

Primarium quoddam constituatur aerarium ut ecclesiarum in egestate versantium possit occurri necessitatibus. Hac in re aptae possunt exquiri et adhiberi rationes quibus petriana stips a populo conferenda amplius foveatur.

12

Excitentur fideles ut sua stipe concurrant oeconomicis necessitatibus suarum ecclesiarum, paroecialium domorum, aedificationem sacrorum aedificiorum provehant atque supellectilibus pro cultu divino instruant.

13

Eliminetur abusus negandi sacramenta illis qui decimas non solvunt.

14

Solutio decimarum ac primitiarum abrogetur.

5. De solemni celebratione nuptiarum

1

Quintum praeceptum Ecclesiae magis perspicue declaretur ac definiatur.

2

Quomodo fideles induci possunt ad observantiam quinti praecepti? Quae sanctiones applicari possunt?

3

Tempus prohibitum pro matrimoniis reducatur a die 17 ad diem 25 decembris et a Dominica Passionis usque ad Pascham.

---

11) Sabinen et Mandelen.
12) Praenestin.
13) Sebastopolitan in Abasgia.
14) Eudociaten, Varsavien et Gnesnen.

1) Ariminen.
2) Meruen, Thalen.
3) Preslaven.

4

Tantum Quadragesima sit tempus feriatum; si Episcopus permittat etiam in hoc tempore detur benedictio (nam fideles non in hac benedictione solemnitatem vident) sed pompa prohibeatur.

5

Prohibitio benedictionis nuptialis tempore quadragesimali et praesertim tempore adventus videtur inefficax.

6

Praecipue in magnis civitatibus ne facillime concedatur solemnis nuptiarum celebratio temporibus clausis, quod cedit in fidelium scandalum vel sin minus deperdere facit sensum poenitentiae agendae in Quadragesima et Domini Adventu.

7

Quintum generale Ecclesiae praeceptum « Non celebrare solennemente le nozze nei tempi proibiti » in hoc mutetur: « Non frequentare spettacoli e non leggere libri e giornali contrari alla legge di Dio e della Chiesa ».

8

Quartum et quintum praeceptum substituatur cum obligatione v. g. audiendi instructionem religiosam.

9

Quintum Ecclesiae praeceptum simpliciter aboleatur.

---

4) Signin.
5) Pastopolitan.
6) Sup. Gen. Congr. Cisterc. Italiae.
7) Novarien.
8) Ragusien.
9) Calaguritan et Calceaten, Succursen et S. Aegidii, Fidentin, Ariminen, Maceraten et Tolentin.

DE CULTU DIVINO

I. DE CODICE LITURGICO

1

Leges liturgicae in Codicem reducantur.

2

Codex liturgicus habeat:

a) Principia fundamentalia;
b) Normae, leges et decreta;
c) De vestibus liturgicis, de Musica Sacra.

3

Severe damnetur, utpote unitati cultus catholici periculosa, arrogantia quorumdam, qui innovationes liturgicas inducunt et favent, contemptis regulis adhuc vigentibus. Haud raro asserunt se ita facere ut aperiant viam, ut aiunt, decisionibus S. Congregationis Rituum.

4

Omnino prohibeantur mutationes, quae hodie in S. Liturgia a sacerdotibus incessanter perficiuntur, sine ullo iure. Usquedum lex antiqua viget, omnes ei obediant.

---

1) S. Ludovici, Taipehen, Kandien, Fukuokaën, Sciiamchiamen, Bellaryen, Shillongen, Zeliten, Matriten, Miletopolitan, Orthosien in Phoenicia, Barcinonen, Tarraconen, Zamoren, Jacen, Clunien, Giennen, Santanderien, Funchalen, Villaregalen, Eboren, Dublinen, Daonien, Varsavien et Gnesnen, Darnitan, Pisitan, Nairobien, Mombasaen et Zanzibaren, Nyerien, Mopoien, Assisen, Zacatecen, Rhoinen, Sanaven, Montisvidei, Ibaren, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Risinitan, Manizalen, Medellen, Maracayen, Jericoën, Zipaquiren, Caeciritan, Sonsonen, Chilapen, Hadrianopolitan in Haemimonto, Fortalexien, Panamen, Succurren et S. Aegidii, Velloren, Sidetan, Sup. Gen. Soc. a S. Paulo, Sup. Gen. Inst. Cavanis, Sup. Gen. Soc. Maryknoll.

2) Nunt. Ap. in Nicaragua.

3) Trecen.

4) Arcen, Senonen, Divionen. Sup. Gen. C. V. U. O. S. B.

5

Diligentissime commendetur observantia legum liturgicarum, praesertim in celebratione Missae.

6

Urgeatur observantia can. 818, ne celebrans alias caeremonias aut preces proprio arbitrio adiungat Missae.

7

In re liturgica magna est saepius perturbatio, qua aliqui Episcopos cogere volunt.

8

Quidam sacerdotes et religiosi tenent facilius ad populum accedere posse, omittendo quaedam sacrae liturgiae aut derogando caeremoniis quas antiquiores existimant, v. g. utendo in quibusdam locis lingua vernacula.

9

Ad unitatem servandam, utile est ut innovationes vim legis obtineant, ita ut absque controversia ab omnibus et in omni loco licite observentur.

10

Mutationes in rubricis Missae solemnis vel Pontificalis fiant, ita ut celebrans omittere valeat omnia quae aut a ministris sacris aut a cantoribus recitari debent.

11

Simplificatio rubricarum et vestimentorum v. g. nulla oscula in Missa solemni; vestimenta simpliciora ad temperiem uniuscuiusque regionis accomodata maxime optantur.

---

5) Cadurcen, Divionen.
6) Urgellen.
7) Bisuntin.
8) Divionen.
9) Nemausen.
10) Armidalen.
11) Aphnaeten.

12

Idem de ritibus et vestimentis in caeremoniis episcoporum.

13

Ad perducendum omnes gentes ad lumen evangelii modus praedicandi et catechizandi et caeremoniae liturgicae applicandae essent statui mentis gentium in singulis territoriis.

12) Aphnaeten. 13) Berissen.

II. DE SACROSANTO MISSAE SACRIFICIO

1. De Missae ritibus et caeremoniis in genere

A) *De quibusdam rubricis immutandis*

1

Non amplius videtur conveniens quod sacerdos ad populum se vertat cum dicit « Dominus vobiscum ».

2

Statuatur forma brevior Missae pro necessitate gravi, tempore persecutionis adhibenda.

3

In Missa lecta omnia clara voce dicantur.

4

In singulis Missis, omnibus festis de praecepto, semper fiat lectio et brevis catechetica explanatio evangelii.

5

Sacerdotes omnes obligatione teneantur Sacrum litandi saltem diebus dominicis aliisque festis de praecepto.

6

Neopresbyteris in Missa ordinationis permittatur ut eam una cum Episcopo ad altare stantes, non vero flexis genibus, concelebrent.

---

1) Hierapolitan in Phrygia.
2) Joannesburgen.
3) Gaspesien.
4) Clavaren.
5) Asponitan.
6) Vladislavien.

7

Mulier apta et pia suo loco possit legere quasdam partes Missae.

8

Ritus Missae sit unicus in universa Ecclesia Latina.

9

Retineatur lingua latina in sacrificio Missae.

10

Pro Ecclesiae unitate, omnes uni Romano ritui sese accommodent, aliis in Ecclesia latina suppressis.

11

Unicus ritus Missae in Ecclesia Latina decernatur, non tantum ad confusionem vitandam sed etiam ad maiorem commoditatem et devotionem christifidelium.

12

Cum maxima cautela Missae ritus innoventur.

13

Pro Missae celebratione simpliciores rubricae exarentur.

14

Aliquae Missae preces et caeremoniae ad simplicem et authenticam formam redigantur.

15

In Missa plura simplificentur quae arcaicum symbolismum redolent.

---

7) Manizalen, Riohachaën.
8) Jericoën.
9) Chusiren, Friburgen.
10) Sciiamenen.
11) Desmoinen.
12) Palmen.
13) Plocen, Driziparen, Culiacanen, Kupelaën, Sup. Gen. Ord. de Mercede.
14) Chamberien, Virodunen.
15) Hispalen.

16

Desideratur revisio caeremoniarum et precum Missae, ut eius sensus doctrinalis melius eluceat.

17

Symbolismus initii liturgiae sacrificii significantior sit.

18

Commendetur participatio activa fidelium Sacrificio Missae, quia Missa pro multis est actus sine significatione.

19

Loco cantus proprii eligatur cantus communis temporis liturgici.

20

Habeatur maior distinctio inter liturgiam populi et liturgiam monachorum.

21

Antiquae formae resumantur, attamen sine innovandi timore et sine « archeologismo ».

22

Ritus melius exprimat sensum adorationis, oblationis et gratiarum actionis.

23

In Missis festorum adsit peculiaris ritus; item dicatur de Missis communitariis.

24

Ordo restauratus Missae solemnis, qui in hebdomada sancta valet, ad omnes Missas solemnes extendatur.

---

16) Cataquen.
17) Uahiguyaen.
18) Tumacoën, Riohachaen.
19) Uahiguyaen.
20) Buscoducen.
21) Carthaginen.
22) Passofunden.
23) Ss. Conceptionis.
24) Jonopolitan.

25

Ritus exiles vel sensu profundiore carentes, ut lavatio manuum inter Missam facienda, aboleantur.

26

Disproportio notatur inter preces recitandas (Ps. « Lavabo ») et actum lavandi manus.

27

Simplicior fiat forma Missae et etiam cantatae in regionibus ruralibus, in regionibus diasporae et Missionum.

28

Ritus Missae accomodatus sit modo cogitandi et sentiendi populi.

29

Reformentur et ritus et textus et cantus; largiter detur locus vernaculae linguae, intacto Canone, ut Missae restituantur illae efficacitates didacticae quas habuit.

30

Vota Liturgici Congressus apud « Nimega » habiti lex fiant.

31

Rubricae generales Missalis quam sic dictae additionales et variationes in unum redigantur et codificentur, ratione habita novissimarum regularum a S. Rituum Congregatione, die 25 Martii 1955 edictarum.

32

Pro omnibus feriis maioribus indulgeatur facultas sumendi ad libitum sacerdotis Missam de Feria, exceptis festis I et II classis.

---

25) Calydonien.
26) Virodunen.
27) Bassianen.
28) Tarmen.
29) Interamnen et Narnien.
30) Dualaën, Cissitan.
31) Gaspesien.
32) Monasterien, Conferentia Fulden, Misnen.

33

Missa diei dominicae permittatur in diebus ferialibus sequentis hebdomadae in locis ubi ipsa die dominica celebrata non sit.

34

Sacerdotes saeculares Missam celebrare possint in honore sacerdotum in Sanctorum numero insertorum non tamen in Calendario, saltem cum Ordinarii licentia.

35

Concedatur omnibus sacerdotibus facultas Missae clandestinae in bonum sacerdotum et fidelium detentorum.

36

Statuatur Missa brevissima cum stola et superpelliceo in casu persecutionum vel violentae interruptionis.

37

Missae solemniores tantummodo in festivitatibus taxative notatis habeantur.

38

Missae Sanctorum pro aliquibus locis, possint libere celebrari in Ecclesiis quarum titulares sunt.

39

Prohibeantur omnino, diebus dominicis et festis, plures Missae in eodem tempore (etiam si una sit in cantu).

40

Plus quam 2 Missae ne habeantur in eadem ecclesia in eodem tempore.

---

33) Ordinarii Indonesiae.
34) Namurcen.
35) Adamanteae.
36) Oruren.
37) Oruren.
38) Rhôinen.
39) Nepten.
40) Caesenaten.

41

Ultimum Evangelium in tertia Missa Nativitatis Domini omittatur.

42

Tres Missae celebrari possint in nocte Nativitatis Domini.

43

Missa votiva S. Cordis Iesu inter votivas quae loco conventualis celebrari possunt in feria VI annumeretur.

44

Restituantur intentionum litaniae secundum antiquum usum.

45

Nunc magis illuminatur altare pro Benedictione quam pro Missa, forsan potest correctio fieri per usum cerae et energiae electricae; ista adhibeatur tantum in Benedictione.

46

Vinum pro Missae celebratione habeat saltem 10°, aliter facile corrumpitur.

47

Adsistentia ad eucharisticum sacrificium reservetur christianis qui excommunicati non sint.

48

Concedatur generalis facultas in casibus necessitatis, etiam non gravis, omnibus sacerdotibus, ut in defectu panis proprii ritus uti possint pane alterius ritus.

---

41) Harlemen.
42) Brigantien.
43) Tuneten.
44) Kupelaën, Kadunaën, Bobodiulassen, Arcis Rosebery, Uahiguyaen.
45) Maceraten et Tolentin.
46) Vaccarien.
47) Inongoën.
48) Soldaien.

49

Sacerdotibus latinis in medio fidelium orientalium degentibus licitum sit uti pane fermentato et vice versa.

50

Cur non permittitur usus panis fermentati in ritu latino in casu necessitatis?

51

Regulae pro Maiori Hebdomada datae in universum applicentur in celebratione Missae Solemnis vel Cantatae.

52

Obligatio recitandi coronam in Missa, durante mense octobri, mutari potest.

53

Quae populus intelligere debet versus populum dicantur.

54

Commendetur modus cantus Missae « De Angelis ».

55

Addatur can. 833: « salvis legibus liturgicis ».

56

In die S. Ordinationis sacerdotes possint, ut neo-episcopi, sumere S. Sanguinem.

57

Missa cantata vel lecta coram SS. Sacramento est omnino tollenda, exceptis Missis Expositionis XL Horarum.

---

49) Babylonen Latinorum.
50) Phatanen.
51) Sucren.
52) Georgiopolitan.
53) Caesenaten.
54) S. Agathae Gothorum.
55) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
56) Bluefielden.
57) Nepten.

58

Missa in colore nigro coram SS. Sacramento solemniter expositum die 2 novembris omnino tollenda est.

59

Ubicumque celebrari possit in nocte 31 decembris.

60

Optatur ut diversa structura Missae clare manifestetur a diverso loco (cathedra) ubi cultus Verbi celebratur et a diverso loco ubi missa litatur (altare).

61

Manipulum auferatur et casula sit iuxta formam « catacumbalem ».

62

Color casulae rosaceus etiam permittatur in Vigilia Nativitatis Domini et in festo Ss. Innocentium Mm.

63

Omnes ritus Sacramentorum et sacramentalium, qui cum Missae celebratione coniuncti sint iuxta antiquum morem romanum ad simpliciorem formam redigantur ut Missa semper emineat.

64

Convalescentes a morbo vel aliquo legitimo impedimento gravati celebrare possint v. g. in Quadragesima vel in Octava Pentecostes etc. Missam defunctorum vel B. M. V. quin ab Ordinario petant facultatem.

---

58) Nepten.
59) Brigantien.
60) Ruremonden, Roterodamen.
61) Hinganfuen.
62) Friburgen.
63) Fanen.
64) Hierapolitan in Phrygia.

65

Partes propriae Missarum festivarum fidelibus Afris exhibeant essentialia catechesis et vitae christianae.

66

Extra canonem inserantur ritus intelligibiliores populis Afris.

B) *De omissione recitationis partium quae a Ministris a lectore vel choro leguntur*

1

In Missis solemnibus ne legat celebrans quae cantantur a choro et ministris.

2

In omnibus Missis cantatis celebrans omittat ea omnia quae diaconus vel subdiaconus aut lector, vi proprii officii cantant vel legunt, eaque tamen devote audiat.

3

In unaquaque Missa solemni Evangelium a diacono et Epistola a subdiacono solummodo recitentur, omissa recitatione ab ipso celebrante.

4

Quae canit chorus, celebrans ne legat.

---

65) Bobodiulassen.

66) Bobodiulassen.

1) Fanen, Monasterien, Treviren, Dagnen, Chusiren, Friburgen, Calydonien, Misnen, Conferentia Fulden, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Ordinarii Indonesiae, Luluaburgen, Kabindaën, Tshumbeen, Lebedien, Inongoën, Kadunaën, Civitatis Reginae.

2) Crossen, S. Joannis Quebecen, S. Georgii Terrae Novae, Desmoinen.

3) Circesien, Vladislavien, Groningen, Ardachaden, Helsinkien, Salopien, Harlemen.

4) Harlemen, Salopien, Groningen, Polyboten, Paramariboën.

5

Quae dicunt ministri, celebrans ne repetat.

6

Omnes iterationes auferantur; non solum Lectionum sed etiam omnium canticorum, quae sunt scholae et populi.

C) *De celebratione Missae absque ministro*

1

Datis circumstantiis, sine acolytho Missam celebrare liceat.

2

Sacerdos Missam celebrare possit absque ministro ubi vera adsit difficultas illum habendi.

3

Missa in dissitis vicis celebrari possit sine acolytho.

4

Minister Missam inserviens non amplius sub gravi requiratur diebus etiam non praeceptivis, iusta tamen interveniente causa.

5*

Permittatur celebratio Missae sine ministro inserviente et etiam sine ullo fideli praesente, quando parochus est in ecclesia omnino solus, secus abstinere debet a celebratione et adiutorium Missae quotidianae non habebit in difficili apostolatu.

---

5) Paramariboën, Cochabamben.
6) Buscoducen.
1) Goianien.
2) Sup. Gen. Ord. SS. Trinit.
3) Dumagueten.
4) Curien, Albanen in America Sept.
5*) Tutelen.

6

In religiosarum domibus aliqua religiosa possit ad altare servire.

7

Consideretur possibilitas facultatem tribuendi sororibus piisque mulieribus aliquo modo inserviendi Missae Sacrificio, quando nullus adest vir, discreta quadam observantia.

D) *De loco Missae celebrandae*

1

Sine ara litari liceat Missa.

2

Liceat sacerdotibus Missam celebrare ut in primis Christianismi diebus, v. g. sine tot requisitis secundariis de altari, ieiunio, paramentis, mappis, caereis, etc.

3

Missa celebrari possit quocumque loco decenti.

4

Missa catechumenorum celebrari possit ex ambone.

5

Semper dum sacerdos celebrat Missam, habeat fideles ante se.

6

Missa versus populum celebrari semper possit.

---

6) Cremnen.
7) Manizalen.
1) Goianien.
2) Adamanteae.
3) Adamanteae.
4) Chillanen, Paramariboën.
5) Funchalen.
6) Sanaven, Goianien.

7

Missa versus populum celebretur.

8

In templis, in quibus altare maius cum tabernaculo infixo structum est, permittatur Missae celebratio coram populo, etiamsi retro sit praedictum altare cum tabernaculo.

9

Permittantur altaria–tabulae, quae in sua simplicitate maxime decent sacrificium eucharisticum.

10

Missa celebrari possit super altare portatili et in loco decenti.

11

Latius concedatur privilegium altaris portatilis. Facultates in hac re Ordinariis locorum concedantur.

12

Modificetur can. 823 § 2, scil. liceat sacerdotibus ritus latini celebrare « super graecorum antimensiis », in eorum ecclesiis et oratoriis, etiamsi altare non sit consecratum.

13

Concedatur usus antimensii in celebratione Missarum extra ecclesiam, ad praecavendam fracturam petrae sacrae, quod saepe occurrit in itinere ad pagos.

14

In locis missionum vel diasporae permittatur usus antimensii.

---

7) Yihsienen, Kyoten.
8) Montisvidei.
9) S. Agathae Gothorum.
10) Sup. Gen. Mission. Scheut.
11) Philadelphien Latinorum, S. Bonifacii.
12) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.
13) Sorsogonen.
14) Sup. Gen. Miss. Fil. Ss. Cordis.

15

Cum quavis tobalea munda litari liceat Missa.

16

Opus est concedere ut liceat uti corporalibus cum reliquiis Sanctorum pro petra sacra seu aris in illis locis in quibus difficile sit aras ad illa loca transferre.

2. De diversis Missae partibus

A) *De Introitu*

1

Pars introductoria Missae contrahatur.

2

Preces ante Introitum aboleantur.

3

Psalmus « Iudica me Deus » supprimatur.

4

Preces in principio Missae privatim recitentur.

5

Incipiatur Missa a confessione.

6

Reformetur confessio ante gradus altaris, praesertim pro Missa in cantu.

---

15) Goianien.
16) Risinitan.
1) Risinitan.
2) Uahiguyaen, Hieracen-Locren.
3) De Sahara Hispanico et Ifni, Civitatis Reginae, Sakanien, Dunkelden, Fernen, Fanen.
4) Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
5) Dunedinen.
6) Berolinen.

7

Missa incipiat cum « Introitu » et concludatur cum benedictione sacerdotis.

8

Antiphona et psalmus ad Introitum, confessio et quae sequuntur, excepta oratione « Aufer... », aut in sacristia aut in accessu ad altare recitentur.

9

Restitui possunt ad « Kyrie, eleison » Preces litanicae (= diaconica) quae statutis diebus in ritu ambrosiano et quotidie in ritu byzantino in usu sunt.

10

Processio introducatur dum Chorus « Introitum » cantat; in fine detur absolutio generalis valorem sacramentalem habens.

11

« Introitus » aboleatur.

B) *De collectis*

1

Orationes Missae sint clarae ut non indigeant commentatore, idem dicatur de actibus.

2

Collectae pro quibusdam officiis recentioribus compositae nimis longae sunt; a collectis pulcherrimis post-pentecostalibus multum distant.

7) Virodunen, Albien, Leirien, Icen, Moronen, Ordinarii Indonesiae, Thignicen, Abbas Primas O. S. B.
8) Misnen.
9) Hierosolymitan.
10) Bobodiulassen.
11) Victorien de Conquista, Jatahien.
1) Inongoën.
2) Vestmonasterien.

3

Orationes S. Catharinae (25 nov.) et S. Franciscae Frémiot de Chantal (21 aug.) reformentur.

4

Quandocumque oratio SS. Sacramenti vel de Spiritu Sancto vel de gratiarum actione addenda sit, ea sub una conclusione dicatur.

5

Collectae ab Ordinario imperatae omittantur quando facienda erit commemoratio alicuius sancti, denique quando orationes iuxta rubricas sint binae.

6

Orationes, si plures adsint, sub unica tantum conclusione semper recitentur.

7

Omnes commemorationes et orationes de tempore vel diei in Missis votivis aboleantur.

C) *De lectionibus*

1

Liturgia Missae praesertim dominicalis ita in partibus variabilibus reformetur ut annum liturgicum vere comitetur et statuat ea quae discenda sunt ad vitam spiritualem fidelium.

2

Missa catechumenorum reformetur et in illa maior usus fiat Veteris et Novi Testamenti.

---

3) Chilapen.
4) Civitatis Reginae.
5) Hadrianopolitan in Haemimonto.
6) Constantinian.
7) Civitatis Reginae.
1) Sup. Gen. Soc. S. Pauli.
2) Kroonstaden.

3

Formetur Missa catechumenorum ita ut sit pariter cultus Deo devotus ac instructio fructuosa plebis christianae.

4

Missae Catechumenorum restituatur functio catechetica.

5

Lectionarii reformentur.

6

Reformatio Missalis ita fiat, ut varietas sit in lectionibus Epistolarum et praesertim Evangeliorum.

7

Epistolae melius seligantur.

8

Epistolae eligantur cum fine catechetico.

9

Selectio Epistolarum magis practica fiat ad diem dominicam.

10

Pars didactica et catechetica Missae fidelium captui adaptetur.

---

3) Rottenburgen, Aulonitan, Calydonien.
4) Antiochen in Pisidia.
5) Venetiarum, Caesenaten, Bononien.
6) Chamberien, Spiren, Herbipolen, Conferentia Fulden, Secovien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Barbastren, Granaten, Buscoducen, Basileen et Luganen, Luxemburgen, Tornacen, Vladislavien, Maxulitan, Plocen, Driziparen.
7) Morondaven, Salisburien, Arcis Rosebery, Livingstonen, Umtatan, Mvanzaën, Kisumuen, Civitatis Reginae.
8) Montis Oliveti Maioris.
9) Crossen, Shihtscienen.
10) Pistorien.

11

In emendando Missali nova fiat selectio locorum Evangelii magis apta ad catechesim.

12

Melior electio requiritur SS. Scripturarum pericoparum, quae in Missa leguntur, ut fidelibus possibilis sit plenior cum tota S. Scriptura familiaritas.

13

Cyclo quattuor annorum thesaurus S. Scripturae fidelibus magis aperiatur.

14

Cyclus ternarius vel quaternarius pericoparum Evangelii statuatur.

15

Sint tres series Epistularum et Evangeliorum per tres annos continuos in Missa legendorum.

16

Pericopae S. Scripturae diebus dominicis recitandae ita augeantur ut singulae semel in triennio tantum occurrant.

17

Amplientur series Epistularum et Evangeliorum pro Missis dominicalibus ut cyclus completus extendatur per tres vel quattuor annos.

18

Lectiones biblicae in Missa et Officio alio ordine per annum liturgicum disponendae videntur ac in praesenti fit; vel ordine quodam cyclico per plures annos redigantur ita ut tota fere Sacra Scriptura, in potioribus saltem locis legi possit.

---

11) Montis Oliveti Maioris.
12) Insulen, Potosien in Bolivia.
13) Ordinarii Indonesiae.
14) Antiochen in Pisidia.
15) Taipehen, Nagpuren.
16) Kisumuen, Sup. Gen. Miss. Fil. Ss. Cordis J.
17) Philadelphien Latinorum.
18) Lunen.

19

Varietas lectionum inducatur sive Veteris sive Novi Testamenti sive Ss. Patrum, ita ut in triennio vel in quinquennio totum Evangelium legatur et populo explanetur.

20

Distributio pericoparum Epistolarum et Evangeliorum ita fieri potest ut, certo annorum cyclo, integer textus Evangeliorum et Epistolarum legi possit.

21

Statuatur cyclus plurium annorum Epistolarum et Evangeliorum.

22

Cyclus ternarius vel quaternarius pericoparum Evangelii statuatur.

23

In Missa brevientur vel substituantur quaedam Epistolae et Evangelia, semel tantum legatur Passio Christi in Maiori Hebdomada, una tantum sit Epistola in sabbatis Quatuor Temporum.

24

Epistolae et Evangelia distribuantur in anno liturgico ordine logico.

25

Sacerdos lectiones praelegens suum locum, quatenus possibile, in medio populi (versus populum) habeat, et non priusquam ad Offertorium ad altare se vertat.

26

Celebrans diebus dominicis e pluribus Epistolis ac Evangeliis eligere possit.

---

19) Firman, Apuanien.
20) Hierosolymitan, Bethlehemen, Inongoën, Kadunaën.
21) Uahiguyaen.
22) Monasterien, Treviren, Dagnen, Calydonien, Meloën in Isauria.
23) Sup. Gen. Oblat. B.M.V. Immac.
24) Pompeian, Tarvisin, Montis Alti et Ripan.
25) Secovien.
26) Kisumuen.

27

Celebrans seligere possit, consulto Ordinario, Epistolas et Evangelia.

28

Fortasse melius esset relinquere diebus festis selectionem Epistolae et Evangelii celebranti vel Episcopo pro tota dioecesi, ita ut totum Evangelium et omnes Epistolae legantur populo in aliquorum annorum spatio.

29

Lectiones Missae (Epist., Evang.) desiderantur diversae, variabiles, ex quibus Celebrans eligere possit, praesertim cum idem commune pluries in hebdomada rediet.

30

Praesertim Epistulae et Evangelium brevientur.

31

Series Epistolarum et Evangeliorum ita disponantur ordinate et progressive ut facilius explicari possint principalia capita doctrinae christianae, praesertim cum difficile hodie inveniri possit alia occasio ad catechismum adultis explicandum.

32

Lectiones, quae sabbatis quattuor Temporum assignantur, aboleantur.

33

Examinandum est, num celebrans in Missa in cantu vel lecta praesente populo usque ad Credo inclusive locum habeat ad sedilia, ubi orationes vel lectiones ad ambonem, profert.

---

27) Kadunaën, Berenicen, Uahiguyaen.
28) Nepten, Kadunaën.
29) Friburgen.
30) Lilongwen, Kisumuen.
31) Victorien de Conquista.
32) Varsavien et Gnesnen.
33) Berolinen, Calydonien, Conferentia Fulden.

34

Epistolae quae aevo post-apostolico magis conveniunt mutentur cum aliis quae omni tempore accomodantur.

35

In diebus festis Epistula et Evangelium legantur ex ambone.

36

Lectiones Missae versus populum proferre liceat.

37

Evangelia festiva melius seligantur.

38

Evangelia de Nicodemo, de muliere Samaritana, de apparitione in pago Emmaus et Galileae post resurrectionem opportune recitari possent loco Evangeliorum difficiliorum vel minus aptorum dierum Dominicarum post Pascham.

39

Nonnullae Epistolae S. Pauli plenae sensu spirituali ac theologico videntur inaequales intellectui populi. Fortasse melius esset praebere populo aliquot narrationes e Vetere Testamento excerptas, v. g. narrationem creationis, peccati originalis, etc.; aliis verbis, loca biblica, quae successive lecta ut in Breviario, enarrent per summitatem historiam Salutis.

40

Epistolae Dominicae Sexagesimae et Dominicae IV Quadragesimae et aliae difficiliores auferantur.

---

34) Luxemburgen, Fernen.
35) Vaccarien.
36) Kadunaën, Inongoën, Bethlehemen.
37) Arcis Rosebery, Livingstonen, Mvanzaën, Kisumuen, Civitatis Reginae.
38) Arcis Lamy, Salisburien.
39) Umtatan, Arcis Lamy.
40) Ordinarii Indonesiae.

41

Tollantur lectiones praeter epistulam in Missa.

42

Expungantur loci V. T. ut Susanna etc.

43

Parochi moneantur ut diebus dominicis et festivis Missae fixae quibus populus interest ita ordinentur ut praebeatur tempus sufficiens ad Epistulam et Evangelium legendum, sermonem faciendum et Communionem distribuendam.

D) *De Offertorio*

1

In caeremonia Offertorii active participent fideles.

2

Orationes Offertorii simplificentur.

3

Orationes « Suscipe Sancte Pater » « Deus qui humanae substantiae » « Offerimus tibi Domine » magna voce recitandae sunt et populus respondeat « Amen ».

4

Preces panis et vini oblationis indicent materiam ad sacrificium praeparatam non autem victimam quasi iam praesentem.

---

41) Cusien.
42) Derthonen.
43) Novae Aureliae.
1) Berenicen.
2) Uahiguyaen.
3) Daren.
4) Victorien de Conquista.

5

Ante Offertorium secundum morem priscum preces vel litanias interponi liceat.

6

Inserantur in Missis, pro fidelium assistentia destinatis, ante Offertorium preces ad casum adaptandae, quae et « oratio fidelium » nominabantur.

7

Ad Offertorium dicto « Oremus » preces propitiatoriae in lingua vernacula locum habeant, quarum textus Ordinarius loci praescribat vel approbet.

8

« Oremus » Offertorii tollatur.

9

Initium sacrificii liturgici clarius indicetur eiusque symbolica significatio expressius affirmetur v. g. collocando « Lavabo » ante Offertorium.

10

Preces fidelium pro diversis vicissitudinibus vitae, et quidem lingua vernacula, post versum Offertorii denuo instituantur.

11

Forsitan bonum esset, post Evangelium vel post Oremus ante Offertorium, inserere « Orationem fidelium », pro omnibus necessitatibus populi et etiam patriae et ecclesiae localis, more Orientalium et antiquorum.

12

Ipsa hostia melius habeat panis ordinarii figuram.

---

5) Calydonien.
6) Monasterien, Treviren, Dagnen.
7) Berolinen.
8) Victorien de Conquista.
9) Sakanien.
10) Luxemburgen.
11) Bluefielden.
12) Inongoën.

13

Liceat sacerdoti in Missae celebratione adhibere panem alterius ritus, ob defectum panis proprii ritus, etiamsi devotionis causa tantum sacrum litet.

14

Instituatur fidelium processio ad offertorium, cum oblationibus usque ad cancellos, ut arcta cum Christo unio exprimatur in Sacrificio.

15

Processio fidelium ad altare oblata deferentium commendetur.

16

Etiam in Missa lecta oblata panis (etiam pro communione fidelium) et vini a ministrantibus generatim processionaliter ad altare proferantur.

17

Liceat etiam fidelibus oblata panis Celebranti patenam tenenti offerre.

18

Preces a sacerdote in « oblatione hostiae et calicis » sub silentio dicendae examinentur quoad veritatem in sensu litterali, ne ambagibus interpretationis indigeant.

19

Supprimantur guttulae aquae in calice consecrando ad scrupolos vitandos in pluribus adiunctis.

20

Manuum lotio cum psalmo « Lavabo » aboleatur.

---

13) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.
14) Nagpuren, Ordinarii Indonesiae.
15) Kadunaën, Uahiguyaen.
16) Berolinen.
17) Berolinen.
18) Berolinen.
19) Risinitan.
20) Jatahien, de Sahara Hispanico et Ifni.

21

« Orate fratres » elata voce dicatur usque ad « Deum Patrem Omnipotentem »; « Libera nos » etc. uti iam in aliquibus Liturgiis mos est, etiam in Liturgia Romana elata voce a toto populo recitetur, sive propter ipsam orationis significationem, sive praesertim ob debitum obsequium B. M. V. intercessioni praestandum; quae ita diserte ab Ecclesia Patristica habita est.

22

Integer « Orate, Fratres » versus fideles elata voce dicatur.

23

Voce paululum elevata dicatur totum « Orate, fratres », quia invitatio sacerdotis ad populum ut oret eidem populo rationabiliter innotescere debet.

24

Oratio *secreta* elata voce sive dicatur sive cantetur, quia est oratio super oblata et processionem offertorii complens.

E) *De Praefatione*

1

Introducatur Praefatio Adventus.

2

In Praefatione de Ss. Apostolis restituatur pars eucharistica cui adiungatur pars propitiatoria.

---

21) Oppiden.
22) Smyrnen.
23) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
24) Berolinen.
1) Ruremonden, Roterodamen, Montis Laurei, Caiacen, Sup. Gen. Ord. Scholarum P., Sup. Gen. Miss. Fil. Ss. Cordis J.
2) Berolinen.

3

Praefationes olim usitatae ut praefatio in Coena Domini, in festo Corporis Christi, in festo Sanctorum Omnium, in dedicatione Ecclesiarum, in tempore Adventus etc. resumantur.

4

Augmentetur numerus Praefationum (v. g. pro tempore Adventus, pro Dominicis post Pentecosten, pro Communibus Sanctorum).

5

In viginti novem festis Ecclesiae Doctorum « Credo » supprimatur; sed iidem dies festi accipiant propriam Praefationem.

6

Missa in honorem SS. Eucharistiae praefatione propria donetur.

7

Optatur Praefatio propria pro festo Corporis Christi, pro martyribus, pro heroibus christianae caritatis.

F) *De Canone*

1

Preces Canonis Missae clara voce dicantur.

2

In Canone Missae pro antiquorum Sanctorum nominibus substituatur nomen generale, quia difficulter pronunciantur in linguis alienis praesertim in Missis dialogatis.

---

3) Ipamuen.
4) Spiren, Fulden, Monasterien, Treviren, Dagnen, Friburgen, Berolinen, Conferentia Fulden.
5) Friburgen.
6) Crotonen.
7) Sup. Gen. Congr. Calabria.
1) Buscoducen.
2) Civitatis Reginae.

3

In Canone Missae exprimatur nomen Vicarii vel Praefecti Apostolici, dummodo charactere episcopali insigniti sint.

4

Agatur de Trisagio cum additionibus christologicis.

5

Transferatur « Memento vivorum » post consecrationem, ita ut fiat una oratio cum « Memento Mortuorum ».

6

Nomen S. Ioseph in Canone Missae includatur.

7

S. Ioseph ponatur in debito honore Eiusque nomen in Missae confessione necnon in Canone introducatur.

8

S. Ioseph ponatur in maiori evidentia Eiusque nomen in Canone includatur post nomen B. M. V.

9

Inseratur nomen S. Ioseph in ordinario Missae nempe in confessione, in oratione « Suscipe S. Trinitas » in « Communicantes », in « Libera nos ».

10

Includatur nomen S. Ioseph in Confiteor, in Missae Canone etc. statim post B. M. V. nomen.

---

3) Pisitan.
4) Theban.
5) Monasterien.
6) Joannesburgen, Guluen, Sup. Gen. Ord. Recoll. S. August., Sup. Gen. Soc. Cordis J., Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
7) S. Fidei in America Septentrionali, Portlanden in Oregon, Bonusten.
8) Feretran, Cuneen, Campanien, Ilcinen, Caiacen.
9) Delhien, Hyderabaden.
10) Nuscan.

11

« Hanc igitur » paschalis recitetur in omnibus Missis in quibus Baptismus administratur.

12

« Hanc igitur » octavae Paschatis in diebus administrationis solemnis Baptismi et Confirmationis, in Canone addi possit.

13

Preces consecrationem eucharisticam circumdantes a quadam persona idonea, si fieri potest — ut in Ecclesia Orientali — ab ipso diacono, lingua vernacula et elata voce recitentur, dum sacerdos suas preces latinas dicit.

14

In formula consecrationis vini supprimantur verba: « Mysterium Fidei », potius dicenda post verba consecrationis panis dum celebrans genuflectit.

15

Verba « Mysterium Fidei » in consecratione aboleantur; sed ea diaconus clara voce proferat in Missa solemni, minister vero submissa voce in Missa lecta pronuntiet.

16

Caeremonia qua in S. Missa clericus elevat fimbriam casulae ad elevationem non habet amplius cur exequatur.

17

« Benedictus » semper post Consecrationem canatur.

18

Signa crucis in canone super oblata facienda examinentur et ad necessaria reducantur.

---

11) Uahiguyaen.
12) Ordinarii Indonesiae.
13) Sup. Gen. Congr. Beur. O. S. B.
14) Villaregalen.
15) Melen.
16) Hierapolitan in Phrygia.
17) Febianen.
18) Berolinen, Misnen.

19

Multiplicia signa crucis super oblata post consecrationem supprimantur.

20

Doxologia « Per ipsum... » in fine Canonis aut clara voce dicatur aut cantetur solemniter et genuflexio fiat dicto vel cantato « Amen ».

21

Doxologia « per Ipsum etc. » clara voce et sine interruptione per genuflexionem dicatur.

22

Elata voce dicatur: « Per Ipsum, cum Ipso, etc. », et populus respondeat: « Amen ».

23

« Pater » cani possit etiam a fidelibus.

24

Optemus ut fideles una cum sacerdote Pater Noster cantent in Missa cantata.

25

Oratio « Libera nos » post « Pater noster » dicatur clara voce vel cantetur in tono orationis ferialis.

26

Embolismus post « Pater noster » vel intelligibili voce dicatur seu cantetur vel cum conclusione sub silentio dicatur, ne formalistico modo « Per omnia saecula saeculorum... » sit conclusio sine prece.

---

19) Sucren, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
20) Aquisgranen, Friburgen, Berolinen, Calydonien.
21) Medellen.
22) Vichadaën.
23) Kayesen.
24) S. Joannis Quebecen.
25) Aquisgranen.
26) Berolinen.

27

Fractio panis coniungatur cum cantu confractorii quod est « Agnus Dei ».

28

Osculum pacis substituatur cum amplexu supra lacertum dextrum.

29

Osculum pacis detur post « Pax Domini... ».

30

Unica sit conclusio orationum ante communionem Sacerdotis.

31

« Confiteor » et « Misereatur » dicantur ante Communionem sacerdotis.

32

Si Sacra Synaxis durante Missa distribuenda est, sufficiat « Confiteor » recitatio in principio Missae, et « Domine non sum dignus » ne iteretur sed a fidelibus cum sacerdote dicatur.

33

In Missis dialogatis confessio et absolutio ante communionem fidelium omittatur.

34

Ne iteretur triplex invocatio « Domine non sum dignus », cum iam dicta fuerit a fidelibus simul cum sacerdote.

35

Ante Communionem in Missa sit absolutio, sed sit vera absolutio sacramentalis pro peccatis venialibus ut sanctius ad Altare fideles accedant.

---

27) Berolinen.
28) Bobodiulassen.
29) Berolinen.
30) Jatahien.
31) Icen.
32) Cochabamben, Medellen, Bethlehemen, Adraen, Misnen, Aquisgranen, Virodunen, Abbas Primas O. S. B.
33) Circesien.
34) Virodunen.
35) Punien.

36

Ipsa processio ad Communionem recipiendam exprimat festivam participationem totius populi ad convivium eucharisticum.

37

In communione ministranda formula sit: « Corpus Christi ». Amen.

38

Antiphona ad Communionem dicatur in missis lectis durante purificatione.

39

Oratio « Communio » aboleatur.

G) *De Benedictione et absolutione Missae*

1

Omnes preces a Communione usque ad finem Missae aptentur ut eucharisticus sensus melius foveatur.

2

Ablutio post sumptionem Sanguinis fiat tantummodo cum aqua.

3

Post sumptionem S. Coenae textus meditativi (forsan quasi psalmus eucharisticus Antiphonae ad Communionem adiungendus) locum habeant.

4

In omnibus Missis, Communio et Postcommunio referantur semper ad S. Communionem, non vero tantum ad Sanctum vel ad Mysterium de quo festum agitur, sicut nunc in pluribus Missis per annum evenit.

---

36) Inongoën.
37) Hinganfuen, Thignicen.
38) Aquisgranen.
39) Victorien de Conquista.

1) Arcis Rosebery.
2) Sorsogonen.
3) Berinolen.
4) S. Sebastiani Fluminis Januarii.

5

Post Communionem versus ad populum statim sacerdos addat duo vel tres orationes pro gratiarum actione recitandas ab omnibus cum sacerdote lingua latina vel etiam si visum fuerit, vulgari.

6

Valde desiderandum est ut in orationibus post Missam dicendis mutatio cum abbreviatione fiat.

7

Post communionem, sacerdos in medio genuflexus altari orationes pro gratiarum actione recitet cum fidelibus: deinde, dictis « Placeat », Benedictione et « Ite Missa est », in sacristiam revertatur.

8

« Postcommunio » protrahatur ob rationem gratiarum actionis.

9

Missa post « Ite Missa est » absolvatur.

10

« Ite Missa est » sint revera ultima verba Missae; ergo post benedictionem vel Evangelium S. Ioannis dicantur.

11

Conclusio Missae efficacior esset ad verba « Benedicat vos... ».

---

5) Dunedinen.
6) Tuamen.
7) Krishnagaren.
8) Risinitan.
9) Adraen, Misuraten, S. Mariae Ormen, Berolinen.
10) Smyrnen.
11) Liberopolitan, Kayesen, Civitatis Reginae, Uahiguyaen, Sucren, Moronen, Tabuden, Laganitan, Ardachaden, Fernen, Salopien, Leirien, Dunedinen, Hinganfuen, Yihsienen, Mysurien, Madrapolitan, Surabaien, Thignicen, Ordinarii Indonesiae, Aquisgranen, Friburgen, Calydonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Viglevanen, Urbevetan, Valven et Sulmonen, Scythopolitan, Paralien, Tarvisin, Fanen, Montis Regalis in Pedemonte.

12

Missa finem habeat celebrantis benedictione, ceteris precibus omissis, vel privatim a celebrante recitandis.

13

Benedictio Papalis sit unica benedictio, quando in fine Missae impertitur.

14

Oratio super populum est vera formula benedictionis, quapropter in hoc casu benedictio cum formula « Benedicat vos... » superflua videtur.

15

Evangelium S. Ioannis in fine Missae lingua vulgata per celebrantem simul cum fidelibus recitetur.

16

« Ite Missa est » « Placeat » et « Benedictio » post Ultimum Evangelium transferantur.

17

Evangelium S. Ioannis privatim a sacerdote dum vestes deponit recitetur.

18

Ultimum Evangelium supprimatur.

19

Plures, Missa finita, exeunt immediate ab ecclesia etiam si S. Communionem receperint; cur prima pars Missae et praedicatio non postponuntur?

20

Preces post Missam italico sermone dicendae deinde permittantur et diebus festis omittantur.

---

12) Virodunen, Albien.
13) Barcusen.
14) Berolinen.
15) Burlingtonen.
16) Hadrianopolitan in Haemimonto.
17) Lilongwen, Sakanien.
18) Jatahien, Potosien in Bolivia.
19) S. Dominci.
20) Nuoren.

21

Preces post Missam non praecipiantur.

22

Aboleantur preces post Missam ad pedes altaris dicendae.

23

Preces post Missam breviores reddantur et varientur per intentiones specificas publice indicatas et secundum tempus anni opportune mutatas.

24

Preces post Missam aboleantur, facultate data Ordinariis illas (aut alias) praescribendi temporibus determinatis.

25

Benedictio Eucharistica post Missam absolute vetetur, quia Missa est res excellentior omnibus.

26

Contra deprecabilem usum, prohibeatur quominus immediate post celebrationem Missae, aliae celebrentur supplicationes eucharisticae.

27

Omittantur preces et generatim omnes devotiones post missas lectas.

---

21) Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
22) Assisien, Liburnen, Tokien, Funchalen, Tuneten, Rhoinen, Riohachaën, Medellen, Drivasten, Potosien in Bolivia.
23) Dodgepolitan.
24) Constantinian.
25) Misuraten.
26) Sup. Gen. Congr. Cisterc. in Italia.
27) Alexandrin, Crossen.

3. De Missa in Coena Domini

1

Optatur privilegium celebrandi Missam feria V in Coena Domini pro omnibus sacerdotibus.

2

Omnibus sacerdotibus concedatur ut sacrum litent die Coenae Domini.

3

Liceat cuilibet sacerdoti Missam litare Feria V in Coena Domini ianuis Ecclesiae clausis.

4

Missa chrismalis feriae V Maioris Hebdomadae videtur omnem solemnitatem tribuere materiae quorumdam sacramentorum; specialem vero et solemnem mentionem ministro sacramentorum scilicet sacerdoti dedicare posset.

5

Feria quinta in Coena Domini possint sacerdotes praesentes concelebrare, vel saltem sumere etiam S. Sanguinem ut saepe fit in Ecclesia Orientali.

6

Concedatur facultas celebrandi in ecclesiis paroecialibus unam Missam lectam, horis mututinis feriae quintae in Coena Domini, in qua sive continuo sive statim ab ea expleta, Communio fidelibus distribui liceat.

7

Concedatur omnibus sacerdotibus facultas Missam celebrandi Feria V Hebdomadae Maioris, quin preiudicetur liturgia solemnis horis serotinis celebranda.

---

1) Sup. Gen. Inst. Cavanis, Sup. Gen. Congr. S. Crucis.
2) Gerunden, Assien, Santanderien, Sup. Gen. Ord. Carm.
3) Manilen.
4) Mediolanen.
5) Bluefielden.
6) Philadelphien Latinorum.
7) Philadelphien Latinorum, Campifontis.

8

Concedatur concelebratio in Feria V Hebdomadae Maioris.

9

Feria V in Coena Domini cum sit dies institutionis sacerdotii omnibus sit facultas celebrandi Missam.

10

In feria V Hebdomadae Sanctae optabilis videtur concelebratio omnium vel plurium Sacerdotum (qui non sint parochi) cum Episcopo in Ecclesia Cathedrali, pro Chrismatis Missa: grave enim solet esse abstinere a Sacro in die quo sacerdotium nostrum ortum habuit.

4. De Missa pontificali

1

Redigantur ritus Missarum Pontificalium secundum solemnitatum momentum.

2

Caeremoniae Missae Pontificalis simpliciores reddantur.

3

Simplificentur ritus Missae Pontificalis ita ut etiam in pagis et parvis urbibus fideles expedite et pie Missae Episcopi proprii assistere queant eiusque verbum audire.

4

Episcopi, servatis pro solemnioribus caeremoniis pontificalibus, Missam solemnem simpliciore ritu celebrare possint.

---

8) Namurcen.
9) Urbanien et S. Angeli in Vado, Scythopolitan.
10) Nuscan.
1) Sanaven.
2) Risinitan, S. Joannis a Missionibus, Campi Grandis, Ambaniaën, Tuneten, Uahiguyaen, Posnanien, Isinden, Tabuden, Lydenburgen, Conferentia Fulden, Sup. Gen. O. F. M., Sup. Gen. Soc. Maryknoll, Sup. Gen. Congr. Calabria.
3) Sup. Gen. Barnab.
4) Albien.

5

Episcopi habeant facultatem celebrandi modo simplici Missam cantatam.

6

Episcopi pontificalia agentes ne teneantur legere in Missali quae a Subdiacono, Diacono vel a Choro canuntur, iuxta morem pro Hebdomada Maiori recenter instauratum.

7

In celebratione Missae Pontificalis, Pontifex non teneatur lectionem aliquam repetere quoties cum omnibus adstantibus illam audire debet.

8

Habeatur novus ritus Missae Pontificalis pro Ecclesiis paroecialibus, et ritus solemnis actualis reservetur Ecclesiae Cathedrali et Sanctuariis.

9

Episcopis liceat, in casu necessitatis, Missam cantatam celebrare uno solo presbytero assistente.

10

Simplificentur rubricae circa assistentiam ministrorum celebrante Episcopo.

11

Episcopi sacerdotali modo solemnem Missam cantare possint.

12

In Missis Pontificalibus omittatur praeparatio ad Missam et gratiarum actio in throno.

---

5) Sup. Gen. Soc. Maryknoll, Sup. Gen. Oblat. B. M. V. Immac.
6) Assisien.
7) Molinen.
8) Osornen, Joinvillen, Ancyran.
9) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
10) Posnanien, Letopolitan.
11) Vapincen, Irenopolitan in Cicilia.
12) Posnanien.

13

Episcopus paramentis ornatus sub cantu introitus per Ecclesiam ad altare accedat.

14

Episcopus in throno non teneatur legere, quae sive a Subdiacono vel a Diacono vel a lectore promulgantur sive a choro cantantur.

15

Caeremoniae, praesertim pontificales, abbrevientur.

16

In Pontificalibus quaedam rituum simplificatio, v. g. de mitra saepe capienda aut tollenda, magis populi intellectui et pietati accommodanda videretur.

17

Ad fraternitatem fovendam, in Missa Pontificali accessum habeant non modo Capitulares sed etiam reliqui Sacerdotes.

18

Incessans depositio et reassumptio mitrae pontificalis in decursu alicuius coerimoniae omittatur.

19

Mitra rarius mutetur (e. g. ad « Lavabo » non sumatur).

20

Episcoporum habitus simplificentur praesertim in tropicis regionibus, itemque quaedam caeremoniae v. g. frequens assumptio Mitrae.

---

13) Berolinen.
14) Berolinen.
15) Vigornien, Galvestonien-Houstonien, S. Fidei in America Septentrionali, S. Bonifacii.
16) S. Deodati.
17) Tabuden, Abulen, Dausaren.
18) Isinden.
19) Berolinen.
20) Daren.

21

In celebratione Missae Pontificalis, Tertia in secretario a clero cantata, Pontifex intret dum a choro cantatur Introitus.

22

Non faciliter explicatur cur Episcopi et alii Praelati manipulum induant ad « Indulgentiam ».

23

Cantus Tertiae ante Missam Pontificalem aboleatur.

24

Tunicella et Dalmatica in Missa Pontificali aboleantur.

25

Usus libri Canonis ad necessaria reducatur.

26

Episcopus non genuflexione sed inclinatione salutetur.

27

Oscula rarius adhibeantur.

28

Missa Pontificalis ad faldistorium minus decorosa videtur. Episcopus convenienter semper throno uti deberet etiam si extraneus vel Auxiliaris, nisi vacante sede ob Episcopi Residentialis obitum.

29

Convenienter Pontifex hora Missae Pontificalis ingredi posset ecclesiam iam indumentis sacris indutus et Missam statim incipere.

---

21) Molinen.
22) Nuscan.
23) Capsitan.
24) Turuzitan.
25) Berolinen.
26) Berolinen.
27) Berolinen.
28) Ancyran.
29) Ancyran.

30

In missionum territoriis Episcopi Missam Solemnem canere possint veluti parochi.

31

Praelati in Missionum locis Missam cantatam sine diacono et subdiacono celebrare valeant.

5. De Missis defunctorum

1

Textus Missae defunctorum reformetur, quia in eo aliquae cogitationes praechristianae exprimuntur.

2

In Missa de Requie magis mentio fiat de resurrectione et de glorificatione defunctorum.

3

Mutetur Offertorium ex Missa de Requiem.

4

Missam exequialem celebrare liceat etiam in Dominicis et Festis ritus duplicis primae classis, necnon infra octavas privilegiatas, in ecclesiis ubi duae saltem Missae habeantur.

5

Privilegium Missae de requiem in duplicibus extra casus liturgicos auferatur.

---

30) Umzinkulen, Civitatis Reginae.
31) Joannesburgen, Ndolaën, Bethlehemen, Lueboën, Civitatis Reginae, Tshumbeen, Kabindaën, Luluaburgen.

1) Secovien.
2) Limonen, Guayaquilen.
3) Calydonien.
4) Caebuan.
5) Nepten.

6

Missae exequiales horis matutinis ultimorum trium dierum Hebdomadae sanctae permittantur.

7

Missae defunctorum (excepta die obitus) ne obruant cyclum temporis et sanctorum.

6) Dubuquen. 7) Tarvisin.

III. DE OFFICIO DIVINO

1. De simplificatione deque reformatione Breviarii in genere

A) *De definitiva reformatione*

1

Quam celerrime habeatur emendatio ac reformatio breviarii et magis accomodetur huius temporis ministerio pastorali.

---

1) Duluthen, Spiren, Hildesheien, Phytean, Limburgen, Meloën in Isauria, Conferentia Fulden, Saginaven, Sinopen, Mediolanen, Cuneen, Vallen in Lucania, Lycien, Fodian, Drepanen, Pergamen, Cariaten, Bosanen, Catacen et Squillacen, Aquilan, Arianen, Aliphan, Caven et Sarnen, Pisan, Anglonen-Tursien, Ariminen, Aelaniticus, Hydruntin, Biturgen, Senogallien, Aquen, Montisvirginis, Urbevetan, Salutiarum, Volaterran, S. Luciae, Lauden, Callien et Pergulan, Mutilen, Beneventan, Cremen, Bovinen, Collen, Verulan et Frusinaten, Venetiarum, Caesenaten, Albae Pompeien, Constantien, Tarbien et Lapurden, Nicen, Aquen, Blesen, Augustodunen, Rothomagen, Argentinen, Chamberien, Adiacen, Petrocoricen, Nivernen, Engolismen, Caesaraugustan, Hispalen, Granaten, Matriten, Tuden, Colophonien, Placentin in Hispania, Salmantin, Victorien, Synnaden in Phrygia, Villaregalen, Funchalen, Angren, Febianen, Aveiren, Lamacen, Galvien et Duacen, Kerrien, Miden, Daren, Meneven, Hafniae, Helsinkien, Botrianen, Isinden, Namurcen, Vatarben, Kielcen, Premislien Latinorum, Holmiae, Kigomaën, de Fort-Dauphin, Tingitan, Liberopolitan, Liberae Urbis et Boën, Lacus Moëri, Morondaven, Dualaen, Konakrien, Nzerekoreen, Kankanen, Kroonstaden, Daressalaamen, Makenen, Ziguinchoren, Mvanzaën, Arcis Rousset, S. Antonii de Balsas, Caesarien Philippi, Nazaren in Brasilia, S. Salvatoris in Brasilia, Valadaren, Palmen, Culiacanen, Calien, Belemen de Parà, S. Mariae, Celerinen, Bluefielden, Uthinen, Esmeralden, Thibicen, Guadalajaren, Fulden, Aquisgranen, Treviren, Dagnen, Essendien, Eminentianen, Herbipolen, Rottenburgen, Berolinen, Paderbornen,

2

Citius fiat editio novi breviarii, pro bono et disciplina cleri.

3

Reformetur Breviarium sed non tempus orationis minuatur.

4

Breviarium sit unicum in tota Ecclesia.

5

Breviarium quam maxime reducatur ad veterem disciplinam.

6

Reformatio breviarii sit talis ut possit per multos annos extare.

7

Mutationes in Breviario perraro fiant, in multis enim regionibus non facile est breviarium emere.

8

Ad simpliciorem formam redigatur Breviarium, quia multa sunt adhuc quae magis choralibus officiis conveniunt.

Secovien, Apollonien, Gurzen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Metellopolitan, Madhuraien, Caebuan, Shimscienen, Sup. Gen. Ord. Ss. Trinit., Sup. Gen. O. F. M., Sup. Gen. Ord. de Mercede, Sup. Gen. Congr. Missionis, Sup. Gen. Ord. Scholarum P., Sup. Gen. Mission. Scheut, Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.

2) Marianopolitan, Surigen, Pergen, Jaren, Naniamen, Iceuven, Surabaien, Cheonginen, Sendaien, Meeruten, Ahmedabaden, Taipehen, Loiamen, Makassaren, Fukuokaën, Bangaloren, Dinajpuren, S. Annae Pocatieren.

3) Nepten, Reunionis.

4) Portus Viridis, Jericoën, S. Raimundi.

5) Feretran.

6) Tloën, Sup. Gen. Op. Cath. Rur.

7) Panopolitan.

8) Civitatis Juarezen, Macapen, Campi Grandis, S. Caroli Ancudiae, S. Ioannis Portoricen, Medellen, Ambaten.

9

Grato animo notatur simplicior forma hodierni Breviarii. Ulterior simplificatio expectatur.

10

Officium Divinum adhuc brevietur.

11

Contrahatur praesertim diebus festis.

12

Diebus festis officium contrahatur ad modum officii Hebdomadae Paschalis.

13

Breviarii reductio optatur; mensura videtur esse ambitus Officii Hebdomadae Paschalis. Officium divinum e. g. « Parvum Officium B. M. V. » vel aliud, si praescribitur, a religiosis linguae latinae ignaris lingua quidem vernacula recitetur.

14

In diebus festis Breviarium reducatur ad unum Nocturnum et ad Laudes.

---

9) Camberren et Gulburnen, Pergen, Surigen, Kyoten, Yokohamaen, Sendaien, Manadoën, Ordinarii Indonesiae, Hyderabaden, Aesernien et Venafren, S. Agathae Gothorum, Campanien, Balneoregien, Mutinen, Teramen et Atrien, Canen, Cerrarum, Legaspien, Tudertin, Sup. Gen. Marianist.

10) Acarassen, Miletopolitan, Vicen, Pampilonen, Albasiten, Aurien, Santanderien, S. Sebastiani, Liverpolitan, Tuamen, Circesien, Misthien, Doaren, Lomzen, Siedlcen, Helenopolitan in Bithynia, Tanagraeus, Gibuten, Cotonuen, Traculen, Buluaien, Rusicaden, Tipasetan in Mauretania, Oturkpoën, Banguen, Niameyen, Zambaen, Rabaten, Stanleypolitan, Intern. Ap. in Aegypto.

11) Sarsinaten, Pharaonen.

12) Fidentin.

13) Chimscien, Legaspien, S. Marci, S. Crucis de Sierra, Caurien-Castrorum Caeciliorum.

14) Uruassuen.

15

In diebus festis unum Nocturnum habeatur.

16

In die festo Breviarium habeat tantum Primam et Completorium.

17

Attentis pastoralibus necessitatibus, diebus festis Matutinum ad unum Nocturnum reducatur.

18

Diebus festivis solemnibus, Matutinum ad unum tantum Nocturnum reducatur.

19

Die dominica Officium divinum brevietur.

20

Recitatio Breviarii in diebus dominicis et de praecepto brevior fiat quam in aliis diebus.

21

Breviarium ita abbrevietur ut numerus psalmorum et lectionum minuatur, sive ut horae minores ad libitum clericorum vel ex iusta causa omitti possint, sive ut diebus dominicis et festis parochi eorumque cooperatores et adiutores aliique sacerdotes per officia sua amplius occupati plus vel minus dispensentur, ad exemplum instauratae liturgiae pro ultimis diebus hebdomadae sanctae.

---

15) Pessinuntin, Meruen, Nyerien.
16) Goianien.
17) Yihsienen, Fukuokaën, Castrien.
18) Melden.
19) Zacatecen, Montisvidei, Zamoren, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, S. Caroli Ancudiae, Campi Grandis, Maris Platen, Drivasten, Tegucigalpen.
20) Arasen, S. Georgii Terrae Novae.
21) Fulden.

22

Brevior divini Officii forma statuatur: praesertim in Insulis Philippinis ubi sacerdotes sunt pauci et fideles multi; Parochus, labore fatigatus, Breviarium multoties per noctem dormitans legit.

23

Breviarium romanum ita reformetur ut plures quam tres psalmi in Matutinis numquam recitentur.

24

Omne officium habeat tantum unum nocturnum ita ut novem psalmis et tribus lectionibus constet; insuper eliminatio hymnorum, satis forte raris exceptionibus, desideratur.

25

Abbreviatio Breviarii Romani pro sacerdotibus saecularibus inducenda videtur.

26

Breviarium ad unicum nocturnum redigatur, cum tribus lectionibus et horis (uti habetur in Hebdomada Paschali).

27

Consideratio detur ad brevius et simplicius Officium Divinum conficiendum sacerdotibus aliisque recitandum qui laboribus actuosis in paroeciis vel in dioecesibus adscripti sint. Tale officium sic ordinari posset: Matutinum constans uno Nocturno tribus psalmis et tribus lectionibus tamquam meditatio et praeparatio ad Missam; Laudes ut gratiarum actio post Missam; Vesperae ut preces vesperti-

---

22) Bacoloden.
23) Lansingen.
24) Tucsonen, S. Joannis Quebecen, Portus Gratiae-Granfallen, Laren, Rockfordien.
25) Lampsacen, Curien, Tuscamien, Albanen, Siopolitan, Saginaven, Duluthen, Victorien in Insula Vancouver.
26) Ptolemaiden in Lybia, Auximan et Cingulan.
27) Armidalen.

nae. Sacerdotes laboriferi tale officium rite persolvere valeant quippe qui plerumque nunc id multa nocte fatigati et cum difficultate recitare coacti sint atque idcirco sine debita attentione et devotione.

Si tamen hoc adhuc fieri nequit, multum iis sacerdotibus prodesset si tenerentur obligatione recitandi tantum vel Matutinum cum Laudibus vel Horas, Vesperas et Completorium.

Postulatur insuper ut sacerdotes qui diebus dominicis vel de praecepto duas missas, etiam in eadem ecclesia celebrent, ab obligatione recitandi vel matutinum cum laudibus vel horas, vesperas et completorium absolverentur; sacerdotes vero qui approbante Ordinario loci, facultate trium Missarum celebrandi uterentur (diebus item dominicis vel de praecepto) obligatione Officii recitandi plane liberentur.

28

Titulus 4, n. 11 b Decreti S. Congregationis Rituum die 23 martii 1955 sic simplificetur: « In festis II classis et in festis duplicibus Domini et B. M. V. ad matutinum et laudes, Officium proprium commune; ad horas minores, ad vesperas et completorium psalterium feriae currentis et proprium. Tantum si vesperae habeant antiphonas proprias nec festum habet primas vesperas, ad vesperas et completorium psalmi sint de dominica.

29

Ritus duplex Sanctorum ad ritum simplicem reducatur, exclusis festis Domini et B. M. V.

30

Breviarium festorum sit ritus simplicis.

31

Duplex recitetur ut actualis simplex.

---

28) Pinnen-Piscarien.
29) Pinnen-Piscarien.
30) Morogoroën, Dakaren.
31) Montisvidei.

32

Officia festiva adsint tantum in prima classe, alia sint simplicia.

33

Festa quae in Breviario partim ordinaria partim festiva sunt, fiant sive simpliciter ordinaria sive simpliciter festiva.

34

Omnia officia sint simplicia.

35

Omnia officia dierum ferialium sint simplicia; officium dierum festorum de praecepto sicut Officium Paschale.

36

In officio simplici unica lectio habeatur.

37

Fere semper sit de feria.

38

In omni hora tres psalmi, in unaquaque die duae lectiones tantum legantur.

39

In breviario Capitula et Responsoria brevia expungantur quia Chorum redolent.

40

Matutinum, Laudes et Vespera habeant tres tantum psalmos, omnes aliae Horae unum psalmum. Caetera omnia brevientur.

---

32) Derthonen.
33) Onitshaën.
34) Xapecoën.
35) Oyoën, Arcis Rosebery.
36) Darnitan.
37) Proconnessius.
38) Berenicen.
39) Carthaginen in Hispania.
40) Icen.

41

Ex Laudibus et Prima efficiatur veluti oratio matutina sacerdotum cum precibus selectis, hymnis et psalmis, exclusis tamen antiphonis.

42

Psalmi reducantur, lectiones extendantur tamen cum libera electione unius partis ex S. Scriptura alterius partis ex commentariis S. Scripturae probatis vel ex documentis Ecclesiae vel ex scriptis theologorum.

43

Martyrologii lectio introducatur.

44

« Te Deum » omittatur et transferatur in Missae gratiarum actione.

45

Extra monasteria Officium Divinum videtur reducendum ad quattuor horas, quarum prima et ultima non obligarent clerum in conscientia: 1) Hora Prima, Hora Matutina, Hora Vespertina, Hora Completorii.

Hora Matutina locum teneret « Missae Catechumenorum » in Missa Matutina; Hora Vespertina locum teneret « Missae catechumenorum » in Missa Vespertina.

46

Recitatione breviarii reducta ad dimidiam horam, clericis imponenda est obligatio ut per quadrantem quotidie Ss. Sacramentum adorent, per alium vero quadrantem B. M. V. Rosario colant.

---

41) Arcis Lamy.
42) Albae Regalen.
43) Fidentin.
44) Constantinian.
45) Aberdonen.
46) Sandomirien.

47

Ad unam partem Breviarii brevissimam omnes teneantur; altera ad libitum iis reservetur qui maiore otio fruantur et maiore devotione animentur.

48

Duplex paretur schema Breviarii: brevius, pro iis qui ministerio incumbunt; alterum, longius, pro iis qui vitae contemplativae et monasticae addicti sunt.

49

Reformetur breviarium quoad diuturnitatem, quoad linguam, quoad lectiones secundi nocturni.

50

Revisio Breviarii, lectionarii et martyrologii committatur diversis commissionibus competentibus. Ne nimia uniformitas imponatur, respiciantur in revisione principia historica, theologica-spiritualia et pastoralia-practica in diversis regionibus et coetibus.

51

In reformatione Breviarii serventur: character publicus, elementa essentialia (hymni, psalmi, lectiones,), norma persolutionis in communi. Attamen provideatur forma recitationis solitariae.

52

Breviarium constituatur:

a) parte matutina, ex iis quae in Matutino, Laudibus, Prima inveniuntur et meditationem privatasque sacerdotis preces continente;

b) parte vespertina, ex iis quae in Vesperis et Completorio inveniuntur composita et examen conscientiae continente;

c) in duabus partibus addatur brevis ordo orationis meridianae ex iis quae Tertiam, Sextam, Nonan constituunt.

---

47) Imae Telluris et Pointapitren.
48) Taurinen.
49) Sup. Gen. August. ab Assumpt.
50) Abbas Primas O. S. B.
51) Berolinen.
52) Eudociaten, Varsavien et Gnesnen.

53

Reducatur obligatio Breviarii in privata recitatione ad horas minores, vesperas et Completorium.

54

Amplius diminuatur breviarium ita ut adsit quaedam compensatio brevi adoratione diurna coram Sanctissimo vel oratione expiatoria et compassiva coram Imagine Crucifixi a sacerdotibus sub gravi facienda.

55

Breviarium constet prece matutina, meridiana, serotina et nocturna et etiam fidelibus inculcetur.

56

Augeatur praesentia B. M. V. in Divino Officio.

57

In officio preces aliquae etiam erga B. M. V. addantur.

58

Singulae provinciae ecclesiasticae suos Sanctos habeant. Tota Ecclesia sanctos Apostolos, Doctores, Summos Pontifices et Fundatores praecipuorum Ordinum religiosorum.

59

Adsint in Breviario officia votiva concordata cum Missis votivis.

60

Permittatur ut pro officio de *ea*, scil. dominicae praecedentis, saepius in hebdomada recurrente, recitatio officii votivi ut olim fiebat.

---

53) Novae Lisbonae.
54) Boianen-Campobassen.
55) Berenicen.
56) Camerinen.
57) Barbastren.
58) Hieracen-Locren.
59) Montisvidei.
60) Buscoducen.

61

Sacerdotes saeculares Officium Divinum recitare possint de sanctis sacerdotibus in sanctorum numero inscriptis sed non in Kalendario, saltem cum licentia Ordinarii.

62

Condatur in Breviario Commune Sanctorum Patrum et Matrum familiae.

63

In Officio Divino exprimatur nomen Vicarii vel Praefecti Apostolici, dummodo insigniti sint charactere Episcopali.

64

Breviarium reformetur ad mentem Card. Lercaro (Cfr. Conventus Liturgicus Assisiensis).

65

Pro reformatione multae notae afferuntur (Textus ineditus, cfr. Acta et Documenta Concilio Oecumenico Vaticano II apparando, Vol. II, Pars III, p. 278-286).

66

Breviarii reformationem petunt secundum schema Romam missum die 4 februarii 1953.

---

61) Namurcen.
62) Euroeen in Epiro, Lagen.
63) Pisitan.
64) Capitis Haitiani.
65) Hierapolitan in Syria.
66) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.

B) *De Officio temporali loco sanctoralis favendo*

1

Officio Temporali faveri debet; multae partes sanctoralis mutari possunt.

2

Proprio de tempore uberius faveatur.

3

Officium feriale vel sancti diei totum per annum eligi possit.

4

Prioritas officiis de tempore potissime detur cum sola commemoratione sanctorum in Laudibus et Vesperis.

5

Exceptis duplicibus primae classis totius anni diebus recitari liceat Divinum Officium de feria currenti.

6

Pro omnibus feriis maioribus indulgeatur facultas sumendi ad libitum sacerdotis Officium de Feria, exceptis festis I et II classis.

7

Discrepantia inter dominicas post Pentecostes et Evangeliorum tractus ipsis adsignatos tollantur.

8

Officium Sanctorale limitetur adhuc ita ut cultu universali colantur ii Sancti qui revera sint universales, ceteri autem cultu tantum locali, in sua quisque dioecesi vel instituto religioso.

---

1) S. Joannis Quebecen.
2) Viglevanen.
3) Usumburaen.
4) Arcis Rosebery.
5) Camagueyen.
6) Aquisgranen.
7) Fidentin.
8) Portlanden in Oregon, Junellen.

C) *De mutatione denominationum Breviarii partium*

1

Quia partes anni in utroque hemispherio non coincidunt, partes Breviarii simpliciter vocentur: prima, secunda, etc.

2

Denominationes partium Breviarii mutentur quia in Africa Meridionali pars hiemalis incipitur ardentissimo anni tempore.

3

Partes Breviarii non nominentur amplius: pars hiemalis, aestiva, etc., sed: cyclus Nativitatis Domini, Passionis, etc.

4

Duas partes tantum Breviarium habeat.

5

Breviarium in duas partes dividatur: Matutinum et Serotinum.

6

Potius quam divisio « horarum » magis consonat divisio Breviarii secundum sacerdotis actiones: v. g. « ante Missam » quasi obligata praeparatio ad sacrum celebrandum; « post Missam » quasi obligata gratiarum actio; « lectio spiritualis » praesertim ex S. Scriptura, quacumque hora diei habenda; et « pars ultima » cum examine conscientiae.

---

1) Montisvidei.
2) Tananariven, Oudtshoornen, Bondoën.
3) S. Joannis de Cuyo.
4) Bondoën.
5) Niameyen.
6) Civitatis Juarezen.

D) *De duplici Breviarii forma: chorali et privata*

1

Distinguantur inter se Breviarium pro Choralibus et Breviarium pro recitatione privata.

2

Distinguatur inter Officium divinum choraliter et privatim recitandum, et, priore immutato permanente, alterum reformetur, expungendo dialogum, imminuendo Psalmorum numerum et augendo lectiones ex S. Scriptura, ex Patribus, ex documentis pontificiis et ex historia ecclesiastica.

3

In Breviario Romano emendando et renovando, duplex recitationis ratio distinguatur: choralis nempe et singularis; utraque autem brevior sit diebus dominicis et festis de praecepto ut sacerdotes ad sacri ministerii opera expeditiores sint.

4

Intercedat discrimen inter individualem et choralem recitationem; psalterium distribuatur per duas saltem hebdomadas (ut apud ambrosianos). Lectiones historicae recognoscantur; sermones plures brevientur vel aliis magis «praedicabilibus» locum cedant; si quid augendum lectio biblica augeatur. Ritus in breviario reducantur et si fieri potest aboleator «T. P.»

5

Habeatur forma brevior pro recitatione individuali et forma solemnior pro choro.

---

1) Ruremonden, Roterodamen, Laganitan.

2) Viglevanen, Pinnen-Piscarien, Firman.

3) Bergomen.

4) Tiburtin.

5) Valven et Sulmonen.

6

In emendatione breviarii, distinguatur recitatio choralis, pro monasteriis et canonicis, et recitatio privata, pro sacerdotibus ministerio addictis, brevior et sine dialogo.

7

Distinctio habeatur inter officium monasticum (pro iis qui ad chorum in monasteriis tenentur) et officium quod privatim recitandum est.

8

Officium chorale et privatum omnino eisdem textibus eademque ratione constet.

9

Partes divini Officii, quae spectant choralem recitationem, in privata recitatione omittantur vel immutentur.

10

Breviarii recitatio individualis paulo magis discriminetur a recitatione chorali.

11

Specialis forma habeatur pro recitatione privata: omittantur varia responsoria.

12

Formae responsoriales in recitatione privata omittantur.

13

Quod in Breviario olet Choro aboleatur.

---

6) S. Deodati.
7) Leirien.
8) Lunen.
9) Sup. Gen. Ord. Ss. Trinit.
10) Portlanden in Oregon.
11) Tamimen.
12) Berenicen.
13) Balecien, Inongoën, Lilongwen, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi, Antsiraben.

14

Definitivae modificationes Breviarii una cum reformatione cantus imponantur in recitatione chorali.

15

Breviarium chorale in hodierna forma manere potest.

16

Sit Breviarium pro chorali et pro privata recitatione.

E) *De Breviario vitae spirituali cleri dioecesani magis aptando*

1

Breviarium reformetur ut magis conferat spiritualitati sacerdotali. Constet ex duabus partibus, quarum altera tamquam preces matutinae ex psalmis atque lectura S. Scripturae, mentali orationi apte composita sit; altera vero tamquam preces vespertinae ex psalmis atque vita Sanctorum vel meditatio mysteriorum, lecturae spirituali opportune efformata.

2

Breviarium sit magis haerens vitae interiori colendae.

3

Breviarium Romanum magis vitae religiosae cleri saecularis accommodetur.

4

Officium divinum, a clero dioecesano persolvendum, ita instauretur ut hodierno vitae pastoralis rythmo congruat: nam fieri nequit

---

14) Giennen.
15) Oudtshoornen, Cissitan, Inongoën, Lilongwen, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi.
16) Sup. Gen. Mission. a Consolata.
1) Adrien.
2) Lycien.
3) Syenitan, Bostonien, Seattlen, Mandalayen, Nicoletan, Sherbrooken, Crossen.
4) Chamberien.

ut « operis Dei » eadem sit ratio apud saeculares clericos et apud regulares. Horae singulae tempore competenti celebrentur, sc. mane, vespere et ante somnum (additis, si placuerit, brevibus precationibus ad Tertiam, Sextam, et Nonam), participatio populi facilius procuretur, pietas sacerdotum recte nutriatur.

5

Desideratur reformatio necessitatibus hodiernis ministerii pastoralis magis adaptata. Qua reformatione promulgata, de novo clare insistendum est de obligatione gravi officii recitandi.

6

Breviarium sit « vademecum » sacerdotum et contineat omnia: meditationem, lectionem spiritualem, visitationem SS. Sacramenti, orationes matutinas et vespertinas, rosarium, examen conscientiae, praeparationem ad confessionem et ad Missam, etc. Breviarium sit unius horae, omnibus istis consideratis.

7

Breviarium ita reformetur ut sit simul ad laudem Dei et ad vitam supernaturalem sustinendam.

8

Ut Breviarium, quod in forma consueta vitae monasticae tantum aptatur, ad usum sacerdotum dioecesanorum modificetur. Unde postulatur:

1) ut recitatio quotidiana brevior reddatur;

2) ut lectio S. Scripturae sit ordinatim logiceque facta, ita ut ininterrupta sit, incipiens a primo Geneseos capite atque pergens usque ad ultimum Apocalypsis versiculum;

3) ut lectio quaedam magis idonea seligatur, vel ex scriptis SS. Patrum, vel ex Encyclicis SS. Pontificum pro unaquaque die excerpta.

4) ut sit cogitatio quaedam salutaris ex vita Sancti vel ex Festo celebrato derivata.

---

5) Insulen.
6) Tarmen.
7) Montis Pessulani, Molinen.
8) Sidonien.

9

Breviarium Romanum reformetur iuxta exigentias curae pastoralis. Quaedam officia, etiam festorum recentiorum, sunt nimis protracta et ideo non fovent pietatem sacerdotalem.

10

Modus aliquis inveniatur ac concedatur qui recitationem magis meditativam Breviarii permittat. Unde omnibus sive singulis petentibus detur optio aut persolvendi totum pensum divinum Breviarii aut insumendi in id totum pro recitatione ordinaria necessarium tempus, quin omnes et singulae partes de facto persolvi debeant. Hoc modo diutius in uno aliove psalmo, in homilia Patrum vel in alia parte commorari posse, quin tempus recitationis extendendum esset.

11

Exercitia pietatis sacerdotum inserantur in Breviario.

12

Breviarium ad Matutinum et Laudes reducatur sed meditatio protrahatur per unius horae spatium.

13

Breviarium notas explicativas contineat et intentiones diversas.

14

In publica recitatione, unoquoque psalmo cantato vel recitato per aliquod tempus sileatur ad meditationem fovendam et post silentium concludatur psalmus per collectam praebentem applicationem christianam psalmi sicut plurimis in locis in antiquis Ecclesiae temporibus mos erat.

---

9) Portus Pirien.
10) Eystetten.
11) Umuahiaen.
12) Huancayen.
13) Nyundoën.
14) Ipamuen.

15

In reformatione Breviarii meditatio cum Matutino, lectio spiritualis cum Vesperis, examen conscientiae cum Completorio connectantur.

16

In Completorio inseratur examen conscientiae.

17

Necessaria est accommodatio conveniens, per novam psalmorum dispositionem, cum selectione lectionum quae magis ad pietatem atque instructionem pertineant, absque dialogo versiculorum responsorumque reipsa supervacuo, ita ut talis sacra recitatio, non tamen nimis contracta, sit minus diuturna.

18

Breviarium ita reformetur ut fiat liber meditationis pro sacerdotibus.

19

Ut Breviarium efficax sit medium sanctificationis clericorum eorumque apostolatus robur, ex integro reformari oportet; eius enim structura choralis haud aptata est recitationi privatae, quam maior pars sacerdotum peragit proindeque reformanda iuxta hodiernas apostolatus exigentias. Ad rem plura indicantur capita reformationis, iuxta studia et conclusiones peritorum in re liturgica, qui ultimis annis in Germania ed in Gallia conventus habuerunt, quae respiciunt sive modum compilationis Breviarii sive psalmos, lectiones et preces eiusdem necnon distributionem diversarum partium.

20

Simplificatio Breviarii romani ita erit ut magis opportunitas orandi quam obligatio servanda promoveatur.

---

15) Vagen, Leopolien Latinorum.
16) Nuscan.
17) Burdigalen.
18) Alien.
19) Marianopolitan, S. Bonifacii.
20) S. Pauli de Minnesota, Petriculan, S. Joannis Quebecen.

21

Condatur in Breviario Commune Sanctorum Sacerdotum.

F) *De Breviario pro sacerdotibus in cura animarum*

1

Edatur speciale Breviarium pro iis qui in animarum cura sunt.

2

Contrahatur Breviarium saltem diebus in quibus labor ministerialis amplior exercetur.

3

Abbrevietur Breviarium saltem pro clero in cura animarum occupato.

4

Breviarium adaptetur tum negotiis laboris apostolici tum necessitatibus vitae sacerdotalibus.

5

Matutinum habeat tantum unum nocturnum pro sacerdotibus curae animarum addictis.

6

Abbrevietur Breviarium pro sacerdotibus ministerio pastorali addictis.

7

Ut magis pie Breviarium recitetur, diebus festis reducatur ad unum nocturnum, quia sacerdotes, ministerio addicti, nimis gravantur labore.

---

21) Lagen, Euroeen.
1) Rhoinen, S. Crucis de Sierra, Zamoren, Medellen, S. Joannis Portoricen, Peloten, Judiciforen.
2) Sup. Gen. Mission. S. Joseph.
3) Gurcen, Plocen, Sandomirien, Panitan, Ultraiecten.
4) Aquisgranen, Treviren, Dagnen, Herbipolen, Rottenburgen, Aulonitan, Paderbornen, Secovien.
5) Oudtshoornen.
6) Nanneten.
7) Olbiatan.

8

Pro clericis, ministerio pastorali addictis, breviarium abbrevietur ad unum nocturnum cum una lectione S. Scripturae, hora Tertia, Sexta, Nona ad libitum relinquantur.

9

Abbrevietur Breviarium pro clero, addicto curae pastorali, in diebus festis, ut, ob temporis angustiam vel naturae defatigationem, recitatio devote fieri possit.

10

Officium divinum brevietur ratione excessus laboris missionariorum.

11

Pro sacerdotibus in cura animarum Breviarium habeat Matutinum trium psalmorum, Laudes et Vesperas.

Privatim recitari possit lingua vulgari.

12

Cum Parochi onerati sint nimio labore, ne breviarium festinanter et quasi formaliter tantum recitent aut cum conscientia perturbata partim omittant, suadendum est, ut Ordinario facultas concedatur, ut sacerdotibus petentibus mediam tantum partem breviarii (Matutinum cum Laudibus aut Horas minores ad libitum) sub gravi persolvendam imponat altera parte solummodo commendata.

13

Pro sacerdotibus ministerio addictis Breviarium ad modum Officii Paschalis brevietur.

---

8) Theudalen.
9) Arboren, Memphitan, Apuanien, Altamuren.
10) Tumacoën, Zacapen, S. Rosae de Osos, Kingstonen, Copiapen, Zamoren, Villaricen, Poncen, Metren, Antofagasten, Risinitan, Quiten, Sebastopolitan in Abasgia, Maracayen, Chillanen, S. Philippi, Armenien, Arequipen, Chilapen, Matregen, Barquisimeten, Jatahien, Leontopolitan, Truxillen, Achyraen, Huachen.
11) Paralien.
12) Cerynien.
13) Grandormen.

G) *De Breviario pro missionariis*

1

Edatur forma brevis Divini Officii pro missionariis.

2

Cum in territoriis missionariis saepe difficile est Officium Divinum, uti nunc praescriptum, recitare, etsi omnes de facto id recitant: sperandum est Concilium breviorem formam Officii esse constituturum pro iis qui in talibus territoriis quotidie laborant.

3

Favores quoad officium divinum clero saeculari facti etiam missionariis religiosis concedantur.

4

Pro missionariis Breviarium sit semper ritus simplicis.

H) *De Officio divino non amplius reducendo*

1*

Nullo modo Officium quotidianum reducendum est quia etiam in paroeciis activitate plenis saltem una hora possumus cum Christo vigilare.

2*

Officium Divinum servetur immo addendae lectiones ex Patribus, Scriptoribus Ecclesiasticis, scriptis SS. Pontificum.

---

1) Volkrusten, Cissitan, Alivalen, Civitatis Mariae, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi, Gallupien, Galvestonien-Houstonien, Crossen.
2) Salien.
3) Baianen.
4) Cagayan.
1*) Almerien, Vestmonasterien, Dunkelden.
2*) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.

3

Absurdum est Breviarium breviare adhuc, ad favendum apostolatum.

4

Breviarium ne amplius... brevietur.

2. De reformatione Psalterii

1

Nimium ausi sunt qui antiquorum psalmorum maiestatem, poësim et modulatum rhytmum pedestri latino subrogaverunt.

2

Psalterium uti in Vulgata exstabat videtur posse emendari paucioribus mutationibus — neque requiritur lingua latina classica.

3*

Nova versio Psalmorum recenseatur in ordine ad Maiorem harmoniam in legendo.

4*

Optanda est nova editio psalterii latini editioni Vulgatae propinquior.

5

Unica psalmorum versio imponatur.

6

Imponatur nova versio psalterii, saltem in recitatione privata et in choro sine cantu.

---

3) Cueven.
4) Acalissen, Materanen.
1) Sidetan.
2) Cemerinianen.
3*) Fernen.
4*) Hafniae, Helsinkien.
5) S. Claudii.
6) Leucen.

7

Conficiatur nova versio psalmorum in lingua magis locutionibus S. Scripturae, Patrum et sacrae liturgiae accomodata.

8

In traditionali Breviarii recitatione vulgatae versio restituatur pro omnibus.

9

Psalmi Breviarii recitentur de Vulgata versione; inopportunae S. Scripturae lectiones aboleantur et historicae lectiones Breviarii revisioni tradantur.

10

Pulchrior cursus in nova psalterii versione desideratur.

11

Saltem pro chorali recitatione et cantu emendetur psalterium vetus.

12

Eo quod nova Psalterii translatio non placet melius esset uti Vulgata expurgata a Benedictinis.

13

Textus psalmorum in horarum canonicarum recitatione adhibendus definitive stabiliatur sublata libertate uno vel alio textu utendi, ita uniformitas ubique restauretur. Detur tamen facultas sacerdotibus provectioris aetatis, qui difficilius Officium recitare valerent iuxta psalterium emendatum, vel adhibendi veterem textum vel horarum recitationem aliis piis precibus (e. g. recitatione tertiae partis Rosarii B. M. V.) supplendi.

---

7) Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B.
8) S. Fidei in Argentina.
9) Ferrarien.
10) Memphitan, S. Agathae Gothorum.
11) Tuneten.
12) Proconnesius.
13) Sup. Gen. O. F. M.

14

Recitatio 150 psalmorum in 28 diebus absolvatur.

15

Psalterium ita disponatur ut, quindecim vel triginta diebus, integrum legatur.

16

Psalterium distribuatur per duas saltem hebdomadas (more Ambrosiano).

17

Consuetudo recitandi singulis hebdomadis psalterium integrum servetur.

18

Ratio recitandi integrum psalterium in hebdomada adhuc praevaleat.

19

Psalmorum numerus in hebdomada minuatur.

20

Restringatur usus psalmorum in favorem lectionum N. T. et orationum actualium.

21

Psalmi dominicales nimis adhuc frequenter recurrunt in Breviario.

22

Psalmi per totam hebdomadam currant etiam diebus festis, psalmo 118 suo dumtaxat die dicendo.

---

14) S. Joannis a Missionibus, Medellen.
15) Myrinen, Lugdunen.
16) Hieracen-Locren, Portlanden in Oregon, Petropolitan, Carolinapolitan, Vancuverien.
17) Buscoducen.
18) Tarvisin.
19) Constantinian.
20) Euroeen in Epiro, Lagen.
21) Vestmonasterien.
22) Civitatis Mariae.

23

Desideratur distributio magis proportionalis psalterii per singulas partes et per diversa anni liturgici tempora.

24

Psalmi qui ultra circiter quindecim versiculos protrahuntur dividantur in duos vel tres, etiam in festis primae classis.

25

Desideratur identitas textus biblici in Breviario, in Missali et in Rituali.

26

Auferantur omnes loci qui de odio inimicorum aliisque similibus loquuntur necnon aliqua vocabula ut v. g. « Nigritae ».

27

Expungantur psalmi qui imprecationes complectuntur. Quia plurimae deberent esse exhortationes, perpaucae obligationes, perpaucissimae censurae, obligatio horas canonicas quotidie *integro* recitandi in instantissimam exhortationem converti potest.

28

Omittantur quidam psalmi (e. g. imprecatorii). Cyclus hebdomadarius totius psalterii cedat cyclo plurium hebdomadarum.

29

Nonnulli psalmi a Breviario expungantur.

30

Ps. « Audite caeli quae loquor » supprimatur.

---

23) Darnitan.
24) Panamen.
25) Hierapolitan in Syria.
26) Arcis Rosebery, Uahiguyaen.
27) Lungren.
28) Berolinen.
29) Ordinarii Indonesiae.
30) Jatahien.

31

Canticum Moysis contrahatur aut substituatur.

32

Longiores Psalmi, ut v. g. Canticum Moysis, brevientur seu dividantur.

3. De diversis divini Officii partibus reformandis

A) *De Matutino*

1

Matutino redonetur originale nomen « Vigilia », et nomen « Matutinum » reservetur Laudibus.

2

Matutinum diebus festivis solemnibus, quando sacerdotes in ecclesia multum laborare debent, uno tantum nocturno constet.

3

Diebus festivis solemnibus, Matutinum ad unum tantum Nocturnum reducatur.

4

Matutinum redigatur ad unum nocturnum cum tribus psalmis et tribus lectionibus, quarum prima sumatur e Scriptura, secunda e scriptis Patrum vel e vita Sanctorum, tertia ex homiliis ad Evangelium.

5

Nocturnus unicus habeatur cum tribus psalmis, una lectione scripturali, altera historica vel ascetica, tertia homiletica.

---

31) Jalpaigurien.
32) Caurien — Castrorum Caeciliorum, Pessinuntin.
1) Friburgen.
2) Olbien.
3) Laranden.
4) Aquisgranen.
5) Recineten, Abellinen.

6

Officii divini Matutinum unico nocturno cum tribus lectionibus (S. Scriptura, vita Sancti, homilia) constet.

7

Matutinum reducatur ad lectionem biblicam ordinatam secundum successionem cyclicam.

8

Matutinum habeat unum psalmum et tres lectiones, omnes aliae horae unum psalmum et orationem.

9

Matutinum ad unum Nocturnum reducatur.

10

Restringatur Officium ad unum tantum Nocturnum cum tribus lectionibus.

11

Matutinum et Laudes magis brevientur.

12

Novem psalmi et tres lectiones ad Matutinum semper habeantur.

---

6) Hinganfuen, Thignicen, Loiamen, Tokien.
7) Arcis Lamy.
8) Yucatanen.
9) Assien, Ruremonden, Roterodamen, Melen, Camulianen, Centurien, Polyboten, Jotan, Basileen et Luganen, Lomen, Rubagaën, Constantinian, Misuraten, de Lourenço Marques, Luluaburgen, Kabindaën, Saitan, Quelimanen, Lueboën, Tshumbeen, Lilongwen, Popayanen, Rhoinen, Patosen, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Leonen in Nicaragua, Sucren, Medellen, Punien, Machiquesen, Goianien, Caronen, Vaccarien, Teresian, Garzonen, Panamen, Portus Pacis.
10) Ascolonitan.
11) Basseinen.
12) Polycastren.

13

Matutinum ad instar hebdomadae paschalis abbrevietur.

14

Ad Matutinum sit unicum nocturnum cum tribus psalmis et brevi lectione e S. Scriptura excerpta, vernacula lingua.

15

Matutinum sit ad libitum.

16

Matutinum aboleatur et eius loco legatur S. Scriptura in quacunque lingua in spatio trium annorum.

B) *De Lectionibus*

1

Omnes lectiones reficiendae essent sumendo sive in S. Scripturis sive in Ss. Patrum scriptis, textus quibus pietas magis moveatur et spiritus nutriatur.

2

Lectiones minuantur et melius per annum distribuantur.

3

Lectiones Breviarii substituantur.

4

Lectionarii reformentur.

---

13) Berolinen.
14) Aurelianen.
15) Eshowen.
16) Loiden.

1) Kupelaën, Eshowen, Rabaten.
2) Lilongwen, Niameyen.
3) Lorymien, Massan.
4) Bononien.

5

Reformentur lectiones singulorum nocturnorum Breviarii, i. e. lectiones S. Scripturae et lectiones hagiographicae et homiliae.

6

Optatur revisio Breviarii praesertim quoad lectiones ad Matutinum.

7

Adsint semper tres lectiones: una de S. Scriptura, altera de Sanctorum vita, tertia de homilia.

8

Lectiones Matutini in Breviario Romano reducantur ad unum Nocturnum ac in recitatione privata facultas detur utendi lingua vernacula ad libitum sacerdotis.

9

In seligendis pericopis lectionum Biblia praeferatur.

10

Breviarium magis abundet lectionibus S. Scripturae.

11

Lectiones S. Scripturae augeantur nec parvis sectionibus secentur.

12

Lectiones ex libris Sapientialibus et ex N. T. augeantur et aliis praeferantur.

---

5) Colonien, Secovien, Calydonien.
6) Castrien.
7) Montisvidei.
8) Mostenen.
9) Tarvisin.
10) Medellen, Civitatis Juarezen.
11) Tuneten, Inongoën, Leriben.
12) Dianen.

13

Lectiones S. Scripturae, quae mores Haebreorum et Orientalium spectant, expungantur.

14

Pars praecipua S. Scripturae detur parum de sanctis.

15

In anno totum Novum Testamentum legatur.

16

Lectiones S. Scripturae praesertim Novi Testamenti ampliores sint.

17

Loco lectionum Veteris Testamenti saepius legantur lectiones Novi Testamenti.

18

In Officio defunctorum retineantur in I Nocturno lectiones ex Iob, sed pro II et III Nocturno sumantur textus ex N. T. de resurrectione agentes.

19

Lectiones S. Scripturae in Breviario melius dispertiantur.

20

Lectiones S. Scripturae distribuantur per tres annos.

21

Accuratior fiat selectio textuum S. Scripturae et Patrum.

---

13) Feretran.
14) Hieracen-Locren.
15) Zacapen.
16) Melen, Polyboten.
17) Lomen, Balecien, Uahiguyaen.
18) Friburgen.
19) Posnanien, Namurcen.
20) Oruren.
21) Tremithusius, Sagien, Massilien, Myrinen.

22

Lectiones e S. Scriptura augeantur.

23

Illae Lectiones ex V. T. eligantur quae maxime in luce ponant Mysterium Christi.

24

Reformentur lectiones:

a) N. T. decursu unius vel plurium annorum integrum legatur;

b) V. T. in textibus pulcherrimis sub aspectu messianico selectis unius vel plurium annorum decursu legatur;

c) Libri Patrum et Scriptorum ecclesiasticorum praebeant textus diligenter selectos sub respectu authenticitatis, veritatis et meditationis;

d) Quaevis lectio contextum realem et completum praebeat;

e) Vitae Sanctorum reformentur quoad veritatem historicam.

25

Lectiones ex S. Scriptura ita disponantur, ut in decursu unius anni selecti loci ex tota S. Scriptura proponantur.

26

Maior detur locus lectioni S. Scripturae et permittatur usus bonae versionis in linguam vernaculam.

27

Suadetur ut Breviarium plures lectiones ex Sacra Scriptura, pauciores autem explicationes Evangeliorum contineat.

---

22) Buscoducen.
23) Ipamuen.
24) Berolinen, Apollonien.
25) Friburgen.
26) Sup. Gen. Congr. Beur. O. S. B.
27) Cincinnaten.

28

Breviarium expurgetur ab aliquibus locis V. T. qui perturbare possunt.

Expurgetur etiam a lectionibus quae vim obtinent a sola significatione numerorum, a genealogiis et a narrationibus fabulosis.

29

In Breviario ex Scriptura Sacra omittantur bella et psalmi imprecatorii.

30

Quaedam lectiones ex V. T. circa « relationes sexuales » substituantur.

31

Nonnullae lectiones I Nocturni brevientur.

32

Adsint tantum tres lectiones in Breviario.

33

Denuo pertractentur lectiones Secundi Nocturni.

34

Lectiones de Sanctis eorundem indolem et virtutes potissimum exhibeant.

---

28) Derthonen.
29) Tamimen, Tokien, Jalpaigurien.
30) Jalpaigurien.
31) Czestochovien.
32) Darnitan, Caurien — Castrorum Caeciliorum.
33) Lomen, Balecien, Guluen, Bobodiulassen, Mopoien, Uahiguyaen, Intern. Ap. in Aegypto, Inongoën, Dakaren, Ipamuen, Rabaten, Civitatis Reginae, Miletopolitan, Tabboren, Maxulitan, Czestochovien, Sinianden, Posnanien, Daulien, Sinden, Fernen, Ordinarii Indonesiae, Bangaloren, Dibrugarhen, Sup. Gen. Sac. S. Cordis J., Sup. Gen. Cong. Calabria, Sup. Gen. Miss. Fil. Ss. Cordis J.
34) Buscoducen.

35

Martyrum acta historico tamen fundamento probata, ad fortitudinem sacerdotum reficiendam restituere oportet.

36

Eliminentur omnia quae cum veritate historica non concordant.

37

Veritatis historicae causa, relinquantur quaedam legendae in lectionibus Secundi Nocturni.

38

In officiis nonnullorum Sanctorum lectiones secundi Nocturni magis critice confici possent.

39

Instituatur revisio rigorosa festorum et lectionum secundum normas historicas.

40

Supprimantur officia S. Anacleti Papae et martiris (die 13 iulii) aliorumque Sanctorum, de quorum existentia solida ratio dubitandi habetur. Pariter supprimantur ea quae verisimilia non apparent, v. g. die 17 martii in festo S. Patricii; quae usibus hodiernis repugnant, uti die 11 maii de S. Iacobo Ap.; ea quae ludibrio et irrisioni ipsorum Sanctorum cedunt (e. g. die 21 oct. S. Hilarionis).

41

Lectiones II Nocturni abbrevientur et omnia, quae a veritate historica discrepant, et quae nationalismum exaggeratum fovere videntur, ex eis expurgantur.

---

35) Regien in Aemilia.
36) Girbitan, S. Galli, Laranden, Vicentin.
37) Maximianopolitan in Palaestina, Tremithusius, Sagien, S. Claudii.
38) Pelusiotan.
39) Desmoinen, Lincolnen, S. Joannis Quebecen, Portus Gratiae-Granfallen.
40) Zamboangen.
41) Olbien, Burlingtonen, Pembroken, Gaspesien, Saginaven.

42

Lectiones eligantur multiplicis argumenti et historicae veritati consonantiores.

43

Breviores lectiones de Sanctorum vita veracitati historicae magis accomodentur.

44

Nonnullae lectiones secundi Nocturni corrigantur.

45

Lectiones II Nocturni multorum officiorum notabiliter abbrevientur et reformentur.

46

Si agitur de lectionibus, praesertim II Nocturni, corrigendis, nihil dicendum; si vero agitur de Breviario contrahendo, periculum adest inferendi vulnus vitae interiori sacerdotum.

47

A Breviario expungantur omnes legendae quae ad veritatem vitarum sanctorum minime respiciunt.

48

Officium Divinum valde contrahatur, duos Nocturnos quaedam responsoria et, in ritu duplici, sex lectiones auferendo et, peculiaribus circumstantiis, aliis precibus commutando.

---

42) Sup. Gen. Marianist.

43) De El Peten, Civitatis Juarezen, Sebasten in Armenia, Nyundoën.

44) S. Sebastiani Fluminis Januarii, Reconquisten, Tepicen, Milevitan, Limonen.

45) Leirien, S. Galli, Laranden, Feretran, Mantuan, Ilcinen, Dianen, Assisien, Apuanien, Auximan et Cingulan, Consentin, Viglevanen, Pinnen-Piscarien.

46) Sup. Gen. Soc. a S. Paulo.

47) Hieracen-Locren.

48) Aversan.

49

Lectiones Breviarii reformentur. Responsoria omnia recitentur vel canantur tantummodo in choro et non in recitatione privata.

50

A Breviario eripiantur vel saltem emendentur illae de Sanctorum vita lectiones quae iam iudicio doctissimorum scriptorum admitti nequeunt.

51

Lectiones quae devotionem non faveant aboleantur.

52

Aliquae lectiones excerpi possunt e libris classicis de re spirituali, veluti imitatione Christi et huic similibus, ex documentis pontificiis quae de spiritualitate sacerdotali agunt.

53

Lectiones III Nocturni recenseantur.

54

Maior textuum Ss. Patrum varietas desideratur in Breviario.

55

Quaedam homiliae nimis prolixae contrahantur.

56

Lectiones e scriptis Patrum recenseantur.

57

Homiliae Patrum emendentur.

---

49) Preslaven.
50) Caiacen.
51) Bobodiulassen, Lilongwen, Guluen, Carthaginen, Intern. Ap. in Aegypto.
52) Eumenen.
53) Miletopolitan, Daulien, Potosien in Bolivia.
54) Lilongwen.
55) Jalpaigurien.
56) Buscoducen.
57) Caiacen.

58

Lectiones tertii nocturni aboleantur.

59

Homiliae quaedam locum cedant aliis quae sint temporibus nostris magis « praedicabiles ».

C) *De Laudibus*

1

Tollantur omnes preces in officio et II schema ad Laudes.

2

Laudes secundi loci aboleantur, item tertius Nocturnus secundi loci in feria quarta.

3

Auferantur Laudes II loco.

4

Laudum secundum schema aboleatur, « Miserere » ad Primam certis diebus translato.

5

Invocatio S. Spiritus in Laudibus addatur.

6

Laudes non amplius dicantur.

---

58) Bondoën.
59) Portlanden in Oregon, Crossen.
1) Cusien.
2) Fidentin.
3) Hinganfen, Montisvidei.
4) Constantinian.
5) Ootacamunden.
6) Lilongwen.

D) *De Horis minoribus*

1

Horae Minores ad maiorem simplicitatem reducantur, demptis saltem versibus et repetitionibus choralibus.

2

Horae minores in consueta forma retineantur. At Prima adaptetur formae generali horarum minorum (tres psalmi, lectio brevis, versus, Kyrie eleison, oratio).

3

In horis minoribus Dominicae recitetur non totus Psalmus 118 sed una tantum pars quoniam in omnibus eius partibus eadem mens continuo revertitur.

4

Prima et Completorium dicantur ad libitum, pro ceteris horis minoribus componantur novae formulae breves et immutabiles, ut etiam inter occupationes diei hora competente recitari possint.

5

Singulae Horae Breviarii quolibet diei tempore libere recitari possint.

6

Horae breviores sint.

7

In horis parvis unus tantum Psalmus recitetur.

8

Horae minores habeant unum psalmum et orationem diei.

---

1) Arcis Lamy.
2) Friburgen.
3) Polyboten.
4) Aquisgranen.
5) Camulianen.
6) Lomen.
7) Luxemburgen.
8) Popayanen, Vaccarien.

9

Contrahantur in unum orationes Vesperarum et Completorii ita ut fiant velut oratio vespertina sacerdotum.

10

Vesperae et Completorium aboleantur.

11

Vesperae et Completorium habeant unicum psalmum et orationem diei; possint recitari etiam ante meridiem.

12

Recitatio horarum parvarum, Prima excepta, ad libitum relinquatur sacerdotum ad chorum non obligatorum.

13

Recitatio horarum minorum relinquatur ad libitum.

14

Tollantur Prima, Sexta et Nona.

15

Teneantur uti nunc, Tertia, Vesperae, Completorium.

E) *De Hymnis*

1

Opportuna videtur substitutio multorum hymnorum qui, etsi accurata poetica arte conditi, nullum tamen religiosum afflatum tenent et a veteri hymnologia catholica longe distant.

---

9) Arcis Lamy.
10) Aurelianen.
11) Popayanen.
12) Ardachaden.
13) Posnanien, Sup. Gen. Miss. Fil. Ss. Cordis J.
14) Aurelianen.
15) Aurelianen.
1) Sidetan.

2

Hymni antiquiores Urbani VIII temporibus iuxta normas stilisticas metricas nimis humanisticas emendati, ad lectionem originalem et authenticam redigantur. Quod non solum multum proderit pietati, sed faciliorem, immo possibilem editionem typicam Hymnarii, quoad cantus efficiet.

3

Longiores Hymni dividantur vel brevientur.

G) *De Antiphonis et Responsoriis*

1

In omnibus antiphonis ac responsoriis dimidiandis vel alternandis sensui magis consulatur, v. g. Ant. « Maria dixit » quin sequatur quid dixerit.

2*

Antiphona ante psalmum recitetur integra, post Psalmum omittatur.

3*

Antiphonae etiam in horis minoribus semper integrae recitentur.

4

Subtilis distributio eliminetur responsoriorum unius et plurium Martyrum extra et intra tempus Paschale, Pontificis Martyris et Confessoris, Martyris, Confessoris Pontificis aut non Pontificis et in dominicis augusti, septembris et octobris.

---

2) Tarvisin, Fanen.
3) Caurien — Castrorum Caeciliorum, Pessinuntin.
1) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
2*) Posnanien.
3*) Friburgen.
4) Fidentin.

G) *De precibus*

1

Feriales preces supprimantur.

2

Restituantur preces et ita reformentur, ut sollicitudines ecclesiae universalis et particularis Deo commendentur.

4. De obligatione divinum Officium recitandi

1*

Iterum in mentem revocetur breviarii obligatio, quia frequentius relinquitur.

2*

Obligatio breviarii urgeatur, quia aliqui sacerdotes, praesertim iuvenes, de ea curam non habent sicuti oportet.

3

Moneantur clerici de natura horarum canonicarum, quae sunt praeces vocales et vocaliter dici debent: non sufficit eas oculis prosequi tantum, sicut ephemerides leguntur.

4

Onus conscientiae, si retinendum est, imponatur non ratione integrae recitationis Officii sed ratione definiti temporis recitationi destinati, facultate tradita sacerdoti eodem tempore aut integrum Officium recitandi aut partem tantum eiusdem prosecutam constanti meditatione.

---

1) Montisvidei.
2) Berolinen.
1*) Berolinen, Cadurcen, Annecien, Andegaven, Rhedonen, Apamien, Bisuntin, Sup. Gen. Congr. Gall. O. S. B., Sup. Gen. Servor. B. M. V.
2*) Montis Pessulani.
3) Dibonen.
4) S. Joannis anibus Missio.

5

Obligandus non esset Sacerdos saltem sub gravi, magis quam ad unam horam orationis quotidianam, ergo videtur conveniens relinquere ad libitum Sacerdotis commutare Meditationem cum parte Divini Officii exclusis tamen Matutino, Laudibus, Prima et Completorio.

6

Pars Breviarii, sive Matutinum cum Laudibus, sive horae minores, ad libitum sacerdotis dici possint, seu saltem ne obligent sub gravi.

7

Minima tantum pars Officii sit sub praecepto gravi.

8

Breviarium non sit sub gravi, sed imponatur sub poena privationis usus Ordinum, beneficii, dignitatis, etc.

9

Obligatio introducatur recitandi quotidianum divinum officium pro omnibus clericis saecularibus ritus orientalis.

10

Clerum catholicum rituum orientalium clero ritus latini quod attinet ad obligationem recitationis divini officii aequiparare liceat.

5. De dispensatione et commutatione divini Officii

1

Normae statuantur pro dispensatione divini Officii.

---

5) Aegitanien.
6) Civitatis Mariae.
7) Laginen.
8) Brigantien, Valleduparen.
9) Philadelphien Ruthenorum.
10) Stamfordien Ruthenorum.
1) Aphnaeten.

2

Dispensentur a recitatione Breviarii qui in diebus festis bis vel ter celebrare tenentur et homiliam dicunt.

3

Determinentur adiuncta ac motiva dispensationis a iure.

4

Qui in diebus festis bis vel ter litant et per unam horam cum dimidio confessiones audiunt dispensentur a recitatione Breviarii vel tantum ad Matutinum et Laudes teneantur.

5

Sacerdotibus qui bis vel ter litant, concedatur facultas non recitandi Matutinum et Laudes.

6

Dispensentur saltem ex parte a Breviario qui in diebus festis ministerio incumbunt per amplius quam sex horas.

7

Diebus dominicis et festis de praecepto, Sacerdotes animarum curae addicti, ab onere divini Officii recitandi vel totaliter vel partialiter dispensentur. Idem dicatur de coetu canonicorum in parvis dioecesibus, ubi deficiente clero omnes canonici validi in auxilium parochorum adhibendi sunt.

8

Statuatur presbyteros curis pastoralibus nimis gravatos, sine recursu ad confessorem, seipsos a breviario dispensare posse ad scrupula et dubia vitanda.

---

2) Sucren, Chillanen, Caxien, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
3) Vercellen, Panormitan.
4) Nyerien.
5) Northantonien.
6) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
7) Assisien.
8) Sup. Gen. Congr. Bras. O. S. B.

9

Pastores ne recitent Breviarium in diebus festis et aliis diebus in quibus per horas animabus incumbunt.

10

Indulto generali fas sit sacerdotibus Breviarii recitationem omittere illis diebus quibus per tres saltem horas ininterrupte sacramentales confessiones audierint.

11

Obligatio recitandi breviarium maneat, nisi forte diebus dominicis et festis; adiungi fortasse posset tertia Rosarii Marialis pars, quae ubicumque, quavis hora et quocumque temporis intervallo, facillime absolvi poterit.

12

Episcopis detur facultas ut obligationem orandi sacerdotum nimio labore in cura animarum occupatorum pro casu ita mutare possit, ut illi sub gravi teneantur omni mane per dimidiam horam meditationi seu orationi mentali et per alteram dimidiam horam recitationi divini officii, et quidem tantae eius partis, quantam digno modo intra hoc spatium persolvere possunt, incumbere. Vespere vero sacerdotes tenerentur ad recitationem Vesperarum et Completorii.

13

Diebus dominicis et festis necnon missionum tempore sacerdotes in paroecia degentes Breviarii obligationi satisfaciant per marialis Rosarii recitationem.

14

Diebus saltem dominicis aliisque de praecepto sacerdotes maiore labore onerati, facultate fruantur commutandi Divinum Officium in tertiam partem Rosarii mariani: quae recitatio tantum « sub levi » praescribatur.

---

9) Rhoinen, S. Ludovici in Argentina, Sanaven, Arequipen.
10) Taubaten.
11) Tudertin.
12) Sup. Gen. Congr. Beur. O. S. B.
13) Marilien.
14) Manilen.

15

Sacerdotes, sacri ministerii officiis addicti, quique frequenter ex multiplicibus occupationibus Officii recitationem negligunt aut omittunt, iusta et rationabili causa horas canonicas commutare valeant cum recitatione tertiae partis Rosarii B. M. V. vel alia aequivalenti oratione.

16

Statuatur principium « equipollentiae » scilicet alia caeremonia supplere possit « Horarum » vel « Matutini » recitationem.

17

Indultum datum est quo sacerdos breviarii recitatione dispensatur occasione magni concursus fidelium; essetne possibile dispensationem generalem obtinere pro sacerdote in istis stationibus secundariis ministerium exercituro?

18

Omnes qui obligatione Breviarii tenentur si vitam communem e. g. in Seminario, in domibus religiosorum agant, recitationem eius a choro vel saltem a duobus tribusque renovent. Si qui vero eorum officiis liturgicis vel publicis devotionibus ad unam horam active participent, id hac die pro recitatione Breviarii computetur.

19

Episcopus possit dispensare ab Officio divino ob adversam valetudinem.

20

Ad fovendam participationem activam sacerdotum qui Missis Solemnibus assistunt dispensentur a recitatione horarum minorum.

21

Recitatio divini Officii valida sit pro sacerdotibus, loco aliarum precum, ad lucrandas indulgentias toties quoties.

---

15) Sup. Gen. O. F. M.
16) Rabaten.
17) Usumburaën.
18) Vladislavien.
19) Mexican.
20) Reunionis.
21) Montisvidei.

22

Ordines Mendicantes, quorum sodales apostolatus operibus sedulo incumbunt, gravi obligatione recitationis choralis divini officii leventur, firma semper ea obligatione quae in eorum constitutionibus statuitur.

23

Cur soli Religiosi, qui quoad orationem plus praestare deberent ac sacerdotes saeculares, privilegium habent recitandi Breviarium « mentaliter » ut quidam affirmant?

24

Cur sacerdos qui cum monachis per longas horas officium divinum iuxta Breviarium monasticum cantat, easdem horas iuxta Breviarium Romanum iterare debet ad normam can. 135?

25

Dispensatio Breviarii de qua gaudent religiosi missionarii abolenda est etenim parochi eosdem et diuturniores debent sustinere labores.

26

Omnibus ad breviarium quovis modo adstrictis, in certis circumstantiis, detur generalis licentia mutandi officium divinum in quindecim cades rosarii.

27

Si onus Divini Officii immutetur cum dimidia hora lectionis S. Scripturae melius provideretur sacerdotum sanctitati, quia saepe tantum adest repetitio verborum et tantum intentio orandi...

28

Quando circumstantiae difficilem reddunt Breviarii recitationem, cum exercitiis pietatis statutis supplere possit.

---

22) Sup. Gen. Ter. Ord. Reg.
23) Philippopolitan in Thracia.
24) Philippopolitan in Thracia.
25) Victorien Spiritus Sancti.
26) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
27) Poncen.
28) Luluaburgen, Kabindaën, Tshumbeen, Lueboën.

29

Sacerdotes iter longum facientes et simul maiorem partem diei in apostolatu occupati, eximantur a recitatione divini officii.

30

Commutatio officii in preces vocales, in itinere et ob rationabilem causam, facilius et iudicio subiectivo admittatur.

31

Concedatur commutatio Breviarii cum S. Rosario pro itineribus.

32

Loco Breviarii imponatur Rosarium sacerdotibus itinerantibus vel in Oratoriis ruralibus ministerium exercentibus.

33

Ordinarii permittere valeant bis in hebdomada commutationem lectionum Matutini et Laudum in lectionem S. Scripturae per semihoram.

34

Sacerdotes qui litanias Rogationum vel Laudes aut Vesperas aut Completorium cum populo canunt, satisfaciant obligationi propriae.

35

Sacerdotes qui feriis Rogationum processionibus cum fidelibus intersunt, si litaniae Sanctorum in lingua vernacula iam recitatae vel cantatae fuerunt, eas in Breviario post Laudes omittere possint.

---

29) Jaren.
30) Dianen.
31) Rossanen.
32) De Ponta Grossa, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
33) Tuneten.
34) Baianen.
35) Cartennitan.

IV. DE CULTU EUCHARISTICO

1. De Eucharistico cultu in genere

1

Eucharisticus cultus incrementum habeat.

2

Adoratio Christi in Ss. Sacramento non inficitur, sed paulatim decrescit. Suscipientes S. Communionem non genuflectunt et gratiarum actionem omittunt. Praeterea multi non genuflectunt quando Ss. Sacramentum in processione publice fertur: ignorant enim rectam notionem de adoratione, quia de ea raro fit sermo.

3

Multiplicentur benedictiones Ss. Sacramenti.

4

Non videtur exquirenda licentia Ordinarii ad expositionem solemnem et publicam Ss. Sacramenti (can. 1247).

5

Extendatur facultas Ordinarii loci permittendi custodiam Ss. Eucharistiae in oratoriis publicis et semipublicis, etiam non solemniter benedictis quia tum sacerdoti praesertim missionario tum ipsis fidelibus valde utilis est praesentia Ss. Eucharistiae quandocumque parochus vel missionarius pagos per aliquot dies visitet.

---

1) Vartanen, Bisuntin, Sup. Gen. Congr. Resurrect.
2) Arcen.
3) Sup. Gen. Fratern. Sac.
4) Cerrarum, Cassanen.
5) Agathonician.

6

Can. 1271 alia praescriptio addatur qua lux electrica usque nunc vetita, lucere permittatur coram tabernaculo quousque Sanctissimum Sacramentum asservatur.

7

Permittatur quodcumque oleum vegetale in lampada coram Sanctissimo.

8

De forma altaris et Tabernaculi Eucharistici aliquid utiliter decernatur.

9

Forma altaris in quo habitualiter servatur Eucharistia sit talis ut omnes etiam pueri facile illud inter cetera altaria distinguant.

10

Expletis casibus in iure consideratis, opportunum videtur iubere ut Ss. Sacramentum super altare maius permanenter adservetur, non transferatur de altari ad altare; expositiones eucharisticae semper super altare maius maneant, sanctorum imagines in choro ne exponantur ut candelae et oblationes offerantur, dum Ss. Sacramentum cum suo humili lumine fere oblitum stat.

11

Missa in honorem Ss. Eucharistiae praefatione propria donetur.

12

Cultus erga Ss. Cor Iesu, quinque vulnera Christi, Vultum Sacrum et similia, aliquo modo ad totam personam Christi pressius vinculentur, ita ut rudiores ducantur facilius ad intelligentiam Christi amantis vel Salvatoris patientis potius quam ad amorem Christi vel ad Passionem Christi. Orientalibus enim, uti videtur, parum placet cultus singularum partium Christi.

---

6) Capicen.
7) Sorsogonen.
8) Nemausen.
9) Maceraten et Tolentin.
10) Philippen.
11) Crotonen.
12) Bumburien.

13

In quadam regione hispanica parva diffunditur aestimatio devotionis erga symbolum S. Cordis Iesu, atque erga praxim novem primarum feriarum sextarum cuiusque mensis; tam sacrilegam impietatem quaedam ephemeris civitatis Salmanticae ausa est commendare.

14

Promissio sic dista magna devotionis primarum feriarum sextarum authentica non esse declaretur.

15

Vitentur exaggerationes in cultu Sanctorum et particularibus devotionibus Ordinum et Congregationum religiosarum, ad praecavendum cultui Ss. Eucharistiae.

16

Ipsa Sacra Communio facilius intra Missam distribuatur; cantetur « Credo » et forsan « Gloria » eo tempore quo Communio distribuitur; peragatur ipsa Missa usque ad ultimam benedictionem dum Communio distribuitur; distribuatur Communio ab aliis quam sacerdotibus e. g. ab acolythis caelibibus qui aetatem decimam septimam attigerunt quique integrum annum Sancto Patrono (e. g. Pancratio, Tarsicio) dedicantur, et quidem aliis locis praeter locum consuetum quo a fidelibus ad cancellos recipitur.

17

In missionum locis presbyteris Ss. Sacramentum deferendi facultas detur ad benedictionem in illis ecclesiis ubi Ss. Eucharistia servari nequit impertiendam.

---

13) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
14) Kisumuen.
15) Boianen-Campobassen.
16) Trebennaten.
17) Joannesburgen.

18

Specialis commissio tum apud curias dioecesanas tum apud regulares instituenda suadetur, cuius officium erit incumbere normis liturgicis pro cultu Ss. Sacramenti, hodie passim violatis, ad unguem exsequendis.

19

Expositio solemnis Ss. Sacramenti sit plene libera.

20

Expositio solemnis Ss. Sacramenti circumscribatur.

21

Superior religionis laicalis et Superiorissae possint exponere Eucharistiam pro adoratione subditorum.

22

In can. 1274 § 1 C. I. C. expungantur verba: « iusta et gravi de causa »; vetetur vero expositio etiam quotidiana si non adsunt saltem 8 vel 10 fideles.

2. De custodia Ss. Eucharistiae

1

Ordinariis facultas concedatur Ss. Sacramentum asservandi iusta de causa, etiam in aliis quibusdam ecclesiis praeter C. I. C. (can. 1265 § 1 n. 2) dispositionem.

2

Eucharistia ex iure communi servari possit habitualiter in domibus religiosorum.

---

18) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
19) Punien.
20) Medellen.
21) Attuden, Belemen de Parà.
22) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
1) Nuoren.
2) Rhoinen.

3

Ss. Eucharistia possit custodiri in locis ubi non dicitur Missa semel in hebdomada ob inopiam sacerdotum, saltem cum sola permissione Episcopi.

4

Eucharistia ex iure communi servari possit in oratoriis Ordinariorum loci.

5

In ecclesiis in quibus altare versus populum sit, asservatio Ss. Eucharistiae in alio altari permittatur.

6

Addatur can. 1265 § 2 « et in Ecclesiis principalibus dioeceseos ».

7

In can. 1265 § 2 supprimantur verba: « per modum actus ».

3) Tampicen.
4) Rhoinen.
5) Medellen.
6) Brigantien in Brasilia.
7) S. Sebastiani Fluminis Ianuarii

V. DE CULTU SANCTORUM

1. De indole cultus christocentrica

1

Centralitas cultus liturgici extollatur.

2

Edatur Constitutio dogmatica indicans quod sicut Christus est centrum et fundamentum veritatis catholicae, ita debet esse centrum et fundamentum devotionis et vitae spiritualis fidelium.

3

Siquidem spiritualitas hodierna magis magisque christocentrica minus vero devotionalis facta est, optabile videtur ut aliquae consuetudines sicut v. g. veneratio Reliquiarum, usus indulgentiarum, festa Sanctorum, novenae, peregrinationes ad Sanctuaria etc. limitentur vel penitus aboleantur. Nam interdum lucri pecuniarii gratia servantur cum mixtae sint cum usibus superstitione imbutis et saepe maior auctoritas et propagatio contigat iis quam praedicationi Verbi Dei et sacramentorum usui.

4

Sanctorum festa in Ecclesia universali pauciora fiant, ut populus magis alliciatur ad Christi vitam et mysteria religionis meditanda. Quaelibet natio vel provincia ecclesiastica vel particularis ecclesia referat festa cuiusque propria.

5

Devotiones ad Christum sub novis titulis vitentur.

---

1) Legionen, Driziparen, Thuggen.
2) Armachan, Dromoren.
3) Roterodamen, Ruremonden, Groningen, Ultraiecten.
4) Mantuan.
5) Afogaden de Ingazeira.

6

Cultus Deo redditus latius pateat, cultus Sanctorum ad quasdam tantum et maximas reducatur festivitates.

7

Per multiplicationem devotionum particularium difficilis est reditus ad religionem erga Patrem Caelestem per Christum Dominum nostrum.

8

In cultu effeminatio vitetur.

2. De cultu B. Mariae V.

1

Cultus erga Matrem Dei videtur magis viriliter et theologice ordinandus, ita ut dissidentes neque occasionem teneant catholicos de Maria-latria accusandi.

2

In cultu B. M. V. et Sanctorum magis semper fulgeat ut centrum Redemptor et Mediator Christus; usus umbellae in processionibus abrogetur una cum expositione in centro altaris.

3

Finis et limites cultus Matris Dei clare et expresse definiantur, cum Protestantes nobis exaggeratum cultum B. M. V. imputent, praesertim cum in praxi populus orationem ante statuam B. M. V. vel alicuius Sancti adorationi ipsius Iesu Christi, in ostensorio expositi, praeferre videatur.

4

Improbetur abusus visitandi immediate B. M. V. altare, neglecto Ss.mo Sacramento.

---

6) Derthonen.
7) S. Joannis a Missionibus.
8) Reconquisten.
1) Victorien de Conquista.
2) Vicentin, Maceraten et Tolentin.
3) Bumburien.
4) Imae Telluris et Pointapitren.

5

Improbentur obiectiones contra sic dictam « Inflationem marianam in Ecclesia ».

6

Ecclesia cultum Cordis Immaculati B. M. V. magis ac magis commendet et venerabiles Patres Concilii totius mundi Cordi Immaculato Mariae consecrationem renovent.

7

Post Baptismum, Confirmationem, primam Communionem, Viaticum fideles ad B. M. V. consecrentur.

8

Festivitas diei 24 Maii in honorem B. M. V. sub titulo « Auxiliatricis populi christiani » extendatur ad universam Ecclesiam.

9

Invocatio « Benedictum sit Cor Immaculatum Mariae » precibus post Missam vel Benedictionem Eucharisticam recitandis addatur.

10

In quadam regione hispanica parva vel minima est aestimatio B. M. V. eiusque cultus, ubi magister spiritus Seminarii suos alumnos minus recte edoctos habuit.

11

Super altaria determinatis Sanctis vel Mysteriis dicata, sub pictis tabulis plurimis in locis mos introductus est ponendi aliam imaginem S. Cordis vel B. M. V. vel Sanctorum, quando piarum mulierum devotioni indulgendo, quando vero ad copiosiores eleemosy-

---

5) Tarraconen.
6) Ambaniaën, Algerien, Lagoueten.
7) Aguariccoen.
8) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii.
9) Sup. Gen. Ord. Carm.
10) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
11) Philippen, Tarvisin.

nas captandas; etiam fit ut plures imagines B. M. V. habeantur in eadem ecclesia et statuae Sanctorum extra altaria: nonne opportunum esset haec incongrua prohibere, templo et altaribus simplicitatem pristinam restituere, mercaturae speciem auferre?

12

Duplex imago B. M. V. vel Sancti ne sit in eadem ecclesia.

13

In quibusdam templis imagines B. M. V. nimis multiplicantur.

14

Prohibendae expositiones quas B. M. V. dicunt.

15

Approbatio novarum devotionum erga B. M. V. sub novis titulis vitetur.

16

Denominationes B. M. V. ne augeantur.

17

Titulus aequivocus B. M. V. « Virginis Sacerdotis » damnetur.

18

Secunda pars « Ave Maria » sic sonet: « Sancta Maria, Mater Dei et nostra... ».

19

Liceat mariale rosarium recitare libere Evangelium meditando, rosarium enim caret pluribus mysteriis dogmaticis.

---

12) Caesenaten.
13) Majoricen.
14) Pisan.
15) Afogaden de Ingazeira.
16) Lungren.
17) Sebasten in Cilicia.
18) Melen.
19) Marilien.

3. De cultu S. Ioseph

1

Cultus S. Ioseph foveatur.

2

Consecretur mundus ad cor Ioseph. Talis consecratio compleret consecrationes Cordi Iesu et Cordi Mariae, necnon esset digna corona secundi Concilii Vaticani.

3

Bonum, dignum et iustum erit si nomen S. Ioseph canoni Missae inseratur.

4

Nomen S. Ioseph collocetur ante Archangelorum invocationes aut certe ante illam Ioannis Baptistae in Sanctorum litaniis.

5

In litaniis omnium Sanctorum et in ordine commendationis animae nomen S. Ioseph nominibus Angelorum et aliorum omnium Sanctorum praeponatur.

4. De cultu aliorum Sanctorum

1*

Sanctorum cultus est optimus, idcirco non omittendus est, sicut aliquando hodie fit: sunt enim quaedam ecclesiae sine statuis et sacris imaginibus: hoc est contra pietatem fidelium.

---

1) Sup. Gen. Soc. Taurinen S. Ioseph.
2) Sup. Gen. Congr. Helveto-Americ. O. S. B.
3) Sbiden, Sup. Gen. Ord. Recoll. S. August., Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc., Sup. Gen. Soc. S. Cordis Iesu.
4) Nuscan.
5) Caiacen.
1*) Bisuntin.

2

Utilitas practica cultus Sanctorum commendetur.

3

Ecclesia foveat spiritum moderationis et discretionis in cultu Sanctorum, ita tamen ne fratres separati scandali occasionem habeant.

4

Vitae Sanctorum expurgentur quarundam fabularum et omnis exaggerationis.

5

Vitentur exaggerationes in cultu Sanctorum ad praecavendum cultui Ss. Eucharistiae.

6

Petitur ut festa aliquorum Sanctorum ac Martyrum supprimantur eo fine, ut Sancti viri et foeminae recentioris temporis magis venerari possint.

7

Imaginum cultui limites statuantur.

8

Imagines in ecclesiis minuantur.

9

In pluribus ecclesiis et altaribus numerus imaginum ultra mensuram censendus est.

10

Reprobetur copia imaginum piarum super altaria et extra.

---

2) Granaten, Sionen.
3) Arcis Lamy.
4) Uzipparitan.
5) Boianen - Campobassen, Vicentin.
6) Mostenen.
7) Santosen, Portus Veteris.
8) Sanaven, Risinitan.
9) Campi Grandis.
10) Luanden, Philippen.

11

Abusus in cultu externo corrigere oportet, praesertim in cultu Sanctorum et eorum imaginum.

12

Novae devotiones erga Sanctos sub novis titulis ne approbentur.

13

S. Thomas Doctor communis spiritualitatis christianae declaretur.

14

Ad Ecclesiam universalem extendi deberet celebratio festorum S. Mariae Bernardae (Bernadette Soubirous) et S. Catharinae Labouré.

5. De cultu Reliquiarum

1

Illustretur sensus genuinus cultus Reliquiarum.

2

Reliquiae, absolute authenticae, publicae venerationi exhibeantur, aliae omnes auferantur.

3

Reliquiae insignes tantum exponantur et ex ossibus vel carne; microscopicae vero privatae venerationi tantum relinquantur.

4

Reliquiae ex ossibus ne sint populo visibiles.

---

11) Palmen, Riohachaën.
12) Afogaden de Ingazeira.
13) Thibaritan.
14) Armidalen.

1) Arcis Lamy.
2) Kisumuen.
3) Pisauren.
4) Caesenaten.

5

Reliquiae numquam exponantur in medio altaris vel in throno Ss. Sacramenti si sunt Sanctorum vel B. M. V.

6

In cultu Reliquiarum ad historicam veritatem magis attendatur.

7

Cultus publicus reliquiarum B. M. V. ex sepulcro, ex capillis, ex lacte etc. ne permittatur.

8

Severius iudicetur de authenticitate Reliquiarum.

9

Verificentur omnibus locis Reliquiae et falsae eliminentur.

---

5) Maceraten et Tolentin.
6) Vicentin, Consentin.
7) Derthonen.
8) Caesenaten, Vicentin.
9) Hildesheien, Phytean.

VI. DE SACRIS RITIBUS

1. De reformatione ss. rituum in genere

1

Uniformitas in tota Ecclesia, in quantum possibile est, statuatur circa sacros ritus.

2

Unformitas liturgiae quam potius retinenda est, diversitas ostenderet defectum unitatis in Ecclesia.

3

Optatur uniformitas in caeremoniis functionibusque sacris.

4

Multitudo rituum, ubi convenienter fieri potest, ad unitatem tendat.

5

Nonnulla fundamenta laborum in materia liturgica in posterum elucubrandorum deliberentur. At nullatenus res singulares huius materiae agitentur, nempe vota quae reformationem Breviarii et Missalis respiciunt. Concilium lineas tantum ad huius rei naturam pertinentes designet. Materiae liturgicae propriae gremio dicasterii romani confidenter relinqui poterunt.

6

Omnis nationalismus refrenetur in rebus liturgicis, quoniam apud rudes uniformitas est lucida demonstratio unitatis Ecclesiae.

---

1) Vegen.
2) Barcusen.
3) Ascalonitan, Legaspien.
4) Rusicaden.
5) Moguntin.
6) Magnesien ad Meandrum, Thabracen, Arcis Rousset.

7

Ne proponantur experimenta liturgica. Mutationes quae ad maiorem populi christiani fructum necessariae sunt singulis Episcopis totius orbis communicentur quique remittant responsa sua usquedum habeatur concordia inter plurimos, deinde mutationes definitive introducantur.

8

Agatur de reformatione quorumdam rituum.

9

Reformatio liturgica organice et complete aggredienda videtur.

10

Recentiores praescriptiones, uti novus Ordo Hebdomadae Sanctae ac Decretum S. C. Rituum anno 1955 « de rubricis ad formam simpliciorem redigendis » populo christiano aditus ad liturgiam faciliores reddiderunt; optandum est proinde ut ulteriores emendationes compleant hucusque peracta.

11

Dicatur quid in liturgia necessarium et immutabile, quid vero non necessarium: id autem ad mores variarum nationum aptetur.

12

Quaedam adaptationes ad traditiones populorum considerari possint.

---

7) Cemerinianen.

8) Monasterien, Gedanen, Colonien, Medelitan, S. Luciae, Bobien, Cremen, Asculan in Piceno, Themisonien, Prienen, Mutilen, Callien et Pergulan, Collen, Rossanen, Melphien, Tarvisin, Biturgen, Pinerolien, Messanen, Venetiarun, Tarantasien, Atrebaten, Catalaunen, Augustodunen, Rothomagen, Annecien, Myrinen, Corisopiten et Leonen, Bellicen.

9) Sup. Gen. Presbyt. a SS. Stigmat., Sup. Gen. Marist.

10) Ottavien.

11) Ordinarii Indonesiae, Calicuten, Palaien, Tellicherrien, Ernakulamen, Macaonen, Trivandren, Tiruvallen.

12) Mopsuesten, Laguaten, Gallipolitan, Acmonien, Fianarantsoaën, Uagaduquen, Kroonstaden, Berenicen, Uahiguyaen, Babylonen Latinorum, Lydenburgen,

13

Si in Concilio Oecumenico nonnullae refectiones liturgiae constituantur, hac occasione data alte annuntietur omnes sacerdotes conscientia teneri ad praescriptiones liturgicas Ecclesiae observandas.

14

Reformatio liturgica, perspecta authentica Ecclesiae Romanae traditione, et prae oculis habitis omnibus hodiernae scientiae acquisitis, in primis *pastoralis* esse debet et ad spiritualem totius populi christiani utilitatem spectare.

15

Agatur de pastorali liturgia.

16

Si totius liturgiae reformatio a Concilio promulgari nequeat, saltem eiusdem lineamenta generalia proponantur, ad actionem liturgicam recte et prudenter promovendam et ad tollendum omne erroris seu corruptelae periculum, a quo privata incepta raro esse immunia satis constat.

17

Omnino prohibeantur mutationes, quae hodie in s. liturgia a sacerdotibus incessanter perficiuntur sine ullo iure. Usquedum lex antiqua viget, omnes ei oboediant.

18

Biblia eiusque authentica interpretatio per praedicationem liturgiam ipsam integrent.

19

Generaliter optandum videtur ut Ecclesia, quoad plures res, se magis ad culturam hodierni temporis accomodet. Plura, ut proce-

---

Bondoën, Alivalen, Mvanzaën, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi, Nyundoën.

13) Chusiren.

14) Chamberien.

15) Celsonen.

16) Chamberien.

17) Arcen.

18) Lycaonen.

19) Vagen, Roterodamen, Ruremonden, Ultraiecten.

dentia e cultura prisca et obsoleta, sensum religiosum hominum nostri temporis neque stimulant neque nutriunt quin potius nonnumquam vulnerant vel offendunt.

20

Utatur summa simplicitate circa paramenta, utensilia et caetera, quae cultui inserviunt; pro unoquoque templorum catholicorum protestantes bina vel terna loca erigere valent.

21

Frequentes innovationes in liturgia contra bonum animarum sunt et certam diffidentiam gignunt adversus omnem activitatem pastoralem et doctrinalem Ecclesiae.

22

Necessaria est adaptatio liturgiae ad duplicem scopum: cultus scilicet publici, cui reapse tota christiana communitas participare possit, et simul instructionis populi fidelis.

23

Textus et signa mutentur quarumdam orationum et rituum, deprompta ex ea opinione, qua veteres speciem mundi sibi finxerunt.

24

S. liturgia non solum clericorum captui adaptata sit, sed ab omnibus participantibus sine nimia difficultate intelligi debeat. Verba et caeremoniae claritate et perspicuitate quam maxima fulgeant.

25

Sacri ritus et textus ita ordinentur ut actiones sint perspicuae etiam omnibus fidelibus.

---

20) S. Joannis a Missionibus.
21) Brixinen.
22) Mediolanen.
23) Calydonien.
24) Berolinen, Calydonien.
25) Aquisgranen.

26

Actiones aequales pluries iterandae vitentur et actiones mere ex analogia receptae eradicentur.

27

Maior sit perspicacitas in ritibus ita ut facilius intelligantur.

28

Ritus quam maxime simplificentur.

29

Numerus graduum ritus diversi minuantur.

30

Consuetudines archaicae s. liturgiae, hodie a fidelibus non amplius intellectae, removeantur.

31

Ea quae sunt principalia et maioris momenti non obruantur accessoriis.

32

Adaptatio imaginum, symbolorum quae in precibus litaniarum occurrunt ad mentem fidelium desideratur.

33

Liturgia et cultus melius aptentur ad praesentem statum culturae occidentalis.

---

26) Aquisgranen.

27) Brazzapolitan, Uahiguyaen, Arcis Rousset, Civitatis Reginae, Abercornen, Ziguinchoren, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Paneaden Melch., Ptolemaiden Melch., Bostren et Auranen Melch., Petren et Philadelphien Melch., Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ord. Bas. Aleppen Melch., Archim. Ord. Bas. Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ord. Bas S. Joannis Bapt. Melch., Sup. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo.

28) Adamanteae, Cueven, Tubaraoen, Prusien, Arequipen, Portus Principis, Culiacanen.

29) Xapecoën.

30) Kroonstaden.

31) Brazzapolitan, Arcis Rousset, Abercornen.

32) Cataquen.

33) Sup. Gen. Marianist.

34

Sacra liturgia fiat magis reverentialis erga rem sacram quae agitur quam erga ministros sacros.

35

Rituum simplificatio fiat ad lucem theologiae pastoralis non maxima ex parte ad lucem « archeologiae » vel historiae, quamvis et haec praetermittenda non sit.

36

Paraliturgiae strictius prohiberi deberent, quando compertum est eas occasionem dare periculo fidei in christianis rudibus: optamus renovationem liturgicam sed sub regulis et non per nimiam libertatem cuique concessam.

37

Benedictiones Ritualis ad modum vivendi et cogitandi hodierni temporis aptentur.

38

Novitates in liturgia sine Episcopi licentia facillime amplectuntur. Ephemerides, quae in Europa cum magno apparatu eduntur, has novitates divulgant et exempla de aliquibus paucis ecclesiis ita referunt veluti modificationes iam receptas.

39

In materiis secundariis s. liturgiae, quaedam facultates Episcopis concedantur, iuxta tamen indicationes S. C. Rituum.

40

Rubricae Ritualis quandam structuram rituum stricte determinent sed quoad quasdam caeremonias certam flexibilitatem admittant ita ut ritus ab Ordinario loci adiunctis localibus adaptari possint.

---

34) Poonen.
35) Abulen, Segobien, Dausaren, Jacen, Mindonien, Giennen, Santanderien, Heliosebasten, Mitylenen, Aberdonen, Sedunen.
36) Rabaten.
37) Kisantuen.
38) S. Fidei in Argentina.
39) Burdigalen.
40) Rabaten.

41

Licentia relinquatur auctoritatibus localibus determinandi regulas liturgicas particulares.

42

Ad reformandam liturgiam instituatur Commissio Episcoporum ex tobo orbe.

43

Episcopis concedatur facultas aptandi orationes, caeremonias liturgicas iuxta mores loci.

44

Episcopis permittatur maior cura et facultas in rebus liturgicis nostris temporibus et animis magis et aptius accommodandis.

45

Relinquatur Ordinario pro sua prudentia de quibusdam secundariis ritibus statuere, prout locus aut tempus fert, ut v. g. ritus genuflectendi aut standi pro fidelibus.

46

Concedatur maior libertas Episcopis in seligenda materia pro mantilibus liturgicis.

47

Ne fideles arceantur a caeremoniis religiosis, rubricae aliquarum solemnitatum ad breviorem et simpliciorem formam reducantur.

48

Devotiones particulares contrahantur.

---

41) Troaden.
42) Bassianen.
43) Sendaien, Multanen, Indoren, Karachien.
44) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.
45) Basilinopolitan.
46) Risinitan.
47) Macaonen, Multanen.
48) Laetitiae, Sebastopolitan in Abasgia.

49

« Europeitas » Ecclesiae latinae attenuetur in ecclesiis ritus latini non « europeis ».

50

Latini ritus fideles, ad sacram celebrationem in ritu orientali accedentes, invitentur ut liturgicis orientalium ritibus se conformare studeant.

51

Ubi orientalis ritus sacerdotum penuria id suadeat, Ordinarii concedere valeant ut, per modum actus et astantium admiratione remota, sacerdotes latini ritus, vestibus liturgicis orientalibus induti, aliquibus, praesertim Maioris Hebdomadae celebrationibus, participare queant.

52

Secundum can. 1 C. I. C. Orientalis mentem, divini Officii quotidiana, privata quidem, celebratio, sacerdotibus orientalibus valde commendetur.

53

Symbolismus liturgicus aptetur doctrinae et moribus populorum.

54

Religiosi, qui privilegio particularis ritus gaudent, sacrum celebrent extra domum religiosam iuxta ritum loci, saltem quando coram populo hoc faciunt.

55

Solemniter declaretur omnem ritum in Ecclesia Catholica admissum eiusdem esse iuris et dignitatis.

---

49) Claudiopolitan.
50) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
51) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
52) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
53) Berenicen.
54) Yarmuthen.
55) Leucaden.

2. De simplificatione rituum in sacramentorum et sacramentalium administratione

1

Ritus in administratione sacramentorum adaptari debent usui locali vel moderno e. g. usus salivae in administratione Baptismi repugnat multis. Ordinarius loci competens sit circa introductionem novarum caeremoniarum liturgicarum, ita ut adaptentur usui et intelligentiae communi locorum.

2

Rubricae simpliciores sint in quibusdam sacramentis administrandis.

3

Ritus sacramentorum et sacramentalium emendentur.

4

In sacramentorum ritibus plura simplificentur quae archaicum symbolismum redolent.

5

Ritus in administratione sacramentalium, praesertim in peragenda sepultura ecclesiastica, indoli uniuscuiusque nationis propriae correspondeant.

6

Ritus administrationis sacramentorum simpliciores sint.

---

1) Sidonien.
2) Sup. Gen. Mission. Scheut.
3) Holmiae, Nepten. Inongoën, Abercornen.
4) Hispalen, Valentin, Lucen in Hispania, Kielcen, Mitylenen, Ultraiecten.
5) Daonien.
6) Barquisimeten.

3. De liturgia paschali

1

Desideratur revisio caeremoniarum et precum tridui Hebdomadae Sanctae, ut sensus doctrinalis Missae melius extollatur.

2

Omnes solemnitates Hebdomadae Maioris celebrari possint ante meridiem ut olim, quia in « Tanganika » semper occurrunt tempore pluviae, deest illuminatio viarum, incolae harum regionum iter nocturnum tantum faciunt in gravi necessitate et post functiones impossibile est petere domus suas ante occasum solis.

3

Experientia prae oculis habita, examini subiiciatur modificatio inducta in Liturgia Tridui Sacri, prae oculis habentes finem et subordinationem liturgiae bono pastorali.

4

In Coena Domini tot Missae celebrentur quot sint necessariae ut fideles Sacrum audiant et divinum Sacramentum suscipere possint.

5

Brevietur ritus benedictionis oleorum in Missa Chrismatis.

6

Cum in Hispania Feria V et VI Hebdomadae Sanctae sint etiam festa civiliter, optandum est ne urgeatur adeo observantia communis liturgiae ut fructus solemnitatum localium impediantur.

---

1) Cataquen.
2) Morogoroën, Kadunaën.
3) Zamoren.
4) Caronen.
5) Clunien, Hafniae, Helsinkien, Holmiae, Leontopolitan.
6) Santanderien.

7

Ob peculiares circumstantias ne notabilis fidelium pars excludatur a liturgia quam semel tantum licet peragere, optandum esset ut ordinario liceret per Hebdomadam Sanctam facultatem binandi etiam in eadem paroecia sacerdotibus concedere.

8

In Coena Domini adsit etiam Missa matutina et si parochus est solus possit binare, quia in aliquibus paroeciis viginti milia recipiunt S. Communionem Paschalem.

9

Liceat omnibus sacerdotibus Missam celebrare omnibus et singulis diebus Maioris Hebdomadae. Valde enim mirum in his proprie diebus pauciores Missas celebrari.

10

Restauratio Missae matutinae Feriae V in Coena necessario inducenda. Optatur etiam restauratio solemnis adorationis a mane usque ad vesperum. Denique Missa in Coena Domini ut conclusio liturgiae huius diei.

11

Veneratio Oleorum Sacrorum in Feria V Hebdomadae Sacrae valde simplificetur ita ut Episcopus semel tantum cantet: « Ave Sanctum Oleum etc. » dum omnes semel tantum genuflectunt.

12

Novus ordo pro missionibus constituatur, cum in his regionibus unus tantum adest sacerdos, qui hisce diebus (i. e. Sacrae Hebdomadae) administrationi sacramentorum totus incumbere debet.

---

7) Derrien.
8) Garzonen, Popayanen.
9) Sidonien.
10) Ascalonitan, Caebuan, Ubazen.
11) Ordinarii Indonesiae.
12) Ascalonitan.

13

Feria sexta in Parasceve amplior occasio praebeatur recipiendi S. Communionem pueris ac iuvenibus.

14

Cur unus actus liturgicus habetur in Parasceve, dum Ecclesia quinquies impletur?

15

Orationes in Missa Praesanctificatorum brevientur.

16

Nominetur Episcopus residentialis in orationibus Feriae VI Hebdomadae Sanctae et in Litaniis Sanctorum.

17

Ut uberiores fructus hebdomada sancta ferat, ulterius abbrevientur ritus sacri, imprimis lectiones in Vigilia Paschali.

18

Ordo « Hebdomadae Sanctae » restauratus celebretur non vespere sed mane; vel id relinquatur Ordinario; ratio est aestus diei in regionibus nostris.

19

Restauretur Missa matutina in die Sabbati Sancti ut olim fiebat et concludatur tempus quadragesimae ad meridiem Sabbati. Inter gentes minus cultas et in locis longinquis, non parva cum difficultate fiunt nocturnae celebrationes Sacrae Liturgiae. Huiusmodi celebrationes requirunt pacem et tranquillitatem rerum, vias idoneas et lucem in viis; permultae harum conditionum desunt in regionibus remotis et ruricolis.

---

13) Basileen et Luganen.
14) Georgiopolitan.
15) Icen.
16) Namurcen.
17) Rottenburgen, Aulonitan.
18) Cagayan.
19) Ascalonitan.

20

Liturgia Vigiliae Paschalis adhuc nimis longa est pro paroeciis.

21

Magis consentaneum videtur ut Vigilia Paschalis non ante mediam noctem, sed summo mane diei dominicae Resurrectionis incipiatur, ita ut circa auroram absolvatur.

22

Hora Vigiliae Paschalis accomodetur conditionibus uniuscuiusque territorii.

23

Ordo vigiliae paschalis ulterius simplificetur.

24

In solemni celebratione Vigiliae paschalis prophetiae omittantur.

25

Post renovationem promissarum baptismalium « Pater Noster » cum populo recitare liceat in lingua vernacula.

26

Hora actuum liturgicorum Maioris Hebdomadae statuatur ab Ordinario tam mane quam vespere.

27

Nocturna officia divina pro fidelibus ne instituantur.

28

In Sabbato Sancto litare liceat.

---

20) Ruremonden, Roterodamen.
21) Hierosolymitan.
22) Dublinen.
23) Rusicaden.
24) Basileen et Luganen.
25) S. Matthaei.
26) Chiclayen.
27) Driziparen.
28) Santanderien.

29

Paschalis vigilia et Missa nocturna in Nativitate D. N. ad vesperum anticipentur.

4. De consecratione ecclesiarum et altarium

1

Ritus consecrationis ecclesiarum, altarium ac campanarum contrahantur.

2

Adibeatur formula brevior ac simplicior pro solemni consecratione ecclesiae et altaris pro usu praesertim in locis dissitis Missionum et dioeceseon.

---

29) Ferrarien.

1) Tiburtin, S. Severi, Pacten, Vicentin, Mediolanen, Fanen, Lauden, Medelitan, Sarsinaten, Materanen, Polycastren, Maceraten et Tolentin, Asculan in Piceno, Massan, Caesarien in Bithynia, Scythopolitan, Caesenaten, Aliphan, Ferrarien, Clavaren, Aversan, Anglonen-Tursien, Segusien, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Hieracen-Locren, Nuoren, Othieren, Bergomen, Basilinopolitan, Tokien, Kandien, Kuala Lumpuren, Ordinarii Indonesiae, Jabalpuren, Nagpuren, Krishnagaren, Melen, Camulianen, Doaren, Driziparen, Lomzen, Letopolitan, Panopolitan, Siedlcen, Tanagraeus, Sandomirien, Vladislavien, Trocmadian, Panitan, Kielcen, Thuggen, Sinianden, Centurien, Daulien, Leopolien Latinorum, Taboren, Helenopolitan in Bithynia, Orisen, Plocen, Czestochovien, Eudociaten, Daonien, Jotan, Premislien Lat., Polyboten, Varsavien et Gnesnen, Holmiae, Geneven et Friburgen, Buscoducen, Joannesburgen, Nepten, Arcis Delphini, Novae Lisbonae, Antsiraben, Luanden, de Lourenço Marques, Philitan, Tananariven, Carthaginen, Mbeyaën, Iringaën, Leriben, Mvanzaën, Hierosolymitan, Brigantien in Brasilia, Rhoinen, Gualeguaychen, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, Achollitan, Pudentianen, Limonen, Alajuelen, S. Isidori, Curubitan, Santosen, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzadzen, Medellen, Maracayen, Tloën, Caxien, Xapecoën, S. Jacobi Equitum, Campi Grandis, Immaculatae Concept. B. M. V. in Olancho, Panamen, Joinvillen, Caesarien Philippi.

2) Armidalen, Pergen, Spiren, Ostra-

3

Caeremoniae in consecratione ecclesiarum, altarium, sacrorum Oleorum, necnon in sacrorum Ordinum collatione et aquae benedictione adhibendae breviores fiant.

4

In consecratione ecclesiarum et altarium ritus serventur omnes sed orationes, antiphonae, praefationes resumantur.

5

Ritus consecrationis ecclesiarum dividatur in duas partes: matutinam et vespertinam.

6

Ritus consecrationis ecclesiae brevior sit et lingua vernacula utatur.

7

Caeremoniae consecrationis ecclesiarum et altarium simplificentur et abbrevientur et Ordinarii hoc munus delegare possint.

8

In Ecclesiarum consecratione sermo ad populum et ad fundatorem aptetur.

---

cinen, Aquisgranen, Treviren, Dagnen, Essendien, Eminentianen, Chusiren, Hildesheien, Phytean, Limburgen, Rottenburgen, Berolinen, Calydonien, Conferentia Fulden, Apollonien, Vindobonen, Macren, Maroneus, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Cartennitan, Constantien, Nanneten, Dorylaën, Maximianopolitan in Palaestina, Theudalen, Blesen, Tremithusius, Sagien, Virodunen, Petrocoricen, Engolismen, Burdigalen, Lugdunen, Sup. Gen. Ord. SS. Trint.

3) Caebuan.

4) Reunionis.

5) Medellen.

6) Sup. Gen. Soc. Ap. Cath.

7) Burlingtonen, Clevelanden, Setten, S. Pauli de Minnesota, Vigornien, Victorien in Insula Vancouver.

8) Bethlehemen.

9

Ritus consecrationis altarium recognoscatur.

10

Inveniatur formula brevissima pro consecratione altarium portatilium.

11

Ad altarium consecrationem petra artificialis (« cemento armato ») aequiparetur petrae naturali.

12

Contra praescriptum can. 1199 § 3 consecratio ne fiat die dominico.

13

Formula consecrationis petrae brevior reddatur.

14

Ritus benedictionis primarii lapidis pro ecclesia aedificanda simplificetur.

15

Ieiunium de quo in can. 1165 aboleatur.

---

9) Joannesburgen, Nepten, Arcis Delphini, Novae Lisbonae, Luanden, Iringaën, Antsiraben, de Lourenço Marques, Tananariven, Leriben, Hierosolymitan, Dausaren, Clunien, Dardan, Oriolen, Melen, Camulianen, Daoren, Lomzen, Letopolitan, Panopolitan, Siedlcen, Tanagraeus, Sandomirien, Vladislavien, Panitan, Kielcen, Sinianden, Daulien, Leopolien Lat., Aberdonen, Brugen, Namurcen, Spalaten et Macarscen, Panamen, Joinvillen, Brigantien in Brasilia, Rhoinen, S. Rosae de Copan, S. Salvatoris, Guatimalen, S. Marci in Guatimala, Alten, S. Jacobi de Maria, Verapacen, S. Annae, Granaten, Jalapen, S. Vincentii, S. Michaëlis, Trajanopolitan in Phrygia, Achollitan, Pudentianen, Alajuelen, Limonen, S. Isidori, Curubitan, Santosen, Maracayen, Jericoën, Caxien, S. Jacobi Equitum, Campi Grandis, Immaculatae Concept. B. M. V. in Olancho, Caesarien Philippi.

10) Reunionis.

11) Montisvidei.

12) S. Sebastiani Fluminis Januarii.

13) Panamen.

14) Tanagraeus, Luanden.

15) S. Sebastiani Fluminis Januarii.

5. De consecratione campanarum

1

Ritus consecrationis campanarum brevietur.

2

In consecratione campanarum omitti possint ea omnia quae agunt de monstruis, de fulgoribus etc. quae ortum habuerunt in primitiva cognitione legum naturae et physicae.

3

In solemni campanae benedictione unctio Chrismatis minus apta videtur secundum finem specificum quo iuxta antiquissimam traditionem ecclesiasticam Olea sancta confecta sunt.

6. De liturgia funerum

1*

Funerum liturgia magis sit significativa.

2*

Liturgia funeraria ad simpliciorem formam reducatur.

3*

Caeremoniae et ritus in (administratione Baptismi et) funeribus persolvendis facilius a fidelibus intelligi possint.

---

1) Melen, Camulianen, Panopolitan, Tanagraeus, Kielcen, Daulien, Iringaen, S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden.

2) Polyboten.

3) Assisien.

1*) Bobodiulassen.

2*) Clunien.

3*) Brittinorien.

4

In exequiis usus tympanorum ac sclopetorum extra ecclesiam permittatur.

7. De rogationibus et Litaniis

1

Litaniarum in Rogationibus et precum recitatio obligatoria sit tantum pro clericis, qui publice ad istam functionem procedunt.

2

Processio Rogationum semel tantum fiat et, cum nequit fieri sub dio, Litaniae ne iterentur.

3

Litaniae minores sationis tempore habeantur.

8. De ritu benedictionum

1*

Ritus aliquarum benedictionum expediatur.

2*

Ritus benedictionis paramentorum brevietur.

3*

Ritus benedictionis aquae brevietur.

4*

Benedictio aquae baptismalis saepius permittatur.

---

4) Navrongen.
1) Burdigalen.
2) Montis Laurei.
3) Balduinopolitan.
1*) Risinitan.
2*) Medellen.
3*) Medellen.
4*) Posnanien.

5

Habeatur formula etiam minus solemnis et cum illa formula omnes sacerdotes possint omnes benedictiones impertiri.

6

Novae benedictiones pro necessitate temporum in Rituali introducantur.

7

In Rituali addantur benedictiones anulorum magistrorum.

8

In Rituali addantur benedictiones instrumentorum opificum.

9

In Rituali catechistarum benedictio inseratur.

9. De benedictionibus « reservatis »

1

« Benedictiones reservatae », quae in Rituali romano habentur, tollantur vel saltem concedatur Ordinariis locorum, cum facultate simul subdelegandi, potestas, valide et licite iis utendi; praesertim quae propriae sunt Ordinum vel Congregationum.

2

Concedantur sacerdotibus aliquae facultates usque adhuc reservatae Episcopis.

3

Benedictiones reservatae aboleantur.

---

5) Risinitan.
6) Euroeen in Epiro, Lagen.
7) Belemen de Parà.
8) Belemen de Parà.
9) Civitatis Reginae.
1) Ascalonitan, Jaren.
2) Montisvirginis, Polycastren.
3) Vaccarien, Belemen de Parà, Amphifopolitan, Doaren, Lomzen, Vagen, Daonien, Varsavien et Gnesnen, Sup. Gen. Salvator, Sup. Gen. Oblat. B. V. M. Immac., Sup. Gen. Soc. Monfort.

4

Quaedam benedictiones in Rituali romano Episcopis reservatae (cf. tit. VIII, cap. 20 et ss.) potius inter non reservatas enumerandae essent.

5

Pastoribus animarum concedatur facultas unico signo crucis benedicendi devotionalia, impertiendi benedictiones et imponendi scapularia.

6

Sacerdotes omnes possint indulgentias coronis rosarii adnectere.

7

Omnes sacerdotes possint rosaria benedicere.

8

Omnes sacerdotes possint scapulare B. M. V. imponere.

10. De ritu professionis religiosae

1

Ritus vestitionis et consecrationis virginum simplificetur.

2

Caeremoniae pro vestitione vel professione religiosa apud Congregationes et Monasteria quamdam simplicitatem et praesertim uniformitatem sumant.

3

Ritus aliquarum professionum, praesertim religiosarum, brevietur.

---

4) Hierosolymitan.
5) Posnanien.
6) Aberdonen, S. Andreae et Edimburgen.
7) Dalisanden in Isauria, Tarraconen.
8) Tarraconen.
1) Plocen.
2) Burdigalen, Albien.
3) Medellen.

11. De sacris ritibus in terris Missionum

1

In singulis Missionum territoriis habeatur Manuale Pastorale quod liturgiae momentum debitum tribuat.

2

Collectanea S. C. de Propaganda Fide et sic dicta Silloge denuo imprimantur.

3

Experti in re liturgica et missionali conficiant Manuale Liturgiae ad usum seminariorum societatum missionalium.

4

Liturgia structuraque Ecclesiae Catholicae non sunt plebi « Mauretaniae » (Marocco) satis accessibilia. Ecclesia ad omnes gentes se vertere debet ita ut videatur expedita ab omnibus impedimentis quae obveniunt ex aspectu nimis occidentali eius institutionum et nimia coniunctione cum civilizatione Europaea.

5

Adsunt in regione Ruanda Urundi ritus qui boni sunt; sufficeret eos lustrare ab aliquibus superstitionis maculis ut in Rituali recipi possint. Possumus ab Ecclesia petere ut ad dignitatem sacramentalium extollantur.

6

Normae generales desiderantur quibus conferentia episcopalis ducatur in caeremoniis liturgicis adaptandis usibus et moribus indigenarum, salva approbatione S. Sedis.

---

1) Rabaten.
2) Rabaten.
3) Rabaten.
4) Rabaten.
5) Usumburaen.
6) Blantyren, Luluaburgen, Kabindaën, Tshumbeen, Lueboën, Kadunaen.

7

Edatur « directorium pastorale-liturgicum » pro Afris a Commissione permanente.

8

Quod optatur non est ritus Afer sed adaptationes partiales ritus romani ad mores Afrorum, iudicio Episcoporum cuiuscumque regionis.

9

In Missionum territoriis ritus proprii quarundam societatum religiosarum ne permittantur, saltem coram populo.

10

In regionibus missionariis, orientalium quorumdam populorum praesertim, permittantur aliquae innovationes in liturgia, iuxta indolem cuiuslibet gentis, eo consilio ut ritus liturgicus ingenio nativo magis aptetur.

11

Colores, vestes, ornamenta etc. menti Afrorum aptentur.

12

Ritus initiationis Afrorum in Rituale inseratur.

13

Ritus funerum Afrorum in Rituale inseratur.

14

Paraliturgiae Adventus et Quadragesimae aptae Afris permittantur.

---

7) Parakuen.
8) Uahiguayaën.
9) Fukuokaën.
10) Sidonien.
11) Berenicen.
12) Berenicen.
13) Berenicen, Kadunaën.
14) Bobodiulassen.

15

In Africa preces Rogationum fiant in alio anni tempore, quia aliter Litaniae canuntur tempore in quo nullae segetes in agris remanent.

16

Choreae religiosae afrae ne inserantur in Missam sed in paraliturgicis ritibus extra ecclesias.

12. De ritibus supprimendis

1

Omnes personarum incensationes aboleantur.

2

In caeremoniis liturgicis usus sic dicti organi electronici prohibeatur.

3

Oscula, quae in tradendis recipiendisque instrumentis liturgicis apponuntur, exceptis iis quae altare aut evangelium respiciunt, aboleantur.

4

Valde reformetur ordo exsequiarum parvulorum.

5

Thronus Episcoporum semper eius cathedra vocetur et verbum thronus adhiberi nequeat.

6

Preces et caeremoniae ad Olei Catechumenorum benedictionem et ad confectionem S. Chrismatis, necnon ad altarium et ecclesiarum consecrationem, contrahantur.

---

15) Cremnen, Morogoroën, Kasamaën, Lacus Moëri.
16) Bobodiulassen.
1) Eudociaten.
2) Leirien.
3) Einsiedlen, Eudociaten, Posnanien, Daulien.
4) Einsiedlen, Salopien.
5) Daulien.
6) Girbitan.

7

Osculatio manus et anuli Episcopi omnino aboleatur.

8

Genuflexio Episcopis vel Praelatis aboleatur.

9

Ss. Sacramento tantum genuflexio fiat.

---

7) Daonien, Varsavien et Gnesnen.
8) Tarraconen, Eudociaten, Letopolitan, Daonien, Polyboten, Posnanien, Daulien, Varsavien et Gnesnen, Spalaten et Macarscen, Risinitan.
9) Santosen.

VII. DE LIBRIS LITURGICIS

1. De reformatione librorum liturgicorum in genere

1

Ad eradicandum miserrimum spiritum independentiae in re liturgica Concilium Oecumenicum iterum ac perclare firmare deberet can. 1257 et 1259.

2

Urgeatur observantia can. 1257 de libris liturgicis a S. Sede tantum approbandis.

3

Recognoscantur scripta legenda aut verba pronuntianda ut magis obvia sint.

4

Probati auctores maiorem convenientiam servent in libris de liturgia pertractantes.

5

Revisioni subiiciantur et adaptentur libri liturgici, ita ut veritati historicae non contradicant, simpliciores sint in rubricis et breviores (Breviarium, Martyrologium, Rituale, Missale...): huiusmodi revisio a longo tempore promissa est, sed nondum facta est.

6

Tractari posset de nova editione Breviarii et Missalis Romani exaranda cum revisione festorum celebrandorum et unica versione Sacrae Scripturae adhibenda.

---

1) Thabracen.
2) Urgellen.
3) Monoecen.
4) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
5) Argentinen.
6) Cairnen.

7

Non solum modernarum linguarum usui favendum est in his regionibus quibus unica lingua in usu est, sed etiam ritus tum sacramentorum tum sacramentalium ad consuetudines locales, servatis servandis ita restaurari debent, ut menti indigenae melius adaptentur.

8

In s. liturgia adhibeatur versio V. et N. Testamenti ex textibus primigeniis.

9

Magis abundet in liturgia catechesis, opportuniore lectione et commentario Ss. Scripturarum ac doctrinae catholicae ad fidelium eruditionem atque aedificationem.

10

Distributio nova textus variabilis fiat forte per plures annos ad instructionem fovendam.

11

Identitas textus biblici desideratur in Missali, in Pontificali, in Rituali et in Breviario.

12

Adaptetur liturgia conditionibus localibus, praesertim in Missionibus, ita tamen ut unitas cultus stricte praeservetur.

13

Desideratur revisio omnium librorum liturgicorum.

14

Aliquantulum reformentur libri liturgici.

---

7) Selinusien.
8) Ilcinen.
9) Nursin, Mantuan.
10) Ferentin.
11) Hierapolitan in Syria.
12) Hyderabaden.
13) S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden.
14) Ilerden, Taubaden, Celsonen, Chitrien, Compostellan, Miden, Darnitan.

15

Pontificale necnon Rituale retractari oportet ut felicius menti modernae adaptentur.

16

Suadetur ut revisiones substantiales fiant in Pontificali necnon in Rituali Romano.

17

Missale et Breviarium Romanum nova breviori ac simpliciori forma disponantur.

18

Martyrologium emendetur et Breviarium corrigatur.

19

Reformentur Missale, Rituale, Pontificale, Caeremoniale Episcoporum.

20

Innovationes quae ordinem librorum liturgicorum turbent, praesertim Breviarii et Missalis, longo tantum et certo temporis intervallo fiant (e. g. vigesimoquinto quoque anno).

---

15) Selinusien.
16) Gaspesien, Cincinnaten.
17) Caebuan.
18) Selinusien.
19) Bugellen, Cuneen, Vallen in Lucania, Philoppopolitan in Arabia, Aesernien et Venafren, S. Agathae Gothorum, Hierapolitan in Syria, Ilcinen, Montis Regalis in Pedemonde, Dianen, Campanien, Boianen – Campobassen, Albae Pompeien, Fodian, Novarien, Drepanen, Urbanien et S. Angeli in Vado, Pinnen-Piscarien, Catacen et Squillacen, Aquilan, Mutinen, Arianen, Teramen et Atrien, Soanen-Pitilianen, Bobien, Polycatren, Callien et Pergulan, Mutilen, Montisvirginis, Medelitan, S. Luciae, Cremen, Asculan in Piceno, Collen, Rossanen, Melphien, Tarvisin, Biturgen, Pinerolien, Messanen, Venetiarum, Theatin, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia.
20) Pisauren.

2. De Missali reformando

1

Reformetur Missale Romanum.

2

Aptetur Missale secundum novam versionem psalmorum.

3

Missale sit unicum pro sacerdotibus saecularibus et religiosis.

4

Edatur Missale Romanum novum, definitum, et in quantum possibile est, universale, fixum saltem in unaquaque natione.

5

Ordo Missae lucidior sit et ad captum mentis rudioris, ita ut coetus fidelium facile et modo active eidem partecipare valeat.

---

1) Colophonien, Victorien, Villareregalen, Funchalen, Febianen, Aveiren, Lamacen, Meneven, Vatarben, Caietan, Baren, Canen, Volaterran, Lauden, Callien et Pergulan, Mutilen, S. Luciae, Cremen, Collen, Rossanen, Biturgen, Gedanen, Madhuraien, Aliphan, Caven et Sarnen, Pisan, Insulen, Constantien, Nicen, Maximianopolitan in Palaestina, Rothomagen, Adiacen, Massilien, Myrinen, Rhedonen, Chamberien, Nivernen, Engolismen, Spiren, Fulden, Aquisgranen, Treviren, Dagnen, Essendien, Berolinen, Calydonien, Misnen, Meloën in Isauria, Secovien, Apollonien, Gurcen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Metellopolitan Argentinen, Campanien, Sup. Gen. Ord. Ss. Trinit., Sup. Gen. O. F. M.

2) Plocen, Sucren, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan.

3) Drivasten, S. Raimundi.

4) S. Pauli de Minnesota.

5) Acarassen.

6

Missae textus et caeremoniae reformentur, omissis omnibus quae ut antiquata non iam intelliguntur, necnon ultimo Evangelio cum precibus Missae annexis, prolongata forsitan parte Communionis et Postcommunionis.

7

Pars dogmatica fidelibus explicetur sive in re sive in ritu; pars vero didactica brevianda erit, sed efficacior reddenda quoad lectiones S. Scripturae.

8

In emendatione Missalis accedatur ad vota Conventus Internationalis Studiorum Liturgicorum apud Maria Lach et S. Odilia a. 1951 et 1952 (cfr. Partecipazione attiva alla Liturgia, Atti del II Congresso internazionale di studi liturgici, Lugano/Como 1953, pp. 239-245).

9

Desideratur identitas textus biblici in Missali, in Pontificali, in Breviario et in Rituali.

10

Ritus Hebdomadae sanctae restauratae exemplum praebeat pro totius Missalis restauratione.

11

In Missali abundantius « Proprio de tempore » faveatur.

12

Ipsae Evangelii diei dominicae pericopes forsitan mutandae ac augendae sunt ut totum Evangelium fidelibus explicetur.

---

6) Busiritan.
7) Montis Regalis in Pedemonte.
8) Hierapolitan in Syria.
9) Hierapolitan in Syria.
10) Berolinen.
11) Viglevanen.
12) Campifontis in Illinois.

13

Epistulae et Evangelia dominicarum de tempore, tam in Missis quam coram populo lingua vulgari ad legendum adhibita, multiplicari possunt seligendo e Scripturis sacris alias partes idoneas, easque ita disponendo ut habeatur secunda vel etiam tertia series Epistularum et Evangeliorum.

14

Missale reformetur quoad « Proprium de tempore », ut praebeat omnis Missa catechesim perspicuam.

15

Missae Sanctorum et Proprii de tempore cum ditiore varietate formularum et lectionum accurate ordinentur.

16

Cyclus Missarum dominicalium ad plures annos extendatur et plures textus quae numquam leguntur inserantur.

17

Missa Catechumenorum videtur extendenda et Missa Fidelium videtur contrahenda.

18

Cum Missis de tempore in Quadragesima quadragesimalis ieiunii abolitio parum congruere videtur.

19

Ad fervorem favendum melior distributio et varietas textuum, maxime in Communi Sanctorum, inveniatur.

---

13) Duluthen, Tuscanien, Novae Aureliae, Laren.
14) Esmeralden, Montisvidei, S. Sebastiani Fluminis Januarii, Jujuyen, Talcen, Chachapoyasen, Machiquesen, De El Peten, Campi Grandis.
15) Sup. Gen. Ord. Ss. Trinit.
16) Sicuanen, Margen, Araucaniaën, Lauzaden, Attuden, Brian, Chalciden in Syria, S. Pauli in Brasilia, Passofunden, Xapecoën, Campi Grandis.
17) Aberdonen.
18) Forosempronien.
19) Lilongwen.

20

Prima pars Missae (usque ad Offertorium) reformetur ita ut ei detur omnis possibilitas docendi.

21

« Introitus », « Gradualis », « Offertorium », « Communio » aboleantur et eorum loco statuantur himni ciclyci (v. g. pentecostales, paschales) etc.

22

Missale Romanum quoad lectiones Epistolae et Evangelii dierum dominicalium modificetur. Quaedam enim Epistolae intellectu difficiliores sunt; Epistola et Evangelium plerumque nullam connexionem inter se habent, nulla cohaesio systematica inter Evangelia dominicalia anni liturgici apparet.

23

In Missali loci S. Scripturae in diebus festivis et dominicis revisentur.

24

Missale Romanum simplificari debet et usui Ecclesiae Universalis adaptari. Lectiones uti Epistolae et Evangelia adaptandae sunt situationi liturgicae. Textus ad libitum, ab Ordinario propositi, exoptandi essent. « Introitus » in latino vel in lingua vulgari introducendus esset, qui non omni die varietur, et hoc respectu eorum, qui non colunt cantum gregorianum.

25

In reformatione textus variabilis Missalis, pro diebus festis, ponatur lectio evangelica ex factis, miraculis et parabolis Christi, quae aptari possit ad instructionem catecheticam populi christiani.

---

20) Insulen.
21) Kadunaën.
22) Linoën.
23) Ferrarien.
24) Ascalonitan.
25) Clavaren.

26

In Missali Romano breviori forma redigendae sunt Missae dicendae in feriis IV et sabbatis Temporum, in feria IV post dominicam IV Quadragesimae, necnon in feria IV Maioris Hebdomadae. Supprimantur oportet orationes pro Imperatore, additis earum loco orationibus pro rem publicam moderantibus ut in Ordine Hebdomadae Sanctae restaurato factum est.

27

Speciales lectiones, quae inveniuntur diebus Quattuor Temporum in Missali, abrogentur.

28

Rarefaciendae sunt quaedam partes ut Epistulae sabbatorum Quattuor Temporum, quaedam vero removendae, ut Epistula castae Susannae, et inducendi loci Evangelii habitualiter hucusque praetermissi.

29

In omnibus Missis Quattuor Temporum in ecclesiis ubi non celebrantur neque Baptismi neque ordinationes, lectiones supprimantur aut facultativae sint.

30

In privata Missae ferialis Quattuor Temporum celebratione lectio unica et unica collecta, ultima scilicet, legi concedatur.

31

Sabbatis IV Temporum, ubi non habeatur ordinatio, lectio unica locum habeat.

32

Missae sabbati Pentecostes et Quattuor Temporum brevientur.

---

26) Zamboangen.
27) Corporis Christi.
28) Segusien.
29) Smyrnen.
30) Gaspesien.
31) Montis Laurei.
32) Medellen.

33

Lectio Passionis secundum Matthaeum transferatur in feriam II Hebdomadae sanctae.

34

In Missa secundae dominicae Passionis non legatur historia Passionis sed remittatur ad feriam II Hebdomadae sanctae.

35

Conficiatur proprium adhibendum in Missa sacrae ordinationis presbyteratus, ut habetur v. g. in Missa pro sponsis.

36

Abbreviatio vel contractio fiat in quibusdam Missis quae infra Quadragesimam et in feriis Quatuor Temporum dicuntur e. g. sabbato post dom. II et sabbato post dom. III Quadragesimae.

37

Missa brevietur, quia calor et desidia habitualis fidelium Americae meridionalis regionum faciunt ut fideles ab auditione Missae arceantur.

38

Commune B. M. V. reponatur inter Communia primo loco.

39

Officium et Missa Desponsationis B. M. V. cum S. Ioseph ad universam Ecclesiam extendatur.

40

Conficiatur Commune Sacerdotum Confessorum.

---

33) Friburgen.
34) Basileen et Luganen.
35) Basileen et Luganen.
36) Tuamen.
37) Tumacoën, Barquisimeten.
38) Friburgen.
39) Caiacen.
40) Proconnesius.

41

Sit Missa votiva ad vocationes sacerdotales religiosasque obtinendas.

42

Invitentur religiosorum Ordines vel viri sacrarum scientiarum periti ut subtemina novarum Missarum propria componant tot iis Sanctis tam insignibus operibus, quorum diebus festis, adhuc tantum legitur S. Missa de Communi quasi nihil novi ac singularis sit de iis memoria dignum.

43

Fortasse restituenda perantiqua Missa in die natali consecrationis Episcopi ut huius munus in memoriam revocetur sacerdotum et fidelium.

44

Quam primum instituatur Pontificia Commissio pro reformatione Missalis Orientalis.

3. De Rituali reformando

1

Reformetur Rituale Romanum.

2

Revisio fiat Ritualis Romani in ea parte quae tractat de sacramentalibus et benedictionibus; quaedam, e. g. contra mures, expungi possunt; aliae vero innovandae quae melius conveniunt novis inventis.

---

41) Sup. Gen. Miss. Fil. Ss. Cordis J.
42) Nuscan.
43) Mediolanen.
44) Tripolitan Maronitarum.
1) Aliphan, Caven et Sarnen, Pisan, Insulen, Constantien, Nicen, Maximianopolitan in Palaestina, Rothomagen, Adiacen, Massilien, Myrinen, Rhedonen, Chamberien, Nivernen, Engolismen, Madhuraien, Aquisgranen, Essendien, Eminentianen, Rottenburgen, Berolinen, Calydonien, Secovien, Villaregalen, Neocarthaginen, Barranquillen, Poncen, Reconquisten, S. Salvatoris in Brasilia, Campanien, Nunt. Ap. in Haiti, Sup. Gen. O. F. M.
2) Albae Pompeien.

3

Nova versio psalmorum inseratur in Rituali.

4

« Reditus peregrinorum », « receptio regum », etc. e Rituali auferantur.

5

Curante Sacra Congregatione Rituum, unicum habeant caeremoniale, tam pro religioso habitu induendo, quam pro religiosa professione emittenda, omnes Congregationes mulierum etiam dioecesanae.

6

Revisioni subiiciatur Rituale Romanum secundum conditiones et consuetudines hodiernas, sc. cum simplificatione formulae pro distributione S. Communionis, tum in ecclesiis cum in nosocomiis, et alia huiusmodi.

7

In Rituali benedictiones magis opportunae desiderantur.

8

Benedictio aquae in simpliciorem formam redigatur.

9

Forma pro consecratione petrae sacrae seu altaris portatilis simplicior fiat.

10

Editio Ritualis bilinguis proponitur.

---

3) Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan.
4) Panamen.
5) Albien.
6) S. Pauli de Minnesota, Bostonien, Lafayetten.
7) Zacatecen.
8) Patosen.
9) Dallasen-Arcis Worthen.
10) Hierapolitan in Syria, Pistorien, Albae.

11

Rituale bilingue facultas adhibendi omnibus populis aequaliter detur.

12

Opportunum videtur induci usum Ritualis bilinguis, in quo tamen propositiones ad dogmatum explicationem interpositae sint, et partes quae ad effectum sacramentorum essentiales non sunt (v. g. benedictio sponsae in « Missa pro sponsis ») vulgari sermone exhibitae, unica tamen versione, eademque praescripta non secus ac latinum exemplar.

13

Exoptandus esset liber Ritualis in lingua tahitiensi et usus huius linguae toleretur, cum adhuc lingua Francorum in usu sit.

4. De Pontificali reformando

1

Liber Pontificalis reformetur.

2

Nova editio Pontificalis quamprimum imprimenda est, quia praesens editio exhausta est et novi Episcopi Pontificale emere nequeunt.

---

11) Bergomen.

12) Segusien.

13) Ascalonitan.

1) Neocarthaginen, Barranquillen, Esmeralden, Phasan, Manizalen, Chachapoyasen, S. Jacobi Equitum, Moronen, Nisyrien, S. Mariae, Celerinen, Joinvillen, Nunt. Ap. in Haiti, Jaonnesburgen, Silva Portuen, Liberpolitan, Claudiopolitan, Ziguinchoren, Villaregalen, Funchalen, Angren, Heliosebasten, Bracharen, Vatarben, Plocen, Doaren, Lomzen, Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Daulien, Laganitan, Isinden, Rhodien, Spalaten et Macarscen, Spiren, Aquisgranen, Treviren, Dagnen, Bambergen, Eminentianen, Limburgen, Berolinen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Metellopolitan, Madhuraien, Meeruten, Aliphan, Caven et Sarnen, Pisan, Insulen, Constantien, Nicen, Maximianopolitan in Palaestina, Rothomagen, Adiacen, Massilien, Myrinen, Rhedonen, Nivernen, Engolismen, Chamberien, Monopolitan, Sup. Gen. Barnab., Sup. Gen. O. F. M.

2) Nairobien.

3

In Pontificali Romano variationes et additiones ita sunt inducendae, ut obsoletis suppressis, novae ad manum habeantur preces novique ritus hodiernis necessitatibus accommodati.

4

Bonum erit in lucem ponere editionem omnino novam Pontificalis et ei addere omnes caeremonias quae non inveniuntur in Pontificali v. g. domus scholaris benedictio etc.

5

Nova versio psalmorum inseratur in Pontificali Romano.

5. De Caeremoniali Episcoporum reformando

1

Caeremoniale Episcoporum reformetur.

2

Cum Caeremoniale Episcoporum multa contineat quae nunc aut non possunt observari aut de facto non observantur, revisio illius libri ad normam decretorum Sacrae Rituum Congregationis et secundum exigentias temporum valde esset utilis.

---

3) Zamboangen.
4) Sbiden.
5) Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan.
1) Phasan, Manizalen, S. Jacobi Equitum, Hadrianopolitan in Haemimonto, Moronen, Nisyrien, Portus Principis, Achyraën, Rhodien, Posnanien, Polyboten, Helenopolitan in Bithynia, Lomzen, Premislien Latinorum, Doaren, Plocen, Vatarben, Villaregalen, Bracharen, Spiren, Bambergen, Calydonien, Apollonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Metellopolitan, Monopolitan, Melden, Meeruten, Aliphan, Caven et Sarnem, Pisan, Insulen, Constantien, Maximianopooitan in Palaestina, Nicen, Massilien, Rothomagen, Adiacen, Myrinen, Rhedonen, Chamberien, Nicernen, Engolismen. Tuneten, Luluaburgen, Kabindaën, Tshumbeen, Lueboën, Sakanien.
2) Cairnen.

VIII. DE LINGUA LITURGICA

1. De usu linguae latinae in sacra liturgia

1

Nulla umquam ratione deseratur linguae latinae usus.

2

Iterentur praescripta Apostolicae Sedis de usu linguae latinae pro Missa et divino Officio.

3

Absolute servetur lingua latina in Missa et in Officio.

4

Lingua latina retineatur quia innumerae difficultates proditurae erunt si in Philippinis insulis linguae nativae adhibeantur.

5

Servetur augeaturque usus linguae latinae in Ecclesia ad unitatem et mutuam intelligentiam servandam sed non in cultu quia cultus est Deo sed ab hominibus et pro hominibus.

6

Inter pericula opus est notare modicam aestimationem linguae latinae, cuius studiosa conservatio fuit semper et erit in Ecclesia fons praestantium beneficiorum.

---

1) Patavin, Lycien, Ferrarien, S. Galli, Augustan, Baren, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin, Othieren.

2) Philadelphien Lat., S. Clodoaldi, Marcopolitan, Tucsonen, Galvestonien-Houstonien.

3) Dioclean.

4) Cagayan.

5) Civitatis Reginae, Nepten, Basren.

6) Ilerden, Majoricen, Asturicen, Burgen, Placentin in Hispania, Harlemen, Mechlinien, Leodien, Druen, Gandaven.

7

Seminariorum alumni linguam latinam melius discant.

8

A sacerdotibus ritus romani servandus videtur usus linguae latinae in Missae celebratione.

9

Ad vitanda pericula doctrinalia, Missa celebretur lingua latina.

10

Retineatur in Missa linguae latinae usus « utpote perspicuum venustumque unitatis signum ac remedium efficax adversus quaslibet germanae doctrinae corruptelas » (Enc. Mediator Dei).

11

Lingua vernacula in celebratione S. Eucharistiae non commendatur, saltem non pro regionibus culturae occidentalis.

12

Lingua latina in Missis de ritu latino absolute retineatur.

13

Servetur lingua latina in celebratione Missae, sed fideles active participent lingua vernacula.

---

7) Civitatis Reginae, Oudtshoornen, Aruaen.
8) Hanciomen, Trincomalien, Columben in Ceylon, Thignicen.
9) Surigen, Arcis Gulielmi, Trifluvianen, S. Hyacinthi, Naissitan, S. Joannis Canaden, Great-Ormen, S. Georgii Terrae Novae, Insulae Grandis.
10) Friburgen.
11) Chusiren.
12) Magnesien ad Meandrum, Onisthaën, Nairobien, Portus Ludovici.
13) Volkrusten, Makenen, Tsiroanomandidyen.

14

Si Missae sacrificium in lingua vulgari celebrari licet quomodo alienigena sciet se revera in ecclesia catholica Missae sacrificio adesse et non in ecclesia forsan protestantica ubi frequenter caeremoniae nostrae imitantur, uti accidit in ecclesiis anglo-catholicis?

15

Lingua latina servetur in sacrificio Missae, non autem in aliis sacramentis et sacramentalibus conficiendis.

16

Etsi, iuxta recentiora S. Sedis indulta, lingua vernacula adhiberi possit in administratione quorundam sacramentorum et sacramentalium, pro viribus tamen enitendum est ut lingua latina intacta servetur in celebratione Sacrificii Missae et recitatione Officii divini, nedum ad disciplinam ecclesiasticam servandam sed etiam ad fidei puritatem tutandam.

17

Lingua latina in sacramentorum administratione servetur.

18

Servetur, quo fieri potest modo, officialitas, praeminentia et obligatorietas linguae latinae.

19

Lingua latina retineatur tantummodo in Officio divino, in Canone Missae, in verbis quae constituunt sacramentorum formam et in ritibus in quibus fideles partem immediatam et directam non habent.

20

Lingua latina quantum fieri potest tenenda est, in vernaculas linguas minoribus tantum partibus pro facultate conversis.

---

14) Daressalaamen.
15) Iüenlimen.
16) Zamboangen.
17) Insulae Grandis.
18) Sebasten in Cilicia.
19) Hinganfuen.
20) Terracinen Privernen Setin.

21

Foveatur usus sermonis latini tamquam linguae universalis Ecclesiae.

22

Exceptiones particulares raro a S. Sede concedantur quoad usum linguae vernaculae.

23

Pro ritu latino, in celebratione Missae, teneatur lingua latina uti potens vinculum unitatis. Praeterea homines saepe et facile itinera instituunt et radiophoniae et televisionis ope saepe saepius sacras functiones, quae in dissitis partibus orbis peraguntur, domi manentes vident et audiunt: si lingua latina istae functiones peraguntur, omnes cuiusvis nationis facile sequi et intelligere queunt, cum ubique versiones in lingua vernacula inveniantur.

Ne ergo multiplicentur orationes in lingua vernacula, sed multiplicentur libri pro fidelibus in quibus orationes in utraque lingua, scil. latina et vulgari, referantur.

Similes rationes etiam pro sacerdotibus valent, cum hodie sacerdotes facile ab una in aliam transeunt nationem; inconveniens esset linguam celebrationis Missae novam semper invenire.

24

Linguae liturgicae in Ecclesia tum orientiali quam occidentali vigentes maneant sicuti erant hucusque.

25

Lingua latina unice in celebratione Missae et recitatione Breviarii retineatur.

26

Semper et ubique licitum maneat et Missam celebrare et sacramenta conferre latina lingua.

---

21) S. Clodoaldi, Marcopolitan, Indianapolitan, Sacramenten.
22) Fanen.
23) Sup. Gen. O. F. M. Conv.
24) Zeugmaten in Syria.
25) Sup. Gen. Tert. Ord. Reg., Sup. Gen. Congr. S. Crucis.
26) Bumburien.

27

Quod ad Officium Divinum attinet, hoc ritu valde simplificato, exclusive lingua latina esset perficiendum, ne ignorantia linguae officialis Ecclesiae in Clero hoc vinculum unitatis debilitaret.

28

Ne excedatur in concessione usus linguae vernaculae in liturgia.

29

Ne Ecclesia nimis faveat iis qui in actionibus liturgicis sermonibus vulgaribus uti volunt.

30

In universalis Ecclesiae liturgia omnino servandus est usus linguae latinae, quae est signum unitatis. Lingua autem vernacula adhiberi potest in Missis dialogatis, in administratione Baptismatis, in renovatione promissarum Baptismatis in Sabbato sancto, in functionibus paraliturgicis, etc.

31

Nihil innovetur quoad linguam liturgicam.

2. De usu linguae vernaculae in sacra liturgia

A) *De lingua vernacula in liturgia in genere*

1

Disquisitio fiat de opportunitate lingua vernacula magis utendi in liturgia ita ut laici uberius liturgiae participare possint.

2

Quaestio de lingua liturgica solvatur.

---

27) Bumburien.
28) Nunt. Ap. in Haiti.
29) Aruaen.
30) Chaefomen.
31) Arcen.
1) Bellevillen, Madisonen, Dodgepolitan.
2) Carcassonen.

3

In quaestione de lingua ratio habeatur tum necessitatis servandae unitatis et romanitatis, tum exigentiae fidelium ad faciliorem intelligentiam liturgiae.

4

Videre oportet an necessarium sit vel minus adhuc lingua latina uti in omnibus celebrationibus liturgicis.

5

Illud quod solet adduci argumentum, ad unitatem nempe meliori modo custodiendam, nec firmum nec validum est habendum, cum in Ecclesia orientali liturgia proprias incolarum gentium adhibeat linguas; prae oculis est habendum Ecclesiam alia possidere media ad unitatem custodiendam; adsunt argumenta ordinis dogmatici et unitas regiminis.

6

Stabiliantur conditiones ut lingua vernacula adhiberi possit in Missa, in Breviario et in sacris ritibus.

7

Memor traditionis, culturae, indolis et psychologiae diversarum gentium ad occidentem et ad orientem, leges tutas ferat Concilium, ita ut ubique habeatur usus quidem limitatus linguae vernaculae una cum custodia linguarum antiquarum Ecclesiae.

8

Quaestio usus linguae vernaculae in Ecclesiae liturgia tractari posset, quia saluti animarum proficere videretur si lingua vernacula adhiberi posset in iis functionibus in quibus fideles active participare deberent, ut in sacramentorum administratione, exsequiis, benedictionibus, processionibus et in prima parte Missae, dicta Catechumenorum.

---

3) Bugellen.
4) Nicoletan, Vancuverien.
5) Valentin, Meloën in Isauria.
6) Taipehen, Dinajpuren.
7) Attalen.
8) Cairnen, Dianen.

9

Permittatur ut lingua vernacula latius latiusque adhibeatur in liturgia, in Missa, in sacramentis conferendis et benedictionibus.

10

Agatur de usu linguae vernaculae in liturgia.

Lingua vernacula, quantum possibile sit, in liturgia permittatur.

11

Amplior usus linguae vernaculae in liturgia sit uniformis in tota Ecclesia.

---

9) Syracusen, Campifontis, Capitis Girardeauen, Natcheten Jacksonien, Indianapolitan, Petriculan, Kansanopolitan - S. Josephi, Lafayetten, Petropolitan in Insula Longa, Davenporten, Roffen, Omahen, S. Bonifacii, S. Joannis Quebecen, Oklahomen et Tulsen.

10) Lucen in Hispania, Zamoren, Fernen, Victorien, Villaregalen, Baren in Pisidia, Kerrien, Einsiedlen, Achaden, Sedunen, Brugen, Namurcen, Rhodien, Manchesterien, Ordinarii Indonesiae, Dilien, Aquisgranen, Gedanen, Calydonien, Bassianen, Conferentia Fulden, Meloën in Isauria, Cremen, Forosempronien, Urbevetan, Sarsinaten, Maceraten et Tolentin, Asculan in Piceno, Bovinen, Pinerolien, Valven et Sulmonen, Melphien, Aelaniticus, Hierapolitan in Phrygia, Derthonen, Hydruntin, Tarvisin, Venetiarum, Hieracen-Locren, Nuoren, Mimaten, Bellovacen, Constantien, Monoecen, Andegaven, Rothomagen, Ebroicen, Adiacen, Carnuten, S. Deodati, Massilien, Prienen, Hispalen, Colophonien, Lomen, Bloemfonteinen, Mopsuesten, Liberopolitan, Barcusen, Fianarantsoaën, Dumen, Philitan, Tananariven, Nyerien, Mopoien, Stanleypolitan, Portus Elisabethen, Mbeyaën, de Pointe Noire, Durbanian, Eshowen, Mvanzaën, Balduinopolitan, Babylonien Lat., Truxillen, Leontopolitan, S. Matthaesi, Balanen, Maris Platen, Portus Principis, Marilien, Granaten, Abulen, Legionen, Celsonen, Jacen, Mindonien, Valentin, Dardan, Santanderien, Osloën, Jonopolitan, Veglien, Pharen, Hadrumetin, Melen, Orisen, Vagen, Vladislavien, Sup. Gen. Ord. Carm., Sup. Gen. Soc. a S. Paulo, Sup. Gen. Marianist., Sup. Gen. Marist., Sup. Gen. Inst. Hisp. Mission, Sup. Gen. Sac. S. Cordis J., Sup. Gen. August. ab Assumpt.

11) Oyoën, Morondaven, Luluaburgen, Kabindaën, Tshumbeen, Lueboën.

12

Sermo patrius introducatur in functionibus sacris in quibus fideles participationem activam sumere debent.

13

In sacra liturgia lingua vernacula introducatur (NB, Mens exponitur per 6 folia argumentorum).

14

Exceptis forsan liturgiis pontificali et monastica, optandum videtur totum cultum nostrum esse lingua vernacula peragendum.

15

Lingua vernacula adhibeatur in omnibus iis in quibus eiusdem usus maiores fructus fidelibus offerre possit (in Missa tamen excipitur Canon).

16

Cavendum et providendum est ut per universam Ecclesiam praxis linguae patriae adhibendae constans sit.

17

Strictissime invigilandum est ut una tantum versio vernacula pro unaquaque lingua moderna esset approbanda; alioquin facile, exempli gratia pro lingua anglica, versiones anglicanae, americanae, hibernicae, australianae et ceterae, introduci possent cum magna confusione multorum praesertim itinerantium.

18

In usu linguae vernaculae favores aequaliter concedantur. In Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis nonnulli Episcopi

---

12) Madhuraien, Patuen, Trichurien, Bellaryen.
13) Melen.
14) Aberdonen.
15) Sup. Gen. Mission. S. Joseph.
16) Laonien.
17) Bumburien.
18) Civitatis Jeffersonen, Saginaven, Bridgeporten.

et saderdotes ritus orientalis lingua anglica in caeremoniis, Missis solemnibus et etiam in Pontificalibus utuntur.

19

Uniformitas tenenda est in usu vernaculi. Fidelibus totius provinciae Agroensis, nuper concessum est canendi Missam in vernaculo, etiam « Gloria » et « Credo ».

20

Usus linguae vulgaris sit uniformis in universa Ecclesia.

21

Servato utique usu latini idiomatis, faveatur translatio in vulgarem sermonem saltem quarumdam precum quae in sacramentis et sacramentalibus directe ad fideles diriguntur.

22

Introductio linguae vernaculae soli S. Sedi sit reservata, praecautis praecavendis.

23

Prudentiae provincialium seu pleniorum conciliorum seu etiam Episcoporum relinquatur delectus liturgicae linguae magis accommodatae populorum necessitatibus. Lingua vernacula communior in quacumque regione adhiberi poterit pro omnibus caeremoniis sacris, Missa lecta non excepta.

24

Concedatur Ordinariis locorum, sine recursu ad Sedem Apostolicam facultas vertendi in linguam vernaculam preces liturgicas in ritibus sacramentorum aliarumque benedictionum, eaque versione utendi in administratione eorum.

---

19) Atlanten.
20) Assisen, Zeliten, Dalisanden in Isauria, Terraconen, Tuden, Segobricen, Tamiathitan, Aquen.
21) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
22) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.
23) Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. J.
24) Aphnaeten.

25

In sacra liturgia adhiberi possit latina vel vernacula lingua, ad nutum Ordinarii.

26

Teneatur lingua latina in partibus, quae sacrificium et sacramenta a sacerdote peragenda stricte respiciunt; introducatur e contra lingua vulgaris in partibus didacticis, quae populo instruendo sunt destinatae et in quibus fideles, precibus et canticis, per modum dialogi cum actione liturgica cooperantur.

27

Quaestio linguae liturgicae non est naturae dogmaticae; ipsi cultiores homines latinam linguam ignorant aut satis non callent; quae si vera sunt in nationibus neolatinis, magis magisque verificantur in regionibus Asiae, Africae, Nord-Americae et Oceaniae. Ne assumatur quasi traditio authentica quae reapse est superstructura posterior vel corruptio traditionis.

28

Liturgia divina celebretur facultative in lingua vernacula, Missae Canone excepto.

29

Retenta generatim lingua latina in cultu, usus linguae vernaculae concedatur in eis partibus sacrae liturgiae, in quibus sermo ad populum dirigitur.

30

Latina lingua, cum emineat antiquitate, nobilitate ac indole synthetica et hucusque efficax unitatis ecclesiasticae instrumentum et signum extiterit, est omnino servanda, nisi forte excipiatur lectionarium et evangeliarium. Ad hoc in Missali textus bilinguis exoptari potest.

---

25) Krishnagaren.
26) Tergestin, Adrien, Apuanien, Canen, Caesarien in Mauretania.
27) Bononien.
28) Naronen.
29) Passavien, Paderbornen.
30) Hierapolitan in Syria.

31

In Ecclesia latina servetur lingua latina pro tota Missa, etiam Catechumenorum, et pro Officio a clericis recitando, sed cum facultate legendi lingua vulgari Epistolas et Evangelia coram fidelibus, et idem pro monitionibus in administrandis sacramentis. Proinde statuendum est, in quacumque natione, quoddam consilium competens ad edendas, una cum S. Congregatione Rituum, versiones in linguam vulgarem.

32

Lingua vernacula adhibeatur in Epistola et Evangelio, in Missa matrimonii, in benedictionibus, in lectionibus Hebdomadae Sanctae, in funeribus, in rituali sacramentorum. Traductio tamen sit approbata.

33

Lingua latina servata in Canone Missae, vernacula lingua adhiberi possit ad lectiones et orationes prioris partis Missae et in omnibus caeremoniis quibus adsunt fideles (v. g. ordinationibus, ecclesiarum consecrationibus, officiis Hebdomadae Sanctae).

34

Latina lingua adhuc remanere potest lingua officialis Ecclesiae, sed eius usus in liturgia reducendus est ad minimum.

B) *De lingua vernacula in S. Missa*

1

In Missae celebratione concedatur usus linguae vernaculae.

---

31) Burdigalen.
32) Bisuntin, Myrinen.
33) Aurelianen, Argentinen, Chamberien, Myrinen.
34) Visakhapatnamen.
1) Linaren, Calabocen, Phasan, Posaden, Punien, Tarahumeren, Goianien, Iquitosen, Coroicen, Maturinen, Arequipen, Civitatis Bolivaren, Sonsonen, Hadrianopolitan in Haemimonto, Sidetan, Civitatis Reginae, Kigomaën, Traculen, Morogoroen, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch.

2

Permittatur celebratio Missae in lingua nationali cuiuscumque regionis.

3

Lingua latina sit lingua officialis ad usum sacerdotum sed lingua vernacula permittatur in celebratione Missae.

4

In Missa legantur, lingua vulgari, partes S. Scripturae multo maiores numero quam hodie, item scripta Patrum, Scriptorum eccl. et Summorum Pontificum. Hoc fieri posset cyclicis periodis 3-4 annorum ita ut tota doctrina Ecclesiae hoc modo exponatur.

5

Si Missa lingua vernacula celebretur, tota videtur alta voce legenda.

6

Usus permittatur linguae vernaculae in Missa ante Offertorium, praesertim in lectione Epistolae et Evangelii.

Mariamnen Melch., Paneaden Ptolemaiden, Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ord. Bas. Aleppen Melch., Archim. Ord. Bas. Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ord. Bas. S. Joannis B. Melch., Sup. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo, Misthien, Melen, Tarquinien et Centumcelarum, Gedanen, Rottenburgen, Aulonitan.

2) Hainanen, Ciamsciaven, Ciumatienen, Siningen, Curacaen, Poonen, Kothamangalamen.

3) Sapporen, Hispalen, Colophonien, Salmantin, Meneven, Holaren, Jadren, Flavien, Veglien, Orisen, Plocen, Panopolitan, Vladislavien, Thuggen, Posnanien, Maiungaën, Aleppen Maronitarum, Smyrnen, Lydenburgen, Navrongen, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi, Palmen, S. Mariae, Celerinen.

4) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.

5) Aberdonen.

6) Spiren, Monasterien, Treviren, Dagnen, Herbipolen, Cerynien, Colonien, Berolinen, Calydonien, Conferentia Fulden, Secovien, Appollonien, Gurcen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Eminentianen, Essendien, Aquisgranen.

7

Missa servetur sicut est; attamen in diebus festis alius legat in lingua vernacula omnia quae habentur ante Offertorium.

8

Permittatur usus linguae vernaculae in lectione Evangelii et Epistulae.

9

Lectio Epistulae et Evangelii tantum, in omnibus vel saltem in solemnioribus Missis, fiat a celebrante in lingua vernacula et coram populo.

10

In Missa recitetur coram populo tantum Evangelium lingua vernacula.

11

Partes Missae doctrinales fiant denuo ministerium verbi, immediate nempe promulgando S. Scripturae lectiones in lingua vernacula et quidem a ministro versa facie ad populum.

12

In quibusdam partibus (praesertim in Missa Catechumenorum) usus vernaculae linguae permittatur.

---

7) S. Marci, Riohachaën.

8) Insulen, Burdigalen, Aurelianen, Bisuntin, Myrinen, Catalaunen, Albien, Massilien, Ipamuën, Bobodiulassen, Hyderabaden, Malacen-Singaporen, Palten, Makassaren, Surabaien, Pinanguen, Nagpuren, Mysurien, Castriesen. Barbastren, Funchalen, Hafniae, Clogherien, Harlemen, Basileen et Luganen, Holmiae, Orisen, Docimen, Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Centurien, Varsavien et Gnesnen. Sucren, Quiten, Capitis Haitiani, Zamen Maior, Ancyran.

9) Zamen Maior.

10) Oruren, Victorien de Conquista.

11) Nagpuren, Madhuraien.

12) Mantuan, Firman, S. Agathae Gothorum, Tergestin, Adrien, Zacapen.

13

Significatio omnium rituum et verborum S. Missae sit perspicua pro populo = omnes lectiones et orationes fiant lingua vernacula, et a sacerdote non iterentur; item omnia verba solemnis orationis eucharisticae (praefationis et Canonis) dicantur vel cantentur a celebrante lingua vernacula.

14

Missa festiva dialogata semper fiat.

Missa Catechumenorum est didactica, oportet ergo ut fideles intelligant quae eis docentur; propterea lingua vulgaris adhibeatur.

15

Liceat illas partes Missae, quae in instructionem fidelium leguntur vel cantantur (Missa Catechumenorum), simpliciter lingua vernacula proferri, secundum eorum finem et indolem.

16

Permittatur usus linguae vernaculae in Missa lecta.

17

Pericopae Evangeliorum et Epistolarum immediate in lingua vernacula versus populum legantur.

18

Celebrans vel minister alta voce legat vel cantet lingua vernacula orationes Missae, orationes post Communionem atque Epistulam seu lectionem et Evangelium secundum versionem a S. Sede approbatam.

---

13) Inongoën.
14) Sipontin.
15) Sup. Gen. Soc. Jesu, Sup. Gen. Congr. Bav. O. S. B., Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B., Sup. Gen. Congr. Beur. O. S. B., Abbas Primas Gen. O. S. B.
16) Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. J.
17) Ordinarii Indonesiae.
18) Desmoinen, Crossen.

19

Forsan melius est ut tota Missa dicatur lingua patria.

20

Aliquantulum lingua vernacula adhibenda est in Missae celebratione.

21

Usus linguae vernaculae in Missae celebratione bonus est in se, tamen si propter velocitatem elocutionis lingua vernacula non plus intelligitur quam latina haec innovatio est perniciosa.

22

Uniformitas habeatur in usu linguae vulgaris in Missae celebratione.

23

In Missae celebratione quam in aliorum sacramentorum sive sacramentalium confectione sacer minister linguam vulgarem usurpare possit iuxta tamen translationem officialem, auctoritate nationalis Episcoporum coetus seu Conferentiae exaratam, et a S. Sede approbatam.

24

Quando adsunt fideles, minister possit ad nutum celebrare in lingua nationali.

25

Croatae expectant licentiam celebrandi Missam lingua vernacula ut omnis lingua laudet Dominum; iuxta enim celebre dictum Papae Innocentii IV Philippo episcopo Segnensi « sermo rei et non res sermoni subiecta esse debet ».

---

19) Passofunden.
20) Lomen, Oudtshoornen, Lacus Moëri, Kisantuen.
21) Reunionis.
22) Casiotan, Constantinian, Blantyren.
23) Gaspesien.
24) Hainanen.
25) Sibenicen, Spalaten et Macarscen.

26

Nonne opus est praeferre bonum animarum vetustis linguis liturgicis?

27

Facultas tribuatur Episcopis permittendi, statutis diebus, celebrationem Missae in lingua vulgari.

28

Haud periculis immunia videntur tentamina adhibendi linguam vernaculam in Missae celebratione.

29

Normae edantur secundum quas loci Ordinarius in suo territorio usum linguae vernaculae permittere possit in Missae celebratione.

30

Missale bilingue adhibeatur, in lingua latina scilicet pro peregrinis, in lingua vulgari pro incolis.

31

Obligatione imposita sit versio « officialis » partium quae dicentur lingua vernacula.

32

Disputatio de utilitate textus Missae in linguis vulgaribus (Canone excepto) tum pro fidelibus tum pro sacerdote, instituatur.

33

Usus linguae vulgaris in Missa tam solemni quam quotidiana introduci posset, eo tamen sensu ut Canon Missae nonnisi lingua latina exclusive recitandus esset.

---

26) Cypren.
27) Aveiren.
28) Conchen, Dausaren, S. Sebastiani, Gandaven, Vestmonasterien, Salopien, Plymuthen, Gibraltarien, Tabboren, Geneven et Friburgen.
29) Basankusuen.
30) De Lourenço Marques.
31) Abulen, Tabuden, Dausaren, Aveiren.
32) Carolinapolitan.
33) Bumburien.

34

Lingua vernacula in Missa, praeter Canonem, adhibeatur.

35

Lingua latina in Missa tantum quae dicitur « fidelium », vel potius in solo Canone servetur.

36

Facultas tribuatur Ordinariis permittendi usum linguae vernaculae in Missa, saltem pro prima parte i. e. usque ad Canonem, deinde etiam a « Pater » usque ad finem Missae.

37

In Missae Canone lingua latina retineatur.

38

Missa dicatur lingua latina a « Te igitur » ad doxologiam.

39

In Canone, quae recitantur submissa voce, dicantur lingua latina.

40

Agatur de usu linguae vernaculae in Catechumenorum Missa.

---

34) Sup. Gen. Inst. Hisp. Mission, Sup Gen. Soc. Pallottin., Caebuan, Kyoten, Yokohamaën, Ootacamunden, Ossorien, Kadunaën, Hierosolymitan Latinorum, Berenicen, Uahiguyaën, Bobodiulassen, Baianen, Arben, Balecien, Silva Portuen.
35) Brittinorien.
36) Circesien.
37) Cremonen.
38) Arassuahyen.
39) Rhoinen, Kingstonen, Risinitan, Peloten, Altaven, Rivi Nigri, Riopreten, Victorien de Conquista, Barquisimeten, S. Ludovici in Argentina.
40) Norvicen.

41

Lingua latina a populo et, aliquando etiam a sacerdotibus, saltem plene, ignoratur. Usus ergo permittatur linguae vernaculae saltem in prima parte Missae, scilicet in Missa Catechumenorum.

42

In Cathecumenorum Missa amplum locum linguae vulgari dari convenit.

43

Concedendus est usus linguae vernaculae in prima parte Missae usque ad Offertorium.

44

Utilis videtur usus linguae vernaculae saltem in Missa Catechumenorum.

---

41) Carolinapolitan, Edmontonen, Yarmuthen.

42) Buscoducen.

43) Lugdunen, Tarmen, Taben, Villavicentien, Uthinen, Sanaven, Copiapen, Zamoren, Parintinen, Metren, Adamanteae, Antofagasten, Salten in Uruguay, S. Caroli Ancudiae, Maracayen, Cochabamben, Lagen, Euroeen in Epiro, Chillanen, S. Philippi, De El Peten, Campi Grandis, Macapen, Sololen, Paramariboën, Tegucigalpen, Panamen, Teresian, S. Ludovici in Maragnano, Joinvillen, Victorien Spiritus Sancti, Caercinitan, Albasiten, Pharaonen, Febianen, Osloën, Ruremonden, Roterodamen, Laganitan, Tornacen, Albae Regalen, S. Andreae et Edimburgen, Firman, Albae Pompeien, Assisien, Soanen-Pitilianen, Brixinen, Rossanen, Sipontin, Alexandrin, Bononien, Massan, Mediolanen, Nelloren, Yihsienen, Makassaren, Surabaien, Thakheken, Atambuaen, Castriesen, Bangaloren, Collis Mariae, Leriben, Kuduguen, Nepten, Katiolaën, Gagnoaën, Buaken, Daloaën, Abidjanen, Mbararaën, Konakrien, Nzerekoreen, Kaukanen, Tuneten, Niameyen, Carthaginen, Sup. Gen. Miss. Fil. SS. Cordis J., Sup. Gen. Congr. Belg. O. S. B., Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray, Sup. Gen. Soc. Monfort, Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B., Sup. Gen. Congr. Beur. O. S. B., Sup. Gen. O. S. B.

44) Bathursten, Halifaxien, Grandormen, Pueblen, Riverormen, Trebennaten.

45

Fiat moderata introductio linguae vulgaris in liturgia, praesertim in Missa Catechumenorum, quae est potissimum instructio fidelium.

46

Linguae vulgaris in celebranda liturgia augeatur usus, nominatim in ea Missae parte quae Catechumenorum dicitur.

47

Lingua nativa in celebratione Missae Catechumenorum caute ad experimentum permittatur.

48

Usque ad Canonem adhibeatur lingua vernacula in Missae celebratione.

49

Lingua vernacula adhibeatur in Missa ab initio ad Offertorium, et a communione inclusive ad finem Missae.

50

In Missa Catechumenorum, maxime in terris Missionum, vernacula lingua adhibeatur vel adhiberi possit.

51

Linguae vernaculae usus permittatur in lectione Evangelii et Epistulae, quin sit necessaria duplicata proclamatio lingua latina.

52

Lectiones omnes in liturgia legantur lingua vernacula.

---

45) S. Agathae Gothorum.
46) Leirien, Bredan, Girbitan, Ombitan, Salisburgen.
47) Seattlen, Lincolnen, Dubuquen.
48) Josen, Rabaten.
49) Dacchen.
50) Colonien, Rottenburgen, Aulonitan.
51) Insulen, Catalaunen, Albien, Gurzen, Bethlehemen, Iringaën, Kisumuen, Usumburaën, Rubagaën, Bosetan, Morondaven, Kampalaën, Andropolitan.
52) Laganitan.

53

In Missa lecta, quando lector aptus deficit, licitum sit sacerdoti celebranti Epistolam et Evangelium praelegere in lingua vernacula, omissa lectione latina.

54

Partes quaedam Breviarii, Missae (praesertim Epistula et Evangelium) lingua latina vel lingua vernacula dici possint, ita ut lingua latina locum maximum non perdat.

55

In Missis publicis non solemnibus, diebus dominicis et festis de praecepto celebrandis, Epistola et Evangelium in lingua vernacula sola, facie ad populum, a celebrante legantur.

56

Epistola et Evangelium cani possint lingua vernacula.

57

In S. Missae celebratione adhibeatur lingua vernacula in verbi liturgia.

58

Facultas detur utendi lingua vernacula pro illis Missae partibus quae a celebrante alta voce proferuntur.

59

In quibusdam liturgiae partibus atque in ipsa Missae celebratione adhiberi valeat lingua vulgaris, cum hodie longius abiisse vi-

---

53) Clysmaten.
54) Nicen.
55) Fernen.
56) Kayesen.
57) Kupelaën, Arcis Rosebery, Cataquen, Alivalen, Lilongwen, Umtatan, Ipamuen, Sakanien.
58) Dallasen-Arcis Worthen, Sophenen, Sozusen in Palaestina, Arbanen, Nepten, Hierosolymitan Latinorum.
59) Ferentin.

deatur periculum, olim vere timendum, ne per usum plurimorum sermonum damnum inferatur Ecclesiae unitati et doctrinae.

60

Quarundam partium publica lectio vulgari lingua permittatur.

61

« Gloria » et « Credo » lingua vernacula recitentur.

62

Offertorium elata voce in lingua vernacula legatur.

63

Saltem in partibus variabilibus Missae adhibeatur lingua vernacula.

64

Partes invariabiles Missae canantur a populo lingua vernacula.

65

In Missis festorum orationes, cantus, lectiones lingua vernacula dicantur.

66

Partes Ordinarii et proprii Missae cum cantu in lingua vernacula cani possint.

67

Liceat populo canere in lingua vernacula in Missa solemni.

---

60) Mantuan.
61) Athenien, Docimen, Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Varsavien et Gnesnen.
62) Vaccarien.
63) Moronen.
64) Meruen, Bethlehemen, Kuduguen, Kadunaën, Rabaten.
65) Ss. Conceptionis.
66) Imae Telluris et Pointapitren, Oruren, Medellen.
67) De Ponta Grossa, Capitis Haitiani, Turuzitan.

68

In Missae sacrificio christifideles maiorem libertatem in lingua vernacula cantandi habeant.

69

Cantus partium communium Missae in lingua vernacula permittatur ubicumque.

70

In Missa paroeciali festorum liceat recitari textus biblicos et cantare tractus mobiles Missae lingua vernacula.

71

Preces fidelium (tempore Offertorii introducendae) lingua vernacula recitentur.

72

Cantus gregoriani textus vertantur in linguam vernaculam.

73

« Proprium » lingua vernacula legatur.

74

Agnus Dei lingua vernacula recitetur.

75

Collectae lingua vernacula legantur.

76

Orationes lingua vernacula recitentur.

---

68) Darnitan, Camulianen, Vladislavien, Centurien.
69) Laganitan, Polyboten, Synnaden in Phrygia.
70) Eudociaten.
71) Arcis Rosebery, Ordinarii Indonesiae, Treviren, Dagnen.
72) Baianen.
73) Arcis Lamy, Lilongwen, Kadunaën, Rabaten.
74) Arcis Lamy, Kuduguen, Kisumuen.
75) Barbastren, Funchalen, Hafniae, Orisen.
76) Benen in Congo Belgico, Kuduguen.

77

Orate fratres, Sanctus, Pater noster, Agnus Dei, Domine non sum dignus, etc. lingua vernacula recitentur.

78

Ab antiphona « Communio » Missa dicatur lingua vernacula.

79

Post Communionem Missa legatur lingua vernacula.

80

Etiam a Communione usque ad finem Missa celebretur lingua vernacula.

81

« Corpus Domini Nostri... » lingua vernacula recitetur.

82

« Pater Noster » in lingua vernacula cum populo recitari liceat.

83

« Pater Noster » lingua vernacula recitetur.

84

Quaedam partes seu orationes Missae lingua vernacula, iuxta ordinem determinandum presse et servandum rigorose, recitari permittantur.

---

77) Athenien.
78) Albasiten, Cercinitan, Telmissen, Osloën.
79) Lagen, Euroeen in Epiro.
80) Antsiraben, Konakrien, Nzerekoreen, Kaukanen, Arcis Rosebery, Alivalen, Kuduguen.
81) Arcis Lamy.
82) S. Matthaei.
83) Kuduguen, Arcis Lamy.
84) Sup. Gen. O. F. M.

85

Evangelium, Epistola, lectiones et prophetiae lingua vulgari legantur. Textus pro unaquaque lingua vel natione ab omnibus unice adhibendus definiatur.

86

In Missis cantatis, Kyrie, Gloria, Credo etc. fideles lingua sua cantare possint, dum celebrans exclusive lingua latina utatur.

87

Lingua vernacula adhiberi possit in Missis dialogatis.

88

Permittatur ut fideles lingua vernacula Gloria, Credo, Sanctus, Agnus Dei prosequantur, post intonationem vel introductionem sacerdotis lingua latina.

89

In Missa lingua vernacula permittatur pro: parte Catechumenorum, orationibus post Communionem, Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, Agnus Dei, Pater Noster.

90

Lectiones in lingua vulgari legantur. Etiam in Missis solemnibus unum vel duo cantica in lingua vulgari cantentur, sicuti habet antiqua consuetudo.

91

Partes quae in Missa alternis vocibus recitantur (« partes dialogatae ») in lingua vulgari permittantur, immutatis tamen illis partibus a celebrante exclusive recitandis.

---

85) Fulden, Monasterien, Gurcen.
86) Treviren, Dagnen.
87) Chaefomen, Campifontis.
88) Meeruten.
89) Tokien, Multanen, Comben, Malacen-Singaporen.
90) Ascalonitan.
91) Cincinnaten.

92

Quaedam Missae partes, maxime Epistola et Evangelium, in Missa publica lingua vernacula legi permittantur. Lector illam partem legat, celebrans auscultet, sicut « Ordo Hebdomadae Sanctae instauratus » in pluribus locis iam habet.

93

Lingua vernacula admittatur in Missae liturgia, et in specie: liceat sacerdoti Epistolam et Evangelium coram populo solemniter legere, quin eadem lingua latina recitet; fideles has saltem partes lingua vernacula recitent dum sacerdos simul latine dicit: Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, Pater Noster, Agnus Dei, Domine non sum dignus.

94

In diebus dominicis et festis, quando nempe concursus populi id suadet, substituatur pro lectione in lingua latina lectio Epistolae, Gradualis, Munda eor meum et Evangelium in lingua vernacula versus ad populum.

95

Ordinariis generaliter detur facultas permittendi, iusta de causa, ut in Missa solemni: Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, Benedictus et Agnus Dei substituantur hymnis in lingua vernacula exacte translatis vel canticis adaequatis, ut magis actuosa fiat participatio fidelium.

96

In Missa pro sponsis, orationes quae dicuntur in facie ipsorum utilius reciterentur lingua vernacula, demptis quibusdam verbis.

97

Usus linguae vernaculae concedendus esset pro cantu fidelium in Missa solemni (ea condicione ut quolibet anno in omni paroecia aliquae Missae solemnes cum cantu in lingua latina celebrentur).

---

92) Chimiscien.
93) Hobarten, Sidonien.
94) Dunkelden.
95) Mostenen.
96) Kayesen, Arcis Lamy.
97) Lugdunen.

98

In Missis cantatis post cantum Epistulae et Evangelii lingua latina, textus denuo legatur lingua vulgari.

99

In Missa cantata et solemni Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, Agnus Dei a fidelibus lingua cani possint vulgari, dum sacerdos omnia recitat latine.

100

In Missa lecta, clericus vel fidelis, Missae responsiones dicere possit in lingua vulgari, dum sacerdos omnia dicit latine; reliquae preces, quae a fidelibus recitari possint, uti in Missa dialogata, vulgari lingua dici possint.

101

In Missa saltem lectiones, cantus, preces communes et omnia quae fidelibus diriguntur, dicantur vel canentur lingua vernacula.

102

« Asperges » et « Vidi aquam » lingua vernacula cani possint.

103

« Ordinarium » lingua vernacula cani possit v. g. sacerdos lingua latina « Gloria » incipiat, deinde a populo lingua vulgari repetatur et prosequatur.

104

« Sanctus » cani possit lingua vernacula.

C) *De lingua vernacula in divino Officio*

1

Agatur de usu linguae vernaculae in recitatione Breviarii.

---

98) Darnitan.
99) Jalpaigurien.
100) Jalpaigurien.
101) Ordinarii Indonesiae.
102) Lilongwen, Kadunaën, Collis Mariae.
103) Lilongwen, Usumburaën.
104) Kuduguen.
1) Norvicen, Elphinen, Pessinuntin.

2

Ne concedatur usus linguae vulgaris in recitatione Breviarii.

3

In Breviario scribendi forma latina simplicior sit.

4

In choro Breviarium lingua latina declametur; sed privatim liceat Breviarium recitare lingua vernacula, ita ut ad uberiorem cognitionem S. Scripturae perducat.

5

Servetur lingua latina in privata recitatione Breviarii non autem si possibile est in publica.

6

Usus linguae vernaculae in recitatione psalmorum Breviarii permittatur.

7

Sacerdotibus in cura animarum Officii divini recitatio in sermone patrio permittatur aut licentia concedatur loco Breviarii unam horam ante Ss. Sacramentum peragere precibus idoneis.

8

Si sacerdotibus excerpta e S. Scriptura in Breviario lingua vernacula recitare liceret, auxilium eis maximum esset ad S. Scripturas in praedicatione magna cum facilitate citandas.

---

2) Gandaven.
3) Bloemfonteinen, Lomen.
4) Misthien, Brugen, Isinden, Docimen, Sandomirien, Thuggen, Posnanien, Plymuthen, Ardachaden, S. Andreae et Edimburgen.
5) Nepten, Arben.
6) Sinus Viridis, Portus Gratiae-Granfallen, Sacramenten, Arcis Gulielmi, Joloën, Nyundoën, Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B., Sup. Gen. Mission S. Patritii, Sup. Gen. Miss. Fil. SS. Cordis J.
7) Michiten.
8) Great-Ormen, Eumenen, Burlingtonen.

9

Libri Breviarii, saltem psalmi, imprimantur duplici versione, vernacula et latina.

10

Breviarium bilingue edatur.

11

Detur facultas recitandi Breviarium privatim lingua vulgari.

12

Edatur Breviarium bilingue et concedatur sacerdotibus facultas recitandi ter vel quater in hebdomada Officium divinum lingua vernacula.

13

Ad libitum possint sacerdotes recitare, per quartam saltem anni partem, psalmos et lectiones S. Scripturae in lingua vernacula ut melius capere S. Scripturam necnon in praedicatione facilius ea uti possint.

14

In privata recitatione Breviarii optio concedatur idem legendi aut latina aut vulgari lingua.

15

In recitatione Breviarii lingua vernacula ad libitum uti possint sacerdotes qui hoc petunt.

16

In recitatione Breviarii lingua vernacula ad libitum uti liceat.

---

9) Myrinen.

10) Peneden.

11) Sololen, Huachen, Tegucigalpen, Paralien, Dodgepolitan, Richmondien, Cincinnaten, Kyoten, Yokohamaën, Sendaien, Dacchen Malacen-Singaporien, Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B., Sup. Gen. Mission. S. Patritii, Sup. Gen. Miss. Fil. SS. Cordis J.

12) Laganitan.

13) Fernen.

14) Dianen.

15) Majungaën.

16) De Diego Suarez, Josen, Rabaten, Eshowen, Leriben, Kadunaën, Kisumuen, Tuneten, Bobodiulasen, Uahiguyaën, Oruren, Poncen, Zernen, Capitis Haitiani, Chillanen.

17

Utile esset recitare divinum Officium in lingua vulgari.

18

Officium divinum ab omnibus qui ad recitationem eius tenentur in vernaculo recitari debeat.

19

Sacerdotibus linguam latinam non bene callentibus permittatur lingua vernacula.

20

Facultas concedatur recitandi privatim Breviarium lingua vernacula, saltem ex parte.

21

Recitatio Breviarii lingua vernacula, versione approbata, saltem sit valida et coleretur aliquando ad fovendam sacerdotum pietatem.

22

Matutinum reducatur ad lectionem S. Scripturae lingua vernacula factam.

23

Lectiones proferantur lingua vernacula.

24

Pro festis maioris momenti lectiones desumantur e Patribus graecis et latinis, et lingua latina recitentur; pro aliis festis desumantur lectiones ex aevo postpatristico immo et moderno, et lingua vernacula recitentur.

---

17) Bloemfonteinen, Nairobien, Antsiraben, Lacus Moëri, Morondaven, Banguen, Nunen, Bumburien.
18) Sozusen in Palaestina.
19) Iceuven, Tokien.
20) Gurzen.
21) Lomen.
22) Arcis Lamy.
23) Katiolaën, Gagnoaën, Buaken, Daloaën, Abidjanen.
24) Luxemburgen.

25

Episcopi subditis, pro aedificatione spirituali, permittere possint Breviarium lingua vernacula recitari.

26

In privata Breviarii recitatione loci Ordinarius suis sacerdotibus permittere possit usum textus in lingua vernacula ab Ecclesia approbati.

27

Edatur « officialis » oratio vespertina pro diebus dominicis; sit vel adaptatio Completorii vel oratio mixta e Vesperis et Completorio ut nunc habentur, vernacula autem lingua canatur.

28

Officium Vesperum tamquam publica devotio in favorem fidelium in lingua vulgari recitari possit, immutata obligatione eorum qui ad recitationem latinam in choro obstringuntur.

29

Liceat Vesperas diei dominicae et festorum lingua vernacula decantare, ut foveatur participatio fidelium s. liturgiae.

30

Cantus psalmorum Vesperarum in lingua vernacula permittatur ubique.

31

Religiosarum Congregationum vel Ordinum fratres laici et sorores, quibus sufficiens scientia linguae latinae deest, officium persolvant lingua vernacula.

---

25) Aquisgranen, Cerynien, Eminentianen, Essendien, Misnen, Paderbornen, Monasterien.
26) Basankusuen.
27) Ardachaden.
28) S. Didaci, Atlanten, Lampsacen, Cincinnaten.
29) Sup. Gen. Soc. Jesu.
30) Melen, Synnaden in Phrygia.
31) Fulden.

32

Clericis saecularibus Officium divinum extra chorum recitantibus, utendi sive lingua latina sive vernacula licentia detur.

33

Breviarium, saltem in maiore parte, lingua nativa legi possit.

34

Emendatio Breviarii et usus linguae vernaculae in recitatione privata commendanda sunt.

35

Divinum Officium lingua vulgari privatim recitari liceat, horis canonicis, praesertim matutinis, in formam breviorem ac simpliciorem reductis.

36

Facultas concedatur Breviarium privatim recitandi lingua vernacula, quia plures, qui latinam linguam non callent, praesertim qui sero in Seminarium ingressi sunt, nullum cibum ad recreandam vitam animae suscipiunt ex recitatione latina.

37

Recitatio Breviarii in lingua latina est medium unitatis inter sacerdotes.

---

32) Olbien, Hadrianopolitan in Haemimonto, S. Georgii Terrae Novae.

33) Natcheten-Jacksonien, Burlingtonen.

34) Grandormen, Yakimen, Portus Gratiae-Granfallen, S. Joannis Canaden, Saskatoonen, Gaspesien, Edmontonen, Pembroken, Vancuverien, Carolinapolitan, Helenopolitan in Palaestina, Hartfortien.

35) Halifaxien, Regineten, S. Georgii Terrae Novae, Insulae Grandis, Vigornien, Steubenvicen, Trebennaten.

36) Myrinen, Gurzen, Lugdunen.

37) Bathursten.

D) *De lingua vernacula in administratione sacramentorum*

1

Agatur de usu linguae vernaculae in sacramentorum administratione.

2

In administratione sacramentorum permittatur usus linguae vernaculae.

---

1) Norvicen.

2) Busiritan, Aquisgranen, Friburgen, Rottenburgen, Aulonitan, Secovien, Vallen in Lucania, S. Agathae Gothorum, Montis Oliveti Maioris, Cortonen, Dianen, Campanien, Boianen, Assisien, Fodian, Aquilan, Liburnen, Mutinen, Apuanien, Auximan et Cingulan, Mazarien, Soanen-Pitilianen, Callien et Pergulan, S. Luciae, Recineten, Collen, Nicosien, Pupianen, Biturgen, Theatin, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Centumcellarum, Mediolanen, Ootacamunden, Inter. Ap. in India, Dubuquen, Dodgepolitan, S. Bonifacii, Honoluluen, Hartfortien, Kansanopolitan - S. Josephi, Marquetten, Ciamsciaven, Sciiamenen, Yihsienen, Siningen, Kandien, Medanen, Poonen, Nelloren, Visakhapatnamen, Linaren, Ss. Conceptionis in Paraguay, Tumacoën, Aysenen, Zacapen, Ancyran, Kingstonen, Phasan, Copiapen, Montisvidei, Arsinoitan in Arcadia, Poncen, Risinitan, Posaden, S. Joannis a Missionibus, Quiten, S. Joannis Portoricen, Icen, Yucatanen, Jujuyen, Maracayen, Peloten, Punien, Jericoën, Tarahumaren, Chillanen, Goianien, S. Philippi, Sidetan, De El Peten, Coroicen, Maturinen, Arequipen, S. Raimundi, Imae Telluris et Pointapitren, Civitatis Bolivaren, Sonsonen, Macapen, Tegucigalpen, Calabocen, Huarazen, Sololen, Valentin in Venezuela, Chiclayen, Achyraën, Caesarien Philippi, Kigomaën, Traculen, de Sahara Hispanico et Ifni, Nepten, Portus Ludovici, Baianen, Gaurianen, Uagaduquen, Carthaginen, Hierosolymitan Latinorum, Menoiden, Aleppen Maronitarum, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ord. Bas. Aleppen Melch., Archim. Ord. Bas. S. Salvatoris Melch., Sup. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo, Mbeyaën, Civitatis Reginae, Lydenburgen, Livingstonen, Eshowen, Nunen, Leirien, Girbitan, Gallovidien, Laonien.

3

In sacramentorum administratione magis locum habeat lingua vulgaris.

4

Usus linguae vulgaris in administratione omnium sacramentorum permittatur, Pontificali ritu non excluso.

5

Exceptis Missae celebratione et Breviarii recitatione, usus permittatur linguae vernaculae in sacrementorum administratione et in aliis divini cultus caeremoniis.

6

In administratione omnium sacramentorum, excepta forma, lingua vernacula adhibeatur.

7

In administratione sacramentorum partes quae ad fidelium institutionem destinantur in lingua vernacula legantur.

---

3) Hispalen, Tabuden, Almerien, Febianen, Bracharen, Elphinen, Vestmonasterien, Gallovidien, Gibraltarien, Crisien, Driziparen, Vagen, Eudociaten, Vladislavien, Ultraiecten, Justinianen, Castabalen.
4) Pergen, Bumburien.
5) Sup. Gen. Tert. Ord. Reg.
6) Oudtshoornen, Silva Portuen, de Lourenço Marques, Balecien, Cataquen, Umtatan, Uahiguyaën, Ipamuen, Rabaten, Caercinitan, Giennen, Salmantin, Barbastren, Aveiren, Pharaonen, Telmissen, Ossorien, Clogherien, S. Andreae et Edimburgen, Nacolen, Doaren, Lomzen, Tanagraeus, Sandomirien, Panitan, Kielcen, Thuggen, Holaren, Polyboten, Leopolien Latinorum, Laganitan, Chien, Spalaten et Macarscen, Albae Regalen, Basileen et Luganen, Lugdunen, Cremonen, Tamimen, Dinajpuren, Christopolitan, Interamnen et Narnien, Crotonen, Mutilen, Tiburtin, Pompeian, Messenen, Rhoinen, S. Crucis de Sierra, Esmeralden, Leopoldinen, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, Barquisimeten, S. Ludovici in Argentina.
7) Rubagaen, Lomen, Bosetan, Kroonstaden.

8

In administratione sacramentorum interrogationes, animadversiones lingua vernacula manifestentur.

9

Disquisitio fiat de usu linguarum vulgarium in Rituali pro quibusdam sacramentis.

10

In sacramentorum administratione servetur lingua latina, saltem pro parte essentiali.

11

In ambitu normarum statutarum loci Ordinarius in suo territorio linguae vernaculae usum permittere possit in administratione sacramentorum et sacramentalium.

12

Maior libertas concedatur Ordinariis adhibendi linguam vernaculam in sacramentorum administratione.

13

Enixe deprecatur ut in administratione Baptismi et Matrimonii lingua vernacula adhibeatur, praeter formulam sacramentalem.

14

Rituale pro sacramento Baptismi et Matrimonii sit in sermone vulgari.

15

Administratio Baptismi et celebrationis ritus Matrimonii fiant integre lingua vulgari.

---

8) Oveten, Darnitan, Eudociaten, Varsavien et Gnesnen.
9) Carolopolitan.
10) Hierapolitan in Syria.
11) Basankusuen.
12) Bennefen.
13) Jaren.
14) Syracusan, Montis Oliveti Maioris, Taurinen, Viglevanen, Platien, Liburnen, Ptolamaiden in Lybia.
15) Naissitan.

16

Usus linguae vernaculae permittatur in administratione Confirmationis, Matrimonii et Extremae Unctionis.

17

Usus linguae vulgaris, qui modo permittitur in sacramentorum administratione, extendatur ad alias partes non stricte sacramentales.

18

Interrogationes in administratione sacramentorum in lingua vulgari fiant.

19

Ritus sacramentorum (praeter sacramentum Ordinis) lingua vernacula absolvatur, excepta tamen ipsissima cuiuslibet sacramenti formula, quae lingua latina dici debet, quin lingua vernacula repetatur.

20

Suadetur lingua vernacula pro Poenitentia, Extrema Unctione, Matrimonio, omnibus sacramentalibus, litaniis, partibus liturgicis ad instructionem fidelium.

21

Fas sit uti lingua latina vel vernacula in administratione Baptismi, Confirmationis, Matrimonii et Extremae Unctionis.

22

Baptismus lingua vernacula administretur.

---

16) Nucerin et Todinen, Ptolemaiden in Lybia.
17) Ilcinen, Balneoregien, Apuanien.
18) Cueven.
19) Sidonien.
20) Nagpuren, Poonen.
21) Tampicen, Manizalen.
22) Portus Veneris, S. Caroli Ancudiae, S. Marci, Barranquillen, S. Rosae de Osos, Portus Maldonadi, Iquitosen, Coroicen, Chilapen, Hadrianopolitan in Haemimonto, Manizalen, Victorien de Conquista, Pereiran, S. Mariae, Celerinen, Rusicaden, Arben, Misuraten, Arcis Lamy, Kudugua

23

Exorcismi in lingua latina recitandi sunt.

24

Confirmatio conferatur in lingua vernacula.

25

In administratione Confirmationis lingua vernacula adhibeatur, excepta formula.

26

In Poenitentiae administratione adhibeatur lingua vernacula.

27

S. Communio administretur lingua vernacula.

28

Extrema Unctio conferatur in lingua vernacula.

ën, Kisumuen, Tsiroanomandidyen, Clunien, Funchalen, Lancastren, Salopien, Athenien, Tabboren, Docimen, Daonien, Panopolitan, Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Czestochovien, Trocmadian, Sinianden, Centurien, Syren et Sanctorien, Plymuthen.

23) Oudtshoornen.

24) Tabboren, Docimen, Daonien, Panopolitan, Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Czestochovien, Trocmadian, Sinianden, Centurien, Jotan, Varsavien et Gnesnen, Syren et Sanctonen, Rusicaden, Arben, Kayesen, Kuduguaën, Kisumuen, S. Caroli Ancudiae, S. Marci, Iquitosen, Chilapen, Hadrianopolitan in Haemimonto, Vaccarien, Manizalen, Pereiran, S. Mariae, Celerinen.

25) Ordinarii Indonesiae.

26) Funchalen, Syren et Sanctorien, Plymuthen, Jotan, Centurien, Trocmadian, Czestochovien, Helenopolitan in Bithynia, Premislien Latinorum, Daonien, Docimen, Tabboren, Varsavien et Gnesnen, Rusicaden, Arben, Katiolaën, Buaken, Daloaën, Abidjanen, Hadrianopolitan in Haemimonto, S. Mariae, Celerinen.

27) Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Trocmadian, Jotan, Arben, S. Mariae, Celerinen.

28) S. Caroli Ancudiae, S. Marci, Barranquillen, S. Rosae de Osos,

29

Matrimonii sacramentum lingua vernacula administretur.

30

Benedictiones pro sponsis in Missa legantur lingua vernacula.

31

In collatione Ordinum saltem in orationibus quae populo diriguntur lingua vernacula adhibeatur.

32

Introducatur quam maxime lingua vernacula in conferendis Ordinibus, nam explicationes a sacerdote perdurante sacro ritu datae, ritum perturbant.

33

Admonitiones ordinationis sacerdotalis et episcopalis legantur lingua vernacula.

Portus Maldonadi, Iquitosen, Coroicen, Chilapen, Vaccarien, Panopolitan, Manizalen, Pereiran, S. Mariae, Celerinen, Onitshaën, Rusicaden, Arben, Misuraten, Kayesen, Makenen, Tuneten, Kuduguën, Kisumuen, Tsiroanoman didyen, Montis Laurei, Varsavien et Gnesnen, Tabboren, Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Czestochovien, Centurien, Syren et Sanctorien, Plymuthen.

29) Syren et Sanctorien, Plymuthen, Funchalen, Salopien, Athenien, Tabboren, Docimen, Daonien, Panopolitan, Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Czestochovien, Trocmadian, Sinianden, Centurien, Jotan, Varsavien et Gnesnen, Rusicaden, Arben, Arcis Lamy, Kuduguën, Kisumuen, Tsiroanomandidyen, Baranquillen, S. Rosae de Osos, Portus Maldonadi, Coroicen, Manizalen, Pereiran, S. Mariae, Celerinen, Dallasen-Arcis Worthen.

30) Goianien, Hadrianopolitan in Haemimonto.

31) Yucatanen.

32) Posnanien, Leopolien Latinorum.

33) Sanaven.

E) *De lingua vernacula in sacramentalibus*

1

In usu sacramentalium lingua vernacula adhibeatur.

2

Sacramentalia conferantur absolute lingua vernacula.

3

In sacramentalibus lingua vernacula adhibeatur, exceptis iis quae ab Episcopo administrantur.

4

Sacramentalia conferantur lingua vernacula vel latina ad libitum.

---

1) Tarquinien et Centumcellarum, Mediolanen, Cremonen, Lugdunen, Onitshaën, Rusicaden, Nepten, Oudtshoornen, de Lourenço Marques, Balecien, Dumen, Blantyren, Portus Ludovici, Baianen, Salisburien, Gaurianen, Uagaduquen, Cataquen, Carthaginen, Uahiguyaën, Hierosolymitan Lat., Aleppen Maronitarum, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ord. Bas. Aleppen Melch., Archim. Ord. Bas. Ss. Salvatoris Melch., Livingstonen, Eshowen, Nunen, Civitatis Reginae, Bethlehemen, Basileen et Luganen, S. Andreae et Edimburgen, Gibraltarien, Bracharen, Telmissen, Vestmonasterien Laganitan, Spalaten et Macarscen, Albae Regalen, Tabboren, Docimen, Panopolitan, Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Czestochovien, Melen, Driziparen, Doaren, Eudociaten, Lomzen, Tanagraeus, Sandomirien, Panitan, Thuggen, Polyboten, Leopolien Latinorum, Justinianen, Oturkpoën, Niameyen, Majungaën, Makenen, Smyrnen, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi.

2) Moronen, S. Mariae, Celerinen, Victorien Sp. Sancti, Paramariboën, Valentin in Venezuela, Rhoinen, Phasan, Punien, Rivi Nigri, Riopreten, Jaboricaballen, Tanitan, Arequipen, Macapen.

3) Varsavien et Gnesnen.

4) Tampicen.

5

Benedictiones publicae lingua vernacula redigantur.

6

Permittatur usus linguae vernaculae in nonnullis sacramentalibus, in quibusdam benedictionibus et in absolutione defunctorum.

7

Benedictiones sive rerum, sive personarum, adiurationes, exorcismi necnon preces pro agonizantibus vernacula lingua proferantur.

8

Permittatur usus linguae vulgaris in « devotionibus non-liturgicis », e. g. in benedictione Ss. Sacramenti, hymnus « Tantum ergo » et oratio a sacerdote in lingua vulgari cantentur.

9

Ritus consecrationis ecclesiarum lingua vernacula perficiendus est.

10

Ritus consecrationis altarium lingua vernacula perficiatur.

11

Ritus consecrationis campanarum lingua vernacula perficiatur.

12

In liturgia cinerum lingua vernacula adhibeatur.

---

5) Jalpaigurien, Pinangen.
6) Montis Oliveti Maioris, Campanien, Viglevanen, Aquilan, Liburnen, Apuanien, Lucerin, Abellinen, Fulginaten.
7) Livien.
8) Hierapolitan in Syria.
9) Kielcen, Sinianden, Tabboren, Docimen, Daonien, Tanagraeus, Sandomirien, Panitan, Centurien, Varsavien et Gnesnen.
10) Kielcen, Sinianden.
11) Centurien, Kielcen.
12) Imae Telluris et Pointapitren.

13

In liturgia palmarum lingua vernacula adhibeatur.

14

In benedictione candelarum adhibeatur lingua vernacula; praeterea in benedictione cinerum, palmarum, in consecratione campanarum, ecclesiarum, in processionibus v. g. Rogationum.

15

In liturgia funerum adhibeatur lingua vulgaris.

16

In parvulorum exequiis lingua vernacula adhibeatur.

17

In liturgia purificationis lingua vernacula adhibeatur.

18

In cunctis processionibus liturgicis quae in ecclesiis paroecialibus ducuntur, valde commendetur concessio licentiae cantandi Litanias vel hymnos in lingua vernacula.

19

In processionibus liturgicis omnia cani possint lingua vernacula.

---

13) Arcis Rosebery, Imae Telluris et Pointapitren.
14) Tuneten, Sakanien.
15) Lancastren, Salopien, S. Andreae et Edimburgen, Gibraltarien, Tabboren, Docimen, Panopolitan, Premislien Latinorum, Helenopolitan in Bithynia, Czestochovien, Trocmadian, Sinianden, Centurien, Varsavien et Gnesnen, Orisen, Nepten, Arcis Lamy, Kuduguën, Sakanien, Navrongen, Victorien Sp. Sancti, Hadrianopolitan in Haemimonto, Medellen, Peloten, Lagen, Euroeen in Epiro, Imae Telluris et Pointapitren, Lugdunen, Christopolitan, Rosen.
16) Montis Laurei.
17) Imae Telluris et Pointapitren.
18) Seattlen, Novae Aureliae.
19) Kuduguën.

20

Lingua vernacula extendatur ad lectiones et cantus publicos.

21

In funeribus et generatim in processionibus liturgicis permittatur lingua vulgaris.

F) *De lingua vernacula in liturgia paschali*

1

Passio legatur lingua vernacula.

2

Lectiones, orationes, passio in Parasceve perutiliter in lingua vernacula recitari possent.

3

Plus linguae vernaculae in liturgiam Vigiliae Paschalis inducatur.

4

In liturgia Hebdomadae Maioris, excluso Missae Canone, lingua vernacula adhibeatur.

5

« Exultet » sermone nativo cani possit.

6

Prophetiae legantur lingua vulgari.

---

20) Nyundoën.
21) Leirien, Girbitan, Gallovidien, Laonien.
1) Tefen, Imae Telluris et Pointapitren, Arcis Rosebery, Tuneten, Sakanien.
2) Loiden.
3) Ruremonden, Roterodamen, Thuggen.
4) Uahiguyaen, Lilongwen.
5) Collis Mariae, Arcis Rosebery, Tuneten, Sakanien.
6) Tefen, Imae Telluris et Pointapitren, Arcis Rosebery.

7

In adoratione Crucis adhibeatur lingua vernacula.

3. De Rituali bilingui

1

Detur generalis facultas utendi lingua vernacula in Rituali Romano.

2

Edatur Rituale bilingue.

3

Lingua vernacula adhibeatur in Rituali.

4

Edatur « officialis » versio Ritualis.

5

Si bilingue Rituale admittitur, illud redigatur iuxta formam universalem ab omnibus observandam, submota actuali varietate Ritualium bilinguium.

6

Omnibus nationibus Rituale bilingue, latino nempe et vulgari sermone exaratum, ad intelligentiam fidelium permittatur.

---

7) Tuneten, Sakanien.
1) Regineten.
2) Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Tarmen, Cueven, Medellen, Ss. Conceptionis, Capitis Haitiani.
3) Assisen, Villavicentien, S. Crucis de Sierra, Sanaven, Copiapen, Santosen, Metren, Valdivien, Sucren, Peloten, Cochabamben, Lagen, Euroeen in Epiro, Arassuahyen, Caeciritan, S. Jacobi Equitum, Mossoren, Joinvillen, Oruren, Vatarben, Alien, Plocen, Letopolitan, Posnanien, Jotan.
4) Aveiren.
5) Hierapolitan in Syria.
6) Pistorien, Albae Pompeien, Catacen et Squillacen.

7

Licentia recitandi preces Ritualis in lingua latina et vernacula extendatur ad omnes regiones ubi Hierarchia id petit.

8

Exoptandum esset ut Rituale in lingua Tahaitiensi formaretur et usus huius linguae toleretur, cum adhuc lingua Francorum in usu sit.

9

Considerandum est num S. Sedes Episcopis concedere possit facultatem adaptandi translationem Ritualis praesertim circa sententias, tropos et metaphoras ab Afrorum mente nimis alienas.

---

7) Ardachaden.
8) Ascalonitan.
9) Kikuiten.

IX. DE KALENDARIO LITURGICO

1. De kalendarii reformatione

1

Kalendarium liturgicum reformetur.

2

Kalendarium universale et perpetuum instruatur.

3

Kalendarium ecclesiasticum sit unicum in universa Ecclesia.

4

Acceptatio calendarii universalis (World Calendar) promoveatur.

5

Kalendarium reformetur, potissimum secundum schema ab O.N.U. confectum, utcumque Pascha fixetur.

6

Opportunum est promovere votum de innovatione Kalendarii civilis, ut prima dies anni sit extra ordinem, sit dies a se et ut singuli dies hebdomadae semper respondeant eidem numero cuiuscumque mensis.

---

1) Misnen, Colonien, Conferentia Fulden, Montis Alti et Ripan, Mvanzaën, Ziguinchoren, Cotonuen, Lacus Moëri, Culiacanen, Limonen, Rivi Nigri, Riopreten, Tanitan, Altaven, Montis Regalis in Pedemonte, Pergamen.

2) Monopolitan, Papien, Daren, Jericoën.

3) Funchalen, Misthien.

4) Londonen, S. Bonifacii, Dallasen-Arcis Worthen.

5) Albasiten, Villaregalen, Eudociaten.

6) Acerrarum, Caiacen.

7

Perficiantur modificationes quas reformatio civilis vel exigat vel suggerat.

8

Kalendarium sit unicum in Universa Ecclesia exceptione facta pro Patrono dioeceseos.

9

Ad novum kalendarium elaborandum aliqua Commissio mixta instituatur, ne Ecclesia catholica aliquod kalendarium a civili potestate impositum, de improviso acceptare compellatur.

10

Quaestio de unico kalendario pro tota Ecclesia orientali proponatur proximo Concilio.

11

Kalendarium liturgicum est aliud obstaculum unioni cum schismaticis qui Kalendarium iulianum sequuntur.

12

In Kalendario liturgico universali desiderantur festa Dei Conditoris humani generis, auctoris naturalis legis, Servatoris ordinis moralis et iuridici Remuneratoris, Divinae Providentiae, gratiarum Actionis pro acceptis beneficiis, fraternitatis humanae sub Deo Patre.

13

Articuli nostrae fidei in duas tabulas ordinantur, prout ad divinitatem vel ad oeconomiam Redemptionis pertinent.

Illi autem qui prioris sunt ordinis, una Trinitate excepta, propria festivitate carent: nullum enim datur festum in quo Deus ut Creator, ut Conservator, ut Gubernator, ut Pater, ut Verbum ado-

---

7) Papien, Salutiarum.
8) Recineten.
9) Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. J.
10) Edmontonen Ruthenorum.
11) Cleopadriten.
12) Portugallen.
13) Valentin, Dardan.

retur; hoc insuper animadvertendum est, quod, cum de mysteriis prioris ordinis agitur, nos cum universo mundo etiam physico coniungimur.

14

Deest in Ecclesiae calendario festum Primae Personae Ss. Trinitatis. Cumque hisce nostris temporibus « eo plenius ac diligentius evigilandum esset quo plures iuvenibus imperitis faciendi morum pietatisque naufragii occasiones increbrescerent » (Divini illius Magistri), cumque res publica sibi in dies arroget iura quae humani generis Conditor familiae, ad praesertim patri, contulerit, festum Dei Patris institutum magnopere efficeret ut pristinae reflorescerent vitae familiaris virtutes.

15

Saepe petitio novorum festorum fit honoris et aemulationis causa coetuum particularium. In his adiunctis concedantur festa et officia propria pro his caetibus particularibus.

16

Calendarium simplificetur, ita ut nonnulla festa secundaria extinguantur, tria tantum festa principalia, i. e. Nativitas, Pascha, Pentecostes cum plena octava celebrari possint.

17

Tantum Sancti revera universales in calendario omni sint.

18

Suadendum est ut per totum annum festorum sanctorum celebratio fiat facultativa, sicut hodie conceditur pro tempore quadragesimali servato tamen praecepto pro universali ecclesia celebrationis Missae et Officii eorum sanctorum quorum nexus cum universali Ecclesia perspicuus, ut sunt Apostoli, Ecclesiae Doctores, Summi Pontifices etc.

---

14) Carolinapolitan.
15) Abbas Primas O. S. B.
16) Meloën in Isauria.
17) Ruremonden, Roterodamen, Luxemburgen.
18) Buscoducen.

19

Kalendarium sanctorum reformetur, suppressis iis festis sanctorum quorum arctior cum quadam regione vel cum quodam ordine nexus existit adeo ut simul « proprium » dioeceseon amplius detur.

20

Retineantur in Kalendario Sancti quorum vita, historice utique comprobata incontroversaque, universale exemplar nostris adultis atque excultis offerre possit.

21

Sanctorale minuatur.

22

Notabiliter reducendus videtur numerus festorum in Sanctorali.

23

Festa duplicia maiora ad ritum duplicem redigantur.

24

In reformatione peragenda festa discreta ratione deligantur.

25

Dies festorum minuendus est.

26

Detur maior libertas aptandi kalendarium necessitatibus vel utilitatibus localibus dioeceseos, terrae, Ordinis religiosi, etc.

---

19) Buscoducen.
20) Portugallen.
21) Uthinen, Oruren.
22) Aberdonen.
23) Aquisgranen.
24) Sup. Gen. Ord. SS. Trint.
25) Calydonien.
26) Tabalen.

27

« Proprium » de tempore magis magisque praevaleat « proprio » Sanctorum in kalendario Ecclesiae Universalis, in kalendario vero particulari praevaleat festum Patroni, Dedicationis Ecclesiae etc.

28

Ipse anni dominici circulus (proprium de tempore) clarius eluceat festaque illorum tantum Sanctorum remaneant universalia, quae universalem Ecclesiam respiciunt, reliquis cultui locali vel regionali commissis.

29

Proprium de tempore praeponatur Proprio de Sanctis. In tempore quadragesimali celebrentur tantum festa I et II classis.

30

Proprium de tempore extollatur.

31

Quattuor tempora aboleantur.

32

Tempus Adventus pluribus officiis propriis adaugeatur vel saltem pluribus lectionibus (Ep., Ev.) pro dominicis Adventus.

33

Instauretur idonea doxologia mariana per totum adventum, eo vel magis quia cessavit octava de B. M. V. Immaculata Conceptione.

34

A die 17 usque ad diem 24 decembris introducatur Officium et Missa propria ritus simplicis, uti praeparatio ad diem Natalem Domini.

---

27) Fanen.
28) Treviren, Dagnen, Berolinen.
29) Friburgen.
30) Carthaginen.
31) Reconquisten.
32) Friburgen, Berolinen.
33) Nuscan.
34) Pinnen-Piscarien.

35

Quotidie in octava Natalis Domini sint Officium unius nocturni et Missa propria, ritus duplicis primae classis duobus prioribus diebus; ritus duplicis ceteris diebus.

36

Festa de praecepto a Nativitate Domini ad Epiphaniam frequentiora sunt, ideoque normalem cursum vitae socialis impediunt.

37

Octava Epiphaniae restituatur.

38

Repristinetur octava Epiphaniae, ritus simplicis aut ritus duplicis, ad celebrationem festorum infantiae et vitae privatae Domini et festi Ss. Innocentium.

39

Tempus Epiphaniae amplificetur pluribus formularibus de tempore.

40

Octavarium precum, quae in Ecclesia funduntur a die 18 ad diem 25 ianuarii, in ipsa liturgia introducatur: nunc ad impetrandam unionem in populo christiano, et, unione peracta, ad Deo gratias agendas.

41

In Calendarium Ecclesiae universalis recipiantur tantum festa B. M. V., Apostolorum et illorum Sanctorum, quibus pro universa Ecclesia momentum speciale competit.

---

35) Pinnen-Piscarien.
36) Montis Regalis in Pedemonte.
37) Mediolanen.
38) Pinnen-Piscarien.
39) Berolinen.
40) Catacen et Squillacen.
41) Friburgen.

42

Ne facilius et frequentius introducantur in kalendario liturgico nova festa in universa Ecclesia celebranda.

43

Nova festa Sanctorum ex gravissimis tantum causis ad universalem Ecclesiam extendantur.

44

Dominicae omnes evehantur ad ritum duplicem II classis.

45

Officium et missa de dominica rarissime sollemnitatibus Sanctorum vel festis particularibus cedat.

46

Dominicarum et festorum mobilium ordo evidentior et simplicior evadat.

47

Dominica sit duplex secundae classis.

48

Dominica numquam locum cedat, nisi in festis duplicibus primae classis.

49

In Ecclesia Universali colantur sancti revera universales, reliqui in respectivis dioecesibus vel Institutis religiosis.

50

Sanctorum festa in Ecclesia universali pauciora fiant, ut fideles magis alliciantur ad vitam Christi et mysteria christiana meditanda.

---

42) Sup. Gen. O. F. M., Abbas Primas O. S. B.
43) Aquisgranen.
44) Aquisgranen.
45) Berolinen.
46) Sup. Gen. Ord. Ss. Trint.
47) Lagen, Euroeen in Epiro.
48) Civitatis Reginae.
49) Tiburtin, Gindaren.
50) Mantuan.

51

In Kalendario Ecclesiae Universalis inserantur festa principalia sanctorum uniuscuiusque nationis ita ut catholicitas Ecclesiae magis eluceat.

52

Nonnulla « duplicia », regionalis tantum momenti, ad simplicia reducantur.

53

Duplicia non I et II classis, ad ritum simplicem reducantur.

54

Quoad ritum, omnia festa Domini tantum sint primae classis; quae ad honorem B. M. V., Ss. Apostolorum, et nationum, regionum, locorum Patronorum, celebrentur ritu secundae classis; omnia alia festa Sanctorum, ritu simplici.

55

In festis sanctorum etiam ritus duplicis ad libitum Missa et Officium de tempore sumi possint.

56

Temporale et Sanctorale e Ss. Libris semper maiora desumant.

57

Instituatur festivitas communis « Sanctorum Fundatorum » pro omnibus Institutis Religiosis utriusque sexus ut pateat populo christiano unitas spiritualis et actionis omnium Familiarum Religiosarum.

58

Die 1 ianuarii simul celebrentur festa Circumcisionis et S. Nominis D. N. I. C.

---

51) Tepicen, Milevitan.
52) Ardachaden.
53) Tarraconen, Ruremonden, Roterodamen.
54) Teramen et Atrien.
55) Ordinarii Indonesiae.
56) Muilaën.
57) Sup. Gen. Soc. S. Francisci Salesii.
58) Pinnen-Piscarien.

59

Aboleatur festum Circumcisionis Domini, quia characterem habet hebraicum: eadem die instituatur festum propitiationis ad novum annum.

60

Festum Ss. Nominis Iesu aboleatur.

61

Festum Incarnationis sit de praecepto.

62

Festa Inventionis et Exaltationis S. Crucis uniantur.

63

Festum D.N.I.C. Summi et Aeterni Sacerdotis, in dominica Festum Corporis Christi immediate sequente et ab universa Ecclesia celebrentur.

64

Instituatur festum liturgicum Christi Summi et Aeterni Sacerdotis.

65

Octava Corporis Christi restituatur.

66

Reducantur aliquae festivitates:
a) Ss. Cordis et Eucharistici Cordis.
b) Ss. Nominis et Circumcisionis.
c) Omnium Sanctorum et Christi Regis.
d) Conceptionis B. M. V. et Immaculati Cordis.
e) Assumptionis et Mariae Reginae.

---

59) Montis Regalis in Pedemonte.
60) Tuneten.
61) Caesenaten.
62) Tuneten.
63) Viglevanen.
64) Zeliten, Matriten.
65) Mediolanen.
66) Derthonen.

67

Altera pars mensis octobris et prima pars mensis novembris ordinentur ad celebrationem Regni Dei.

68

Instituere oportet festum Christi Magistri.

69

Festum gratiarum actionis instituatur.

70

Festum instituatur de gratiarum actione Deo Creatori.

71

Festum B. M. V. Mediatricis Universalis ad universam Ecclesiam extendatur.

72

Festum Mediationis Universalis B. M. V. celebretur die 20 Maii.

73

Festa Immaculatae Conceptionis et Immaculati Cordis B. M. V. uniantur.

74

Festum dolorum B. M. V. in feria VI hebdomadae Passionis et festum B. M. V. Perdolentis uniantur.

75

Festum Ss. Nominis Mariae aboleatur.

---

67) Pinnen-Piscarien.
68) Morelien.
69) Fianarantsoaën.
70) Ambaten.
71) Caiesen, Driziparen.
72) Novae Lisbonae.
73) Tuneten.
74) Tuneten.
75) Tuneten.

76

Festum B. M. Virginis titulo « Auxilium Christianorum » ad universam Ecclesiam extendatur.

77

Festum de Corredemptione B. M. V. instituatur.

78

Festum S. Ioseph de praecepto transferatur in diem primam Maii.

79

Sancti Maiores V. T. inserantur in kalendario.

80

Binae festivitates eiusdem Sancti in unam componantur.

81

Aboleatur duplicatio festorum S. Stephani, S. Ioannis Evangelistae, duarum Cathedrarum S. Petri.

82

Festa S. Stephani, S. Ioannis Evangelistae et S. Thomae martiris, necnon S. Silvestri transferantur respective ad dies 2, 3, 4, 5 ianuarii.

83

Festa S. Ioannis uniantur.

84

Festum S. Thomae Apostoli transferatur ad aliud tempus.

---

76) Sakanien.
77) Mandetrien.
78) Caesenaten.
79) Febianen.
80) Calydonien.
81) Pinnen-Piscarien.
82) Pinnen-Piscarien.
83) Tuneten.
84) Pinnen-Piscarien.

85

Festa Cathedrarum S. Petri uniantur.

86

Quaedam festa Sanctorum, adhuc in universali Ecclesia celebrata, cum aliis similibus in eodem die componantur, quaedam alia ad festa particularia redigantur.

87

Loco Sanctorum quorum vita certa historiae fide caret, ponantur festivitates recentiorum Sanctorum.

88

In collocatione festorum et temporum ratio habeatur non tantum hemisphaerii septentrionalis sed etiam meridionalis.

89

Multa sanctorum festa ad libitum sint.

90

Nova festa in Kalendarium absolute ne inserantur.

91

Multa sanctorum festa relinquantur « propriis ».

2. De festo Paschatis stabiliendo

1

Quaestio de fixatione Paschatis investigationi subiiciatur; coniectare enim licet fore ut homines nostri temporis ob varias ra-

---

85) Tuneten.
86) Aquisgranen.
87) Calydonien.
88) Salisburien.
89) Uahiguyaën.
90) Nicomedien.
91) Cissitan, Saitan, Lilongwen.
1) Mediolanen.

tiones proxime deveniant ad Kalendarium fixum et invariabile determinandum; hunc possibilem eventum Concilium praeveniendum curet.

2

Concilium perpendat utrum Pascha die fixo seu immutabili celebrari debeat an non.

3

Kalendarium renovetur et dies Dominicae Paschatis stabiliatur.

4

Pascha fixetur.

5

Solemnitas Paschae dominicam fixam habeat.

6

Circa initium mensis aprilis fixetur Pascha.

7

Festum Paschae quotannis in eadem dominica aprilis celebretur.

8

Pascha fixetur in primo die dominico aprilis.

---

2) Armidalen.
3) Mostenen.
4) Girbitan, S. Galli, Taipehen, Thignicen, Tokien, Makassaren, Kentunghen, Kulnaën, Sapporen, Faventin, Acerrarum, Vicentin, Tremithusius, Sagien, Tiburtin, Valven et Sulmonen, Altamuren, Rusicaden, Bremersdorfen, Cissitan, Saitan, Rabaten, Smyrnen, S. Rosae de Osos, S. Joannis a Missionibus, Capitis Haitiani, Judiciforen, Caesarien Philippi, Portlanden in Oregon, Helenen, Junellen, Londonen, Abbas Primas O. S. B., Sup. Gen. Congr. Calabria, Sup. Gen. O. F. M.
5) Doaren, Lomzen, Siedlcen, Sinianden, Misthien, Jadren, Flavien, Pharen, Hadrumetin.
6) Constantinian, Kuduguën.
7) Sup. Gen. Ord. Ss. Trint.
8) S. Antonii de Balsas.

9

Pascha fixetur in dominica prima vel secunda aprilis.

10

Pascha fixetur in secunda dominica aprilis, ut numquam Pascha veniat ante Annuntiationem.

11

Pascha fixetur in II dominica post aequinoctium temporis verni.

12

Pascha fixetur in dominica tertia aprilis.

---

9) Kuduguën, Oturkpoën.
10) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
11) Caesenaten.
12) Balecien.

X. DE ARTE SACRA

1

Tractetur problema de Ecclesia et arte hodiernis temporibus.

2

Oportet statuatur ut ars sacra cum fine suo et cum nostra quoque aetate congruat.

3

Normae desiderantur ut repraesentationes imaginum et aedes sacrae accommodatae sint ad pietatem devotionemque fovendam.

4

Ecclesia sententiam edicat circa artis sacrae hodiernis temporibus processum.

5

Ars sacra sit simplex ut fideles doceat.

6

In aedibus sacris aedificandis magis simplicitas eluceat.

7

Conficiatur Codex de arte sacra.

8

Instituantur Commissiones nationales pro arte sacra quibus tribuatur vera auctoritas in his rebus.

---

1) Salditan, Celsonen, Leopolien Latinorum, Eboren, Synnaden in Phrygia.
2) Patavin.
3) Morelien, Galvestonien-Houstonien, Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
4) Ebroicen.
5) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.
6) Reconquisten.
7) Caesenaten.
8) Oriolen.

9

Edantur universalia et officialia quoad aedificationem ecclesiarum praescripta, praesertim de sensu et fine domorum divinarum.

10

Normae dentur ad conservationem patrimonii artistici et archivistici ecclesiarum.

11

Illa tantum sacra supellex acquiri possit, quam Commissio Artis Sacrae approbavit.

12

Omnis cura adhibeatur ut cultus divinus magnificentiam Dei, bonum spirituale animarum et sanam devotionem intendat, fidem astantium corroboret ac Deo iungat. Omnes regulae sensus Ecclesiae, artis christianae et aestheticae accuratissime serventur.

13

Erectio unius altaris in ecclesia foveatur.

14

Altare maius tam elatum sit ut et celebrans et ministri ab omnibus commode videri possint.

15

Praecipiatur ut in omnibus ecclesiis tabernaculum extra altare maius instituatur in sacello optime et decoratissime instructo. Antiquitus ecclesia erit congregatio populi dum hodie magis et fere solum ad cultum adhibetur.

16

Altare maius in medio ecclesiae semper et solummodo collocetur; stylus ecclesiarum exinde ita instituendus est ut populus revera altare circumstare valeat. In choro collocentur et scamna pro clero et thronus Episcopi. Cancelli chori ita sint ut chorus claudi possit quin tamen altare a conspectu fidelium operiatur.

---

9) Gedanen.
10) Oriolen, Celsonen.
11) Caesenaten.
12) Driziparen.
13) Spalaten et Macarscen.
14) Thuggen.
15) Palmen.
16) Palmen.

17

Sacerdotes quam maxime domus Dei decorem diligant.

18

In hodierna arte sacra, sacrum saepe deficit; ecclesiae adsunt quae videntur aulae pro «cinema» vel pro autovehicolis adservandis; statuae et saepius picturae quae sunt deformationes; arguenda videntur in primis Consilia dioecesana pro arte sacra.

19

Provideatur ne, nostris diebus, sub nomine artis modernissimae, deformitates plurimae in ecclesias intrent, quae fidelium animos perturbent et scandalizent.

20

Desideratur ne in ecclesias nimis audacter ars moderna introducatur.

21

In arte sacra novitates ne admittantur sine iudicio et consensu specialis Commissionis dioecesanae vel nationalis, quae constituatur ex quibusdam non tantum in arte optime versatis sed et finis ipsius artis ecclesiasticae plane consciis.

22

Inintelligibilis et saepe blasphema ars moderna non facile secundetur.

23

Nova architectura religiosa, in regionibus protestanticis praecipue orta, imaginum exclusionem fovet cum non parvo pietatis detrimento.

---

17) Sup. Gen. Ord. de Mercede.
18) Philippen, Panormitan.
19) Paderbornen.
20) Hierapolitan in Phrygia.
21) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
22) Sup. Gen. Ord. de Mercede.
23) Majoricen, Sionen, S. Sebastiani, Mitylenen, Helenopolitan in Bithynia, Varsavien et Gnesnen, Chariopolitan.

XI. DE CANTU SACRO

1

Principia exponantur quae musicam sacram regant.

2

Parti tertiae C. I. C., quae « De cultu divino » inscribitur, titulus specialis adiungatur: « De cantu et musica sacra ».

3

Normae de musica sacra iuxta Pii X et Pii XII documenta in C. I. C. inserantur.

4

Permittatur musica sacra, per discos transmissa, in parvis praesertim dioecesibus, ubi cantores et organista vix inveniuntur.

5

Textus liturgicus lingua latina exaratus, melodia gregoriana, ex saeculis (V-IX) ornatus, numquam mutari liceat.

6

Servandus est et augendus usus cantus gregoriani.

7

Collectio authentica librorum cantus gregoriani, editione typica libri Responsorialis seu Matutinarii, Pontificalis Romani, Processionarii et Hymnarii, quamprimum compleatur.

---

1) Crossen.
2) Pisan.
3) Vladislavien.
4) Ptolemaiden in Lybia.
5) Fanen.
6) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.
7) Fanen.

8

Nova editio critica Gradualis Romani, cura et studio Solesmensium Monachorum iam parata, in lucem edi atque in Missis in cantu adhiberi liceat quin eius usus obliget.

9

In omnibus paroeciis constituantur scholae cantorum, saltem puerorum, et restituatur cantus in Missa et in Vesperis.

10

Illi cantus magis populares quam cantus gregorianus ad ampliorem ac magis spontaneam laicorum participationem in sacra liturgia fovendam, proponuntur.

11

Relinquatur provincialibus seu plenariis Conciliis, seu etiam Episcopis, delectus musicae sacrae seu instrumentorum musicorum in caeremoniis sacris seu in processionibus etc. adhibendorum.

12

Normae pro musica sacra locum saltem exiguum instrumentis et melodiis indigenis afris servant.

13

Cantus et melodiae liturgicae defunctorum desumi possint e modis indigenis usitatis in Missionum regionibus.

14

Loco cantus gregoriani cantilenae afrae permittantur in Missa.

15

Erigatur in regionibus Missionum Institutum aliquod officiale pro clero indigeno ad musicam sacram colendam.

---

8) Fanen.
9) Apuanien.
10) Siopolitan, S. Bonifacii.
11) Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. J.
12) Lomen, Muilaën, Germanicianen, Uagaduquen, Uahiguyaën.
13) Arcis Lamy.
14) Bobodiulassen.
15) Tiruchirapolitan.

XII. DE VESTIBUS LITURGICIS

1. De vestibus liturgicis in genere

1

Indumenta sacra numero formaque ad convenientem redigantur simplicitatem.

2

Rubricae de materia paramentorum et luminis liturgici pro tota Ecclesia exarentur.

3

Vestimenta liturgica simpliciora ad temperiem uniuscuiusque regionis accommodata sint. Idem de vestimentis et ritibus in caeremoniis Episcoporum.

4

Maior libertas concedatur secundum mores patrios.

5

Vestimenta liturgica adaptentur regionibus tropicis.

6

In calidis regionibus sacerdotibus Missam celebrantibus necnon ministris sacris ad altare servientibus, sufficiat induere levem casulam aut dalmaticam vel tunicam super albam, sine amictu nec manipulo nec stola; et in pontificalibus licitum sit ut Episcopus casulam tantum, aut si casus ferat, pluviale super albam, sine ullo alio indumento, induat, mitra tamen utens et baculo pastorali iuxta rubricas; cappa vero magna ad libitum utatur. Omnia enim indumenta a rubricis praescripta regionibus frigidis aut saltem temperati caloris adaptata videntur et non tropicis.

---

1) Mitylenen, Argentinen, Belemen de Parà, Messanen, Caesenaten, Baren.
2) Varsavien et Gnesnen.
3) Jabalpuren, Aphnaeten.
4) Paralien.
5) Ascalonitan.
6) Basilinopolitan.

7

Ubi, nimii caloris causa, talaris alba permittitur dispensetur a consueta alba induenda.

8

Usus aboleatur quarumdam vestium sacrarum vel redundantium vel incommodum gignentium (v. g. manipuli pro sacerdote in Missa, dalmaticae et tunicae pro Episcopo).

9

De ornatu vestium sacerdotalium aliquid utiliter decernatur.

10

Reducantur vestes liturgicae in Missa et in administratione sacramentorum, maxime quoad vestes episcopales.

11

Uniformitas exigatur in vestibus quae in S. Sacrificio adhibeantur.

12

Stola adhibeatur tantum in functionibus in quibus casula vel dalmatica non adhibetur.

13

Planetae plicatae aboleantur.

14

Supprimantur amictus, manipulus, stola in celebratione S. Missae, in benedictione Eucharistica, et in officiis vespertinis.

---

7) Madraspolitan et Meliaporen.
8) Sup. Gen. Ord. Ss. Trin.
9) Nemausen.
10) S. Pauli in Brasilia, Chalciden in Syria, Brian, Attuden, Lauzaden, Maracayen.
11) S. Salvatoris in Brasilia.
12) Risinitan.
13) Varsavien et Gnesnen.
14) Risinitan.

15

Supprimatur pluviale et suppleatur a casula ampliori, quae in Missa adhibetur.

16

Pluviale in Confirmatione aboleatur.

17

In omnibus Missis in honorem B. M. V. privilegium extendatur per totum mundum utendi paramentis coloris specialis.

18

Color liturgicus in festo Septem Dolorum B. M. V. non sit albus sed violaceus in accommodatione ad tempus Passionis.

19

Can. 1306 alia praescriptio addatur qua Ordinarius loci facultate polleat permittendi ut purificatoria, pallae et corporalia, in Missae sacrificiis adhibita, tradantur lavanda personis laicis, quae sacrae supellectilis curam habent.

20

Vestes liturgicae Afrorum menti aptentur.

2. De vestibus pontificalibus

1

Vestimenta Episcoporum simpliciora reddantur.

---

15) Risinitan.
16) Turuzitan, Xapecoën.
17) Christopolitan.
18) Sapporen.
19) Capicen.
20) Berenicen.

1) Aquen, Brugen, Civitatis Reginae, Onitshaën, Ambaniaën, de Lourenço Marques, Carthaginen, Panamen, Curitiben, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen,

2

Episcoporum paramenta in pontificalibus simpliciora et convenientiora pro locis reddantur.

3

Quaedam vestimenta abroganda sunt: manipulus et, in Missa pontificali, saltem una ex tunicellis, caligae et chirothecae Episcopi.

4

Indumentorum copia ad ritus pontificales celebrandos imminuatur et Episcopis tantum reservetur, ridicula privilegia quae attinent vere abolendo.

5

Opportunae revisioni subiiciantur vestes sacrae aestivo tempore a Pontificibus induendae.

6

Habitus chorales et indumenta pontificalia ad formam sobriam redigantur.

7

Missam pontificalem sine dalmatica, sine tunica et sine caligis celebrare liceat.

8

Usus mitrae, baculi pastoralis et crucis pectoralis solis Episcopis reservetur.

Divinopolitan, Verinopolitan, Caxien, Xapecoën, S. Jacobi Equitum, Caiesen, Campi Grandis, Chilapen, S. Antonii de Balsas, Caesarien Philippi, Inter. Ap. in Aegypto, Sup. Gen. Soc. Maryknoll, Sup. Gen. Oblat. B. M. V. Immac.

2) Kandien, Surabaien, Manadoën, Multanen, Ordinarii Indonesiae, Hyderabaden, Nagpuren, Castriesen, Madraspolitan et Meliaporen.

3) Hierapolitan in Syria.

4) Monopolitan.

5) Urbanien et S. Angeli in Vado, Teramen et Atrien.

6) Verulan et Frusinaten.

7) Joannesburgen.

8) Daulien.

9

In Missis pontificalibus Pontifex se induat vestibus sacris in sacristia.

10

Caligae, sandalia, chirothecae supprimantur.

11

Caligae et sandalia forsitan reformari possunt ita ut eorum usus magis simplex evadat.

12

Usus sandalium abrogetur in Missis pontificalibus.

13

Tibialia colorata aboleantur.

14

Pileolum et crux pectoralis adhibeantur tantum in functionibus liturgicis.

15

Tunicellae, rochetum et chirothecae ad libitum tantum induantur.

16

Dalmatica et tunicella in pontificalibus aboleantur.

17

Indumenta praelaticia et episcopalia simplificentur.

---

9) Ordinarii Indonesiae, Nagpuren, Mysurien.

10) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.

11) Ancyran.

12) Brugen.

13) Uahiguyaën.

14) Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.

15) Baianen.

16) Turuzitan, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan, Caiesen.

17) Reconquisten, S. Joannis a Missionibus, Limonen.

XIII. DE PIETATE FIDELIUM

1. De Participatione liturgica

1

Concilium vitae internae religiosae fidelium fovendae studeat. Quod exercita pietatis attinet, principium sit: non multa, sed multum, i. e. quantitati praeferatur qualitas.

2

Congrua legislatio edatur, quae actuosam fidelium participationem in liturgicis functionibus promoveat; vitentur tamen excessus.

3

Admittatur in Actibus Concilii illa cultus liturgici notio, quam ultimi Pontifices a S. Pio X ad Pium XII in claram lucem adduxerunt, sc. actuosa fidelium participatio sacris liturgiae actionibus.

4

Magis magisque in dies faveatur participatio fidelium celebrationibus liturgicis.

5

Opportuna et utilis videtur maior participatio fidelium celebrationibus liturgicis, praesertim Missae.

---

1) Eystetten.
2) Culiacanen, Guadalajaren, Caesarien Philippi.
3) Insulen.
4) Georgiopolitan, Poncen, S. Antonii de Balsas, Curitiben, Portus Montt, Guluen, Niameyen, Succursen et S. Aegidii, Cadurcen, Monoecen, Gurzen, Tremithusius, Sagien, Myrinen, Argentinen, Lycaonen, Sup. Gen. O. F. M. Conv., Sup. Gen. Ord. de Mercede.
5) Manchesterien, Sherbrooken, Nicoletan, Rhodiapolitan, S. Hieronymi Terrebonae.

6

Omnes fideles ita erudiantur ut suas partes assumere valeant in actione sacrificali S. Missae, iuxta normas a S. Congregatione Rituum propositas mense septembri a. 1958.

7

Activa participatio fidelium in Missae celebratione commendetur.

8

Unica disciplina statuatur in activa participatione Missae.

9

Missa dialogata foveatur.

10

Fidelibus laicis detur facultas actuosius in sacrosancto Missae sacrificio offerendo participandi.

11

Non tantum Missale sed et omnes liturgici libri edantur lingua vernacula.

12

In luce ponatur quod omnis devotionis actus semper cum sacrificio Crucis et altaris coniunctus est; propterea, si ex causa rationali aliquid non possit directe in Missa vel cum Missa fieri, tamen omnino non erit intermittendum et suum valorem semper ex Missa sumit.

13

Pro multis fidelibus Missa est hodie caeremonia incomprehensibilis et illi adsunt recitando s. rosarium vel alias preces. Ideoque

---

6) Sup. Gen. Ord. Matris Dei, Sup. Gen. Frater. Sac.

7) Legionen, Giennen, Tabuden, Erythrae, Victorien, Bracharen, Conimbricen, Brugen, Botrianen, Limericen, Chariopolitan, Spalaten et Macarscen, Thuggen, Albae Regalen, Sandomirien, Ultraiecten.

8) Nazaren in Brasilia, Reconquisten, Cajazeirasen.

9) Carthaginen in Hispania, Bondoën, Sipontin.

10) Armidalen.

11) Cueven.

12) Palmen.

13) Docleen.

valde opportunum est commendare activam participationem s. sacrificio. Ad hoc utilis est usus parvi missalis, praxis Missae dialogatae, lectio publica lingua vulgari textuum liturgicorum. In Gallia populus sequitur actionem liturgicam adiutorio sic dicti « animateur ».

14

Celebratio Missae, administratio sacramentorum necnon commemorationes liturgicae fiant ritibus vividis ac simplicibus, quia multi sese committunt ritibus novarum sectarum (Spiritismi et Protestantismi).

15

Normae statuantur, quomodo Episcopi in suis dioecesibus internam fidelium participationem sacrificii eucharistici promovere possint ac debeant.

Cultus internus, quem fideles in sacrificio eucharistico cum Christo et per Christum Deo praestare oportet, quique per externum consecrationis eucharisticae ritum manifestatur ac significatur, quinque complectitur actus:

a) fideles semetipsos una cum Christo Deo devovere debent;

b) fideles adorationem ab ipso Christo Patri exhibitam spirituali modo comprehendere atque una cum Christo Patri offerre debent;

c) fideles gratiarum actionem ab ipso Christo Patri allatam spirituali modo comprehendere atque una cum Christo Patri offerre debent;

d) fideles cultum a Christo sacrificio Crucis praestitum una cum Christo Patri offerre tamquam cuiusvis gratiae pretium debent;

e) fideles cultum a Christo sacrificio Crucis praestitum una cum Christo Patri offerre tamquam dignam pro vivorum ac mortuorum peccatis satisfactionem debent.

Episcoporum esset operam dare ut orationes latinae Missalis Romani, quae illos quinque affectus, in quibus constat cultus internus a fidelibus una cum Christo et per Christum Deo praestandus,

---

14) BMV de Monserrato, S. Sebastiani Fluminis Januarii, Ss. Conceptionis.

15) Sup. Gen. Congr. Beur. O. S. B.

saltem implicite enuntiant, in linguam vernaculam translatae talem formam induant, quae conditioni fidelium intellectuali conveniat eosque ad hos affectus eliciendos vere moveat.

16

Vita liturgica talibus exornetur expressionibus ut fideles mente et corde magis magisque participes fiant mysteriis christianis.

2. De pia devotione fidelium

1

Habeantur in ecclesiis paroecialibus preces matutinae et serotinae (Breviarium fidelium in lingua vulgari).

2

Libellum precum ad instar divini Officii pro laicis edatur.

3

Edatur latinis typis *Liber devotionalis* pro omnibus christifidelibus, in quo colligantur praecipui liturgiae actus, psalmi et hymni sacri, necnon pia exercitia, ut optata uniformitas obtineatur et principia communia, in vita spirituali ac liturgica fidelium, invalescant.

4

Unus liber precum edatur, S. Sede approbante, ne colluvies librorum devotionalium superstitionem magis quam pietatem iuvet.

5

Libri devotionales fidelium et cantus popularis reformatione indigent.

6

Ut fidelium pietas augeatur, concedatur christianae plebi cantus vel recitatio Vesperarum, hymnorum (Miserere, De profundis, Ma-

16) Pompeian.
1) Berenicen.
2) Kroonstaden.
3) Hierapolitan in Syria, Apuanien.
4) Valven et Sulmonen.
5) Oriolen, Giennen.
6) Hierapolitan in Syria.

gnificat, Benedictus, Te Deum, Veni Creator, Pange lingua, etc.), Officii B. M. V. et Defunctorum lingua vulgari. Textus receptus ab Episcopatu singularum nationum esset parandus et probandus.

7

Urgeantur omnes fideles ad lectionem et meditationem divinarum Scripturarum, Missalis et Ritualis; quidam eruditiores etiam Breviarii Romani.

8

Parochi gradatim omnes familias consecrent ad Cor Iesu.

9

Improbentur obiectiones circa cultum Ss. Cordis Iesu.

10

Praescribantur nonnullae preces ad Spiritum Sanctum.

11

Quaedam circa devotionem erga Ss. Trinitatem statuantur.

12

Oratio publica et privata efficacius promoveatur.

13

Inculcetur omnibus officium orandi pro Ecclesia maxime missionaria et persecutionibus afflicta.

14

Lectio meditationis et martyrologii mane vel vespere in ecclesiis commendetur.

---

7) Novarien.
8) Cardiffen.
9) Granaten, Tarraconen, Giennen, Santanderien.
10) Oruren.
11) Oruren.
12) Monasterien.
13) Monasterien.
14) Uxentin.

15

Imponatur sub levi saltem, Pater, Ave, Gloria et Credo mane et vespere.

16

Substituantur verba in Ave Maria « frutto del ventre tuo » cum verbis « frutto del seno tuo ».

17

Formae novae prohibeantur vel cum magna cautela permittantur.

18

Vitetur nimis frequens mutatio formularum piarum, quae proponuntur fidelibus quotidie recitandae, quia mutatio perturbat animos ingenuos fidelium.

19

Mysteria rosarii sint triginta quinque, quinque pro unaquaque die, et amplectentur totam vitam Domini et B. M. V. Cotidie inseratur etiam saltem in uno ex quinque mysteriis respectiva lectio biblica.

20

Publica rosarii recitatio intra Missam non improbetur.

21

Foveatur diurna recitatio rosarii.

22

Quaedam « devotiones populares » coerceantur.

23

Ne accessorium teneat locum principalis, devotiones praecipuae in animis defigantur, contineantur nimiae devotiones particulares.

15) Aegitanien.
16) Segusien.
17) Livien.
18) Montis Regalis in Pedemonte.
19) Pinnen-Piscarien.
20) Glasguen.
21) Dunen et Connoren.
22) Sciiamchiamen.
23) Aquen, Fanen, Salernitan, Signin.

24

Oportet haud sanae pietatis fomenta temperare, in varias devotiones vergentis, arbitrarias saepe, non raro in detrimentum liturgicae pietatis et genuini religiosi sensus.

25

Utilitas practica sacramentalium commendetur.

26

Utile est commendare exercitia spiritualia pro laicis et opus « Ritiri di perseveranza ».

27

Exercitia spiritualia clausa commendentur.

28

Sollicite separanda est pars religiosa a parte profana et peccaminosa in celebratione festivitatum ecclesiasticarum ut melius vitetur deformatio pietatis.

29

Reprobentur mundanae solemnitates in celebratione Baptismi, Primae Communionis, nuptiarum, etc.

30

Festa Confirmationis, Primae Communionis, Matrimonii expurgentur a luxu et a profanis oblectamentis saltem quod pendeat ab Ecclesia.

31

Processiones non stricte liturgicae aboleantur.

32

Superstitiones in pietate fidelium improbentur.

---

24) Mediolanen.
25) Granaten, Guadicen.
26) S. Agathae Gothorum.
27) Intern. Ap. in Aegypto.
28) Aurien.
29) Tirasonen.
30) Gindaren.
31) Nicotrien.
32) Carthaginen, Ipamuen, Internunt. Ap. in Aegypto.

DE MAGISTERIO ECCLESIASTICO

I. DE INSTRUCTIONE RELIGIOSA FIDELIUM

1. De catechetica institutione

A) *De Catechesi in genere*

1

Praefiniatur essentialis doctrina christiana, quae tradenda est in catechesi.

2

Dentur normae ad religiosam instructionem in publicis scholis impertiendam.

3

Videtur necessarium studium omnium mediorum catholicae doctrinae tradendae, modo magis accomodato praesentibus adiunctis seu « modernae formae mentis ».

4

Catechesis aptetur psychologiae diversorum populorum.

5

Tractetur de mediis ad obtinendam maiorem efficaciam in catechetica institutione.

6

Usus introducatur radiophonii et televisionis pro efficaciore diffusione doctrinae christianae.

7

Institutio catechetica utilius et efficacius tradenda videtur in scholis, in circulis studii et discussionis, necnon in missionibus, aliisque mediis et methodis hodiernis temporibus aptioribus.

---

1) Manchesterien.
2) Meruen.
3) Caesarien Philippi.
4) Carthaginen.
5) Edmundstonen.
6) Novae Aureliae, S. Georgii Terrae Novae, Cenen.
7) Campifontis in Illinois.

8

Statuatur « programma » institutionis religiosae: *a*) sermones, *b*) catechismum, *c*) conferentias complectens.

9

Lectiones catecheticae eaedem sint pro omnibus eiusdem nationis vel saltem dioeceseos paroeciis, quod facile fiet si officium catechisticum dioecesanum quolibet anno instructiones rite dispositas apparet.

10

Tota catechetica institutio praebeatur tamquam visio Mysterii Christi mentem illuminans et cor commovens.

11

Videatur utrum statuendum sit aliquid, quod veterem catechumenatum substituat ac iuvenes et fideles ad veram vitam spiritualem manuducat.

12

Normae dentur pro catechesi efficaci.

13

Instructio religiosa modernis methodis tradenda esset.

14

Doctrina catholica praebeatur methodo positiva magis quam negativa.

---

8) Nyundoën.
9) Sup. Gen. Ord. Matris Dei.
10) Durbanian.
11) Manchesterien.
12) S. Ioannis a Missionibus, Assumptionis, Antiochen Maronitarum, Rabaten, Oranen, Turonen, Tarantasien, Carthaginen, Maiungaën, Masakaën, Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani, Del. Ap. in Turcarum regione.
13) Synnaden in Phrygia.
14) Insulen, Myrinen.

15

Doctrina catholica praebeatur methodo apta mentibus hominum nostrorum temporum: attamen cavendum est ne doctrina corrumpatur ut hodiernis aptetur exigentiis, sicut hodie aliquando fit.

16

Instantissime suadeatur doctrinalis formatio laicorum, qui « intellectualium christianorum » appellatione delectantur, quique in periodicis et diariis scribere solent, ut discant de quaestionibus valde implexis iudicium vere christianum statuere.

17

Catechismus ad populum christianum magis aptetur nostris temporibus et amplietur (v. g. in doctrina sociali, liturgica, in indigitandis hodiernis erroribus moralibus et doctrinalibus).

18

Statuatur vinculum maius ut fideles instructionem religiosam frequentent.

19

Institutionis religiosae momentum urgeatur sive apud iuvenes sive apud adultos, quia maximum fidei periculum exstat inaequalitas inter culturam profanam et religiosam.

20

Oportet parentes docere quomodo doctrinam christianam suis liberis tradere possint.

21

Graviter et solemniter admoneantur fideles de periculo, in quod incurrunt, cum propagatores sectarum accipiunt, eorum libros legunt et eorum conventibus adsunt.

---

15) Myrinen, Docleen.
16) Cadurcen.
17) Sup. Gen. Soc. a S. Paulo.
18) Argen, Verulan et Frusinaten, Tarvisin.
19) Aquen.
20) Nicen.
21) Divionen.

22

S. Scriptura in catechesi locum principem habeat.

23

Promoveatur inter fideles lectio S. Scripturae et restituatur in praedicatione usus commentandi modo simplici et pio N. et V. Testamentum.

24

Valde curetur verborum usus, quae, nempe et doctrinam fideliter exprimant et menti hominum aetatis nostrae sint accomodata.

25

Instructio catechetica ne locum sacrae homiliae teneat.

26

Necessitas et methodus adaptationis catechisticae (sicut et applicationis liturgiae sacrae) in Novae Guineae regionibus praesertim demonstratae et propagatae sunt ab Exc.mo D. D.W. van Bekkum Vic. Ap. Rutengensi in Insula Flores et Rev.mo P. Ioh. Hofinger S. I. in Manila.

B) *De munere et cura sacerdotum in catechesi impertienda*

1

Ordinarii admoneantur de opportunitate et necessitate mittendi sacerdotes aptos ad scholas superiores etiam ut aiunt laicales qui gradus academicos etiam in scientiis profanis attingant.

2

Ad munus institutionis religiosae in scholis publicis perfectius exercendum sacerdotes periti eligantur ad hoc officium. Ordinarius pervigilet circa executionem muneris docendi Religionem in scholis publicis. Quotannis fiant conventus docentium.

---

22) Campi Grandis.
23) Sup. Gen. Soc. Iesu.
24) Myrinen.
25) Khartumen.
26) Berissen.
1) Desmoinen.
2) Sebasten in Palaestina.

3

Ad munus scientiam religiosam docendi Episcopi optimos eligant, ita ut tale munus non ad sustentationem cleri pauperioris sed ad iuvenum christianam educationem concessum revera appareat.

4

Cathedrae omnes religionis in scholis minoribus et in Universitatibus concreditae sint sacerdotibus etiam cum iactura plurium actuum cultus in diebus profestis.

5

Sacerdotes ne doceant materias quas laici docere possunt, dum desunt pastores.

6

Eruditio fidelium catechetica curetur quam maxime.

7

Clericis tum saecularibus tum religiosis iniungatur ut impensius vacent institutioni religiosae.

8

In magisterio ecclesiastico suadeatur sacerdotibus praedicatio catechetica et hodierna.

9

Sacris Pastoribus sapientiores dentur normae de doctrina christiana tradenda pueris et adultis et occasione administrationis sacramentorum et extra.

10

Catechismus sive pro pueris sive pro adultis maxima sit parochi cura praesertim quoad sacramenta poenitentiae, matrimonii et baptismi (quoad patrinos).

---

3) Misthien.
4) Laetitiae.
5) Ss. Assumptionis, Machiquesen.
6) S. Dominici, Azulen, Mazatlanen, Culiacanen, Huarazen.
7) Praenestin.
8) Ruben et Bituntin.
9) Neritonen.
10) Montis Pessulani.

11

Pro ecclesiasticis cuiuscumque conditionis et gradus, qui tenentur divinum officium recitare, addatur, pari gravamine, catecheticam instructionem munus praebendi, saltem singulis hebdomadis et per unam horam, modo, loco et ordine ab Ordinario statuendis.

12

Sacerdotes conciones suas, doctrina solida fulti, funditus elaborent et etiam technice apte praeparare curent.

13

Sacerdotes, qui in Seminario scientiam theologicam didicerunt, in ministerio verbi debent suam doctrinam auribus omnium, sive puerorum sive iuniorum accommodare ut parvulos catechizent et ceteris praedicent.

14

Parochi constanter instent ut fideles institutioni catecheticae per « radio » vel « televisione » diffusae attentionem praebeant.

15

Adhortationes moveantur ut recentia et superiora inventa, prelum, cinematographica, radiophonica et televisiva ars, humanae ipsae excultae litterae neque erroribus neque vitiis umquam faveant, sed christianam doctrinam sapiant.

16

Religiosi omnes immo et religiosae parochos adiuvare debent in cetechetica institutione tradenda.

17

Commendetur accurata et completa institutio catechetica pro neophytis, et similiter pro nupturientibus in matrimoniis mixtis.

---

11) Neapolitan.
12) Veneten.
13) Nicen.
14) Khartumen.
15) Sabinen et Mandelen.
16) Joinvillen.
17) Philadelphien Latinorum.

18

Alatur forma catechizationis popularis per visitationes ad domicilium sed non necessario a sacerdotibus faciendas.

19

Legislatio Codicis circa instructionem catecheticam fidelibus impertiendam adaptetur hodierno tempori.

20

Adiungatur in can. 1332: « hoc faciat etiam alio tempore opportuniore », v. g. mense maio singulis diebus.

21

In can. 1344 § 1 addatur: « consueta homilia aut catechetica instructione ».

22

Concilium iubeat ut in universo orbe terrarum singulae dioeceses rationem religiosae institutionis accurate concinnatam adamussim exequantur.

C) *De pueris et iuvenibus catechizandis atque instituendis*

1

Integra manente fidei doctrina, necesse est illam praebere verbis ad pueros et iuvenes tam accommodatis ut dum eorum intelligentia proficit, magis ac magis in corda penetret eorum, qui ante et etiam post primam Communionem praelectiones religiosas obeunt.

2

Institutio catechetica puerorum ita ordinetur ut pueri, saltem ultimis annis scholae primariae, videre possint totam veritatem catholicam tamquam realitatem historicam et viventem.

---

18) Barren de Pirahy, Palmiran.
19) Jacien.
20) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
21) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
22) Guadalajaren.
1) Nicen, Mimaten, Docleen.
2) Neven.

3

Catechetica puerorum institutio modis experimentatis tradatur et novae formae aberrantes reprobentur.

4

Quoad initiationem iuventutis ad vitam religiosam duplex est excessus: quidam enim nimiae libertati indulgent: ut faveant spontaneitati omnem hortationem omittunt; alii vero, praesertim religiosae in propriis scholis, nimis exigunt a puellis. Ideoque clarae normae statuantur.

5

Doctrina etiam in puerorum catechismo magis ac magis textibus S. Scripturae, Patrum et Encyclicarum illustretur.

6

Necesse est adhuc catechismi formulas memoriter ab alumnis exigere.

7

Instructio catechistica impertiatur per diversos annos continuos.

8

In institutione catechetica numerus annorum correspondeat cursibus variarum scholarum nec deficiat praeparatio circa omnia problemata moralia, intellectualia, socialia et etiam matrimonialia.

9

Tempus aliquod determinetur ad pueros imbuendos christiana doctrina (per omne tempus Adventus vel saltem Quadragesimae).

10

Praescribatur praeparatio unius anni ad primam Communionem aut saltem in ultimis quattuor mensibus sit quotidiana.

---

3) Patavin.
4) Docleen.
5) Inongoën, Lilongwen.
6) Palmen.
7) Uxentin.
8) Nyerien.
9) Fidentin.
10) Birthen.

11

Oportet constituere duo tempora distincta in iuventute erudienda alterum ante primam Communionem; alterum ante Confirmationem.

12

Peculiaris institutio catechetica habeatur pro Confirmatione.

13

In catechismis catholicorum ritus latini pueris disciplina de ritibus orientalibus praebeatur. Videtur hoc maxime ad unionem cum dissidentibus fovendam.

14

Ne negligenter detur instructio catechetica in scholis catholicis et in paroeciis eo quod in pluribus nationibus doctrina catholica non pertinet ad publica certamina et concursus.

15

Cum Ecclesiae et societatis bonum ab educatione iuvenum haud parum pendeat, maxime interest ut Concilium quaestionem de iuvenum educatione funditus examinet.

16

Affirmetur ius proprium inesse Ecclesiae in iuventute instituenda: ius quod Statui competit in eodem ordine, esse mere delegatum.

17

Definiantur iura personae et familiae, quae ad puerorum christianam institutionem in scholis procurandam attinent ac officia civilis potestatis ad horum iurium usum fovendum.

---

11) Aesernien et Venafren, Cortonen, Baren.
12) Birthen.
13) Stamfordien Ruthenorum.
14) Dibonen.
15) S. Pauli in Alberta.
16) Cadurcen.
17) Albien.

18

Normae edantur circa puerorum educationem in scholis acatholicis.

19

In scholis catholicis formatio christiana iuvenum sit semper finis praecipuus; non catholicorum admissio possibilis est tantum si in praxi hunc finem graviter non impedit.

20

Improbentur qui in educatione puerorum vocabula « sacrificium, poenitentiam, contritionem, renuntiationem » ut pure negativa reicere vellent.

21

Educatio christiana valde practica esse debet atque in communitate exercenda est (adulescentes congregati ad « initiationem » parandi sunt).

22

Quantum attinet ad quaestionem et ad doctrinam de « educatione sexuali » quam multi hodie vulgari sermone necnon corrupto modo tractant et diffundunt! Opportunum videtur quod Patres Concilii parentibus admoneant de necessitate penitus educandi filios ad prorsus fugiendos perversos, necnon ad respuendam doctrinam quae ad errorem et ad vitium ducunt.

23

Instituatur ritus pro acceptione professionis fidei adolescentium post completum cursum instructionis religiosae.

---

18) Umuahiaen.
19) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen Armenorum, Tauitan, Pedachtoën, Constantinopolitan Armenorum, Acilisen, Kamechlien Armenorum.
20) Thalen, Reunionis.
21) Berenicen.
22) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani, Umuahiaen.
23) Montis Laurei.

24

Proh dolor! Innumerabiles iuvenes post plurimos annos in catholicis scholis, apostatae fiunt; oportet eligere sacerdotes et magistros inter optimos.

25

Iuvenes catholicarum scholarum non debent tantum catechismo initiari, sed etiam de quo rarius curatur scientiae apologeticae aptae et sufficienti, orationi operibus caritatis deinde apostolatui.

26

In Universitatibus catholicis non solum erudiri debent technici periti — quod quidem exigitur — sed etiam (saepius neglectum) faveri milites Christi ad impugnandos ubicumque modernos errores, idonei.

27

Educatio iuvenum in Africa saepe modo nimis occidentali perficitur.

28

Specialis cura adhibeatur in constructione aedificiorum pro catechismo.

D) *De Catechesi adultorum*

1

Excogitanda sunt media ut praedicatio catechetica ad adultos perveniat.

2

Catechismus adultorum modis aptis nostro tempore foveatur.

---

24) Rabaten.
25) Rabaten.
26) Rabaten.
27) Berenicen.
28) Verae Crucis.
1) Sup. Gen. Soc. a S. Paulo, Sup. Gen. Presbyt. a SS. Stigm., Abbas Gen. C. V. U. O. S. B., Sup. Gen. Ord. S. Pauli I Eremitae, Sup. Gen. Minorum.
2) Recineten, Abulen, Legionen, Dausaren, Huelven, Bracharen, Albae Regalen, Chariopolitan, Platen, Tanaitan.

3

Urgeatur obligatio docendi adultos catechismum, et, nisi alia ratione huic obligationi efficacius satisfieri possit, lectio catechismi pro adultis vel substituat Evangelii explicationem, vel saltem cum illa commisceatur omnibus diebus dominicis in qualibet Missa coram populo celebrata.

4

Catechetica instructio pro adultis fiat in Missa ut in priscis temporibus Ecclesiae.

5

Catechismus adultorum extra Missam impossibilis est.

6

Instructio catechetica adultorum habeatur immediate post Missam; distribuantur lectiones catecheticae, a peritis regionis vel dioeceseos paratae et typis editae.

7

Catechismus adultorum habeatur in Quadragesima vel in decursu anni, quia in diebus de praecepto impossibilis est.

E) *De Institutis ad catecheticam instructionem fovendam erigendis*

1

Urget creatio institutionis internationalis catecheticae ad catechistas efformandos.

2

S. Sedes singulis provinciis ecclesiasticis commendet erectionem « Centri Catechetici » cui centro, sub Episcoporum ductu, res catechetica curae sit.

---

3) Sup. Gen. Ord. Matris Dei.
4) Signin, Triventin, Ferrarien,
5) Riohachaën.
6) Khartumen.
7) Legionen.
1) Legaspien.
2) Buscoducen.

3

Instituta catechetica dioecesana condantur.

4

Iuxta novissimam relationem de Catechismi institutione ad S. Congregationem Concilii missam, omnes existimo dioeceses instituere debere officium catecheticum in singulis paroeciis.

5

Constituatur coetus catechistarum et a paroecia sustineatur.

6

Schola pro catechistis statuatur in unaquaque regione.

7

Confraternitas Doctrinae Christianae iterum enixe commendanda est.

F) *De veritatibus in Catechesi nostris temporibus in luce ponendis*

1

De aeternis veritatibus saepius sacram orationem ad populum habere debemus.

---

3) Medellen, Nicopsitan.
4) Leonen in Nicaragua.
5) Risinitan, Nicopsitan.
6) Salernitan.
7) Huelven.
1) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen in Armenia, Tauitan, Pedachtoën, Constantinopolitan Armenorum, Acilisen, Kamechlien Armenorum.

2

In contionibus ad populum magis praedicentur dogma et veritates nostrae fidei.

3

Alte infigendus est animis fidelium sensus Dei et sensus peccati.

4

Amplior notitia tradatur fidelibus de natura vitae supernaturalis, de ascetica et de re liturgica.

5

Fidelibus praecipue hae veritates praedicandae sunt:

a) excellentia religionis catholicae, contra indifferentismum et religiosam tolerantiam;

b) animae immortalitas et spiritualium virium valor;

c) natura peccati, legis divinae obligatio, poenarum aeternarum existentia;

d) matrimonii sanctitas, necnon virginitatis excellentia.

6

Animis fidelium sensus Ecclesiae est inserendus quoad eius unitatem et visibilitatem. Multi enim in hoc errant.

7

Magis ac magis in animis fidelium reverentia et amor erga Ecclesiam defigatur.

8

Doctrina Mystici Corporis populo praedicetur.

---

2) Sup. Gen. Fratern. Sacerd.
3) Cadurcen, Myrinen.
4) Sup. Gen. Soc. a S. Paulo, Sup. Gen. Presbyt. a SS. Stigm.
5) Sup. Gen. Barnab.
6) Myrinen.
7) Nicen, Engolismen.
8) Palmiran.

9

Fideles aptius instituantur de Missae praestantia et dignitate deque salutaribus fructibus atque ritibus et caeremoniis.

10

Profundius inculcare debemus praesentiam realem SS.mi Sacramenti.

11

Parochi sacrique concionatores fidelibus doctrinam catholicam de matrimonio recolent, de eius natura et finibus.

12

Profundius inculcare debemus differentiam inter cultum duliae et hyperduliae, et cultum adorationis vel latriae.

13

Profundius inculcare debemus cultum de communione Sanctorum.

14

Profundius inculcare debemus veritatem Resurrectionis Carnis contra haeresim reincarnationis.

15

Profundius inculcare debemus invocationem Sanctorum, ut obex ponatur evocationi mortuorum.

16

Generalior atque efficacior etiam populo christiano (non tantum, uti fit in religiosis Communitatibus) exquiritur illustratio de voluntate Dei nobis adimplendae excellentia ac morali necessitate,

---

9) Praenestin.
10) Peloten.
11) Praenestin.
12) Peloten.
13) Peloten.
14) Peloten.
15) Peloten.
16) Nuscan.

non solum quando sub gravi iubet sed etiam quando sub levi praecipit. Imo etiam quando invitat ad maiora vel minora sacrificia.

17

Sensus moralis fidelium confirmatione indiget.

18

Instruantur fideles de caractere poenitentiali vitae christianae.

19

Fidelibus commendetur spiritus mortificationis et sacrificii.

20

Sensus obedientiae fidelium corroborandus est, quia multi, decepti sententia de libertate hominis, impelluntur ad respuenda praescripta ab auctoritate. Deo ipsi abnuitur ius mandata edicendi.

21

Ostendatur vera obedientiae natura, quae a trascendentia Dei defluit et sine qua virtus religionis evanescit.

22

In mentem fidelium revocetur obligatio obedientiae, etiam interioris, sine ulla distinctione inter obedientiam maiorem in maioribus et obedientiam minorem, ut aiunt, quae proprio iudicio temperari posset.

23

In Gallia experitur sic dicta « crisi di autorità » et a quibusdam extollitur « devoir de désobéissance », nempe quando subditus rationem et opportunitatem alicuius praecepti non intelligit, sed

---

17) Auxitan.
18) Cochabamben.
19) Bisuntin.
20) Auxitan, Marcianen, Divionen, Mimaten, Baiocen, Montis Albani, Montis Pessulani, Nicen, Suessionen, Engolismen.
21) Arcen, Thmuisan.
22) Suessionen.
23) Docleen.

eius consequentias damnosas percipit, tenentur huiusmodi praecepto non obedire. Certo maxima requiritur in hac re prudentia, sed necessarium est sensum oboedientiae restituere.

24

Cum hominum animi hisce nostris temporibus magna vi teneantur atque exagitentur quaestione sexus (lato sensu), praecipiatur ut in catechismo ad scholas primarias destinato sanctitas coniugii christiani ut vocationis a Deo eiusque sacramentalitas doceantur.

25

Ad pacem socialem et ordinem oeconomicum fovendum, commendetur laicis maior moderatio in lucri, divitiarum, commoditatum, voluptatum quaesitu.

26

Instauretur in populo christiano sensus pudoris christiani sine quo integritas morum in dies difficilius servetur.

27

Non tantum de peccato loquamur sed praesertim de amore Dei.

28

Captatio benevolentiae et « irenismus » quem vocant, importat ut omnia sub aspectu hilari proponi debeant, non quod aliqua argumenta numquam proponantur, v. g. infernus, oboedientia, poenitentia, etc.

29

Quoad institutionem religiosam opportunum est determinare tantum essentialia puncta, relinquendo Ordinariis cuiusque nationis ut ipsi ulterius determinent rationem, methodum, etc.

---

24) Arben.
25) Burdigalen.
26) Sup. Gen. Soc. Iesu, Sup. Gen. Ord. de Mercede.
27) Mesembrian, Muilaën.
28) Camposin in Brasilia.
29) Stauropolitan.

G) *De textibus Catechismi parandis seu revisendis*

1

Redigatur Catechismus unicus pro universa Ecclesia.

2

Unicus redigatur textus Catechismi pro universa Ecclesia qui et norma sit ad alios quosvis catechismos particulares forte conficiendos.

3

Edatur Catechismus universalis, in editione tamen minori et maiori.

4

Catechismus universalis paretur et liber practicus historiae biblicae instituatur.

5

Sicuti Concilium Tridentinum Catechismum ad parochos edidit, ita hoc Concilium edat quoddam *promptuarium*, in quo, perspicua synthesi populo accomodata, omnia colligantur, quae fideles prae oculis habere debent.

6

Unicus catechismus promulgetur, qui ad rationem quidem catechismi S. Pii PP. X redactus, nostri tamen temporis paedagogicae disciplinae magis congruat.

---

1) Giennen, Villaregalen, Febianen, Sedulen, Kerrien, Synnaden in Phrygia.
2) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
3) Rhodien.
4) Madisonen.
5) Firman, Marsorum, Mantuan, Jacien, Montis Oliveti Maioris, Ilcinen, Taurinen, Adrien, Baren, Apuanien, Philippopolitan in Arabia, Andrien, Vicentin.
6) Tarquinien et Centumcellarum, Bergomen, Callien et Pergulan, Signin, Bobien, Collen, Montisvirginis, Polycastren.

7

Textus catechismi pro pueris paretur et in eo vita Christi includatur. Textus exaretur lingua latina pro tota Ecclesia et pro unaquaque natione fiat translatio officialis in lingua vulgari.

8

Conficiatur catechismus quidam, christianae doctrinae capita tum in rebus fidei tum in rebus morum proferens, erroresque hisce temporibus nostris diffusos sapienter diluens ac refellens.

9

Concilium curet et promulget *synthesim* lucidam et completam *doctrinae moralis* Ecclesiae, nova etiam terminologia adhibita. Illius doctrinae momentum asceticum, beneficia individualia et collectiva efferantur.

10

Opportunum est Concilium *synthesim texere omnium errorum*, circa fidem et mores, qui post Concilium Vaticanum exorti sunt.

11

Veritates et principia maioris momenti circa fidem et mores proponantur forma simplici et certa, quasi *novus symbolus* attentis erroribus hodiernis.

12

Si non ederetur catechismus universalis, edatur parvus manualis liber Sacramentorum.

13

Edatur catechismus universalis in lingua latina et versiones « officiales » fiant a S. Sede.

---

7) Philippopolitan in Arabia.
8) Sabinen et Mandelen.
9) Hierapolitan in Syria, Pistorien.
10) Lucen, Andrien.
11) Thelesin.
12) Sidetan.
13) Taubaten, Leucen, Aguariccoen, Vegen, Sidetan.

14

Maxime interest ut doctrina catholica clare et recte exponatur brevi documento, in quo inveniantur principia catholica de fide, de magisterio Ecclesiae, de gratia et vita supernaturali, simili illi quod Episcoporum Galliae auctoritate anno 1957 Parisiis editum fuit et cuius titulus est « Rapport doctrinal ».

15

Potiusquam catechismum universalem edere, utilius ducitur « Directorium » quoddam parare, in quo sint consilia apta ad diversa genera hominum et puerorum catechizanda.

16

Opportuna esset commissio quaedam et repraesentativa pro tota Ecclesia quae curare deberet compilationem cuiusdam summarii « Theologiae popularis » quod inservire deberet tamquam exemplar pro tota Ecclesia.

17

Publicetur compendium C. I. C. lingua vulgari, quod sit practicum « Directorium » pro fidelibus una cum catechismo.

18

Componatur, ad modum Catechismi Romani, opus quo totius doctrinae christianae capita veris nostrorum temporum quaestionibus, desideriis difficultatibusque applicentur.

19

Tentamina in variis regionibus incepta coordinanda essent, ut viribus unitis aliquis liber componatur pro tota Ecclesia Catholica; hodie catechismi nostri sunt nimis abstracti nec animos movent.

Talis novus catechismus etiam typographice attrahere debet.

---

14) Constantinian, Lomen.
15) Bellovacen.
16) Nyerien.
17) Londonen, Pembroken.
18) Naronen.
19) Ordinarii Indonesiae.

20

Catechismus Tridentinae Synodi ad parochos emendetur.

21

Edatur editio revisa catechismi tridentini.

22

Edatur *Catechismus ad parochos* Concilii Tridentini, sed hac methodo: fiat verum Manuale Catholicum (nihil adest huius generis in tota Ecclesia) aptum et idem pro Clero tum pro fidelibus qui addiscunt, ubi omnia scitu necessaria et utilia inveniantur: dogma, principia moralia, S. Scripturae notiones et veritates, sociologia, historia etc.; variis linguis editum erit liber habitualis (libro di testo) pro instructione fidelium adultorum, in ecclesiis, in Actione Catholica, in scholis etc.

23

Catechismus nationalis ad parochos in lingua vernacula redigatur ut sit basis pro catechismo et praedicatione.

24

Utilis erit textus *catecheticae instructionis* saltem pro singulis nationibus in duplici editione (maiori et minori).

25

Commodus esset unicus liber patrius in catecheticam disciplinam editus.

---

20) Segobien, Laganitan, Vagen.
21) Claudiopolitan in Honoriade.
22) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.
23) Mutinen, Hydruntin, Tarvisin, S. Severinae, Augustan.
24) S. Agathae Gothorum, Cortonen, Montis Regalis in Pedemonte, Boianen-Campobassen, Fodian, Hierapolitan in Syria, Mutinen, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia, Vicentin.
25) Imolen.

26

Habeatur textus unicus catechismi pro unaquaque natione vel pro unaquaque regione.

27

In eodem territorio catechismus sit unicus.

28

Edatur Catechismus unicus in singulis linguis, cui possibile sit addere appendicem.

29

In Catechismo definitiones tantum sint communes in omnibus linguis.

30

Catechismus sit unus, catholicus vel saltem nationalis:

a) formulae scholasticae ad necessarium reducantur.

b) contineat doctrinam socialem Ecclesiae, principia Actionis Catholicae, aliquam partem Apologeticae, ampliorem expositionem de Ecclesia etc.

31

Catechismus ad puerorum et catechumenorum usum ad S. Pii X mentem exaratus, concretior et in capita singula quam maxime ex Evangelio profluens optatur.

32

In formula XXV Catechismi S. Pii X addere oportet rationes sublimiores eductas ex I Col. 15, 10.

---

26) Culiacanen.
27) Bethlehemen.
28) Dalisanden in Isauria.
29) Cueven.
30) Sebasten in Palaestina, Aquilan, Concordien, Soanen-Pitilianen, Gravinen et Montis Pelusii, Livien.
31) Cotonuen, Germanicianen, Ipamuen.
32) Misuraten.

33

In novo catechismo solummodo aliter enuntientur ea quae in catechismo traditionali modo minus apto exposita sunt.

34

Novus cathechismus edatur praeseferens permagnam sollicitudinem in Ecclesia imprimendi fortem et validam concitationem domitricem (vulgo « dinamismo conquistatore »).

35

Catechismus Romanus aptetur temporibus nostris addendo regulas contra errores modernos, doctrinam Corporis Mystici, doctrinam socialem, moralem, familiarem etc.

36

Textus catechismi funditus renovetur peritorum collaboratione et instituatur pro illo Commissio Episcoporum in modum illius in Italia existentis pro Actione Catholica.

37

Novus catechismus non sit theologiae scolasticae compendium sed vere Kerygmaticus.

---

33) Palmen.
34) S. Georgii in Grenada, Achyraen, Guadicen, Gurcen, Tingitan, Capitis Viridis, Rhemen, Ferentin, Anglonen-Tursien, Oppiden, Urbanien et S. Angeli in Vado, Catacen et Squillacen, S. Marci et Bisinianen, Aliphan, Lorymien, Clavaren, Victorien Venetorum, Ariminen, Nuoren, Suessan, Nicosien, Fulginaten, Salutiarum, Maceraten et Tolentin, Cremen, Melphien, Ragusien, Biturgen, Fesulan, Naupacten, Dioclean, Caesenaten, Daren.
35) Lilongwen.
36) Papien, Dianen.
37) Inongoën, Ipamuen.

38

Catechismus ad fideles populari sed tecnico sermone redigatur in editione maiori pro adultis media cultura praeditis et in editione minori pro parvulis et rudioribus.

39

Novus paretur catechismus, non ita quidem ut necessario *litteraliter* unaquaeque natio hunc adoptandum haberet, sed eo modo concinnatus ut Magisterium ordinarium praecipuas fidei formulas traderet, incorporandas in aliqua praesentatione, ingenio et necessitatibus singularum regionum conformi.

40

Catechismus catholicus definitive exaretur in tribus partibus:
a) Regula fidei;
b) Regula morum;
c) Doctrina socialis Ecclesiae.

41

Urget necessitas catechismi pro parentibus.

2. De sacris concionibus

1

Munus praedicationis urgeatur.

2

Can. 1345 non suasorius sit, sed praeceptivus reddatur.

3

Expresse asseratur Ecclesiae non minus esse ministerium Verbi divini quam Sacramentorum.

---

38) S. Severinae, Hydruntin.
39) Catalaunen.
40) Bluefielden, Uthinen, S. Crucis de Sierra, Antequeren, Nunt. Ap. in Nicaragua.
41) Leopolien Latinorum.
1) Monasterien, Dioclean.
2) Clunien.
3) Calydonien.

4

Omnes sacerdotes, saltem aliquoties in anno, obligati sint ex iure ad praedicandum; qui vero inhabiles sunt ad praedicandum, ne ordinentur.

5

Admoneantur sacerdotes praesertim parochi de obligatione populum instruendi et sese praeparandi ad recte praedicandum.

6

Praedicatio habeatur singulis dominicis et festis diebus in omnibus Missis quae celebrentur in quolibet templo cuiuscumque generis.

7

In omnibus Missis festivis, pro consueta homilia, doctrinae dogmaticae aut moralis argumentum, ex ordine, breviter at sermone fidelium captui accommodato, explanetur.

8

In omnibus Missis diebus festis homilia praecipienda est et non tantum suadenda.

9

Lex recenseatur ut concio ad populum haberi debeat in omni ecclesia in unaquaque Missa diebus dominicis etiam per aestatem quando vero brevior esse possit.

10

In omnibus ecclesiis aut oratoriis intra omnes omnino Missas dierum festorum necnon intra Missas quae horis vespertinis in diebus feriatis celebrentur, sub poena suspensionis rectoris ecclesiae, brevis praedicatio Verbi Dei habeatur.

---

4) Daulien.
5) Renen, Desmoinen.
6) Zeliten, Granaten, Oveten.
7) Conchen, Assien, Clunien.
8) Liburnen.
9) Renen, Eumenen, Novae Aureliae, Seeten.
10) Thuggen.

11

Sanciatur gravis obligatio instructionis religiosae (homilia in omnibus Missis, catechismus pro adultis), distincta instructio pro adultis in admissione ad singula sacramenta.

12

Praedicatio in Missis sit constans et regularis: explicatio unius vel alterius pericopae evangelii modicum fructum affert.

13

Ne fideles ab attentione S. Sacrificio debita prohibeantur, necesse est Missae celebrationem intermittere post Evangelium dum instructio habetur, etsi concionator sit a celebrante diversus.

14

Praedicationis ministerium est divinum ratione principii, finis, efficacitatis; obligatur sub gravi ex iure divino, naturali, ecclesiastico; importat in praedicatore aliquam synthesim vitalem dogmaticae et S. Scripturae.

15

Praedicatio sit magis clara, brevis, spontanea.

16

Praedicatio ad fideles sit minus technica et vitentur formulae theologicae.

17

Diebus dominicis omne Sacrum apta et bene parata Verbi Dei praedicatione ornetur.

18

In omnibus Missis festivis obligatoria etsi brevis, sed bene parata homilia habeatur.

---

11) Aquilan.
12) Pompeian, Hipponen, S. Severi, Tarvisin, Philippen.
13) Clunien.
14) Jericoën.
15) Zamoren, Guadalajaren.
16) Sup. Gen. Presbyt. a SS. Stigm.
17) Guadalajaren, Laetitiae, Pastopolitan.
18) Nepten.

19

In praedicatione sacra ne misceantur verba de quaestionibus mere politicis, oeconomicis, administrativis, etc.

20

In omni Missa celebrata sive in ecclesia, sive in oratorio publico vel semipublico, etiam religiosorum exemptorum fiat obligatio praedicandi verbum Dei fidelibus diebus festis.

21

Quoad appetitum voluptatis, praesertim apud iuvenes, et corporalem mollitiem necnon pudoris defectum, requiritur praedicatio in missa dominicali, quae sit dogmatica expositio clara et apta, non vero parva exhortatio devota vel diffusa apologetica.

22

Praedicatio in omnibus Missis festivis non protendatur ultra horae quadrantem.

23

Concionatores dum praedicant saltem schema ante oculos habeant.

24

In Missis dominicalibus unoquoque anno alternatim cum sermone homiletico parochi catechesim edoceant.

25

Loco explanationis Evangelii dominicalis substituatur instructio catechetica.

26

Methodologia praedicationis reformetur.

---

19) Guayaquilen, Coptitan.
20) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Augustini.
21) Montis Pessulani.
22) Pastopolitan.
23) Sololen.
24) Birthen.
25) Palmen, S. Fidei in Argentina, Arsinoitan in Arcadia.
26) Venetiarum, Caesenaten, Legionen, Barcinonen, Tuden, Guadicen, Synnaden in Phrygia.

27

Praedicatio ita reformetur ut revera sit explicatio doctrinae christianae.

28

Praefiniatur essentialis doctrina christiana, quae tradenda est in catechesi et in sacris concionibus.

29

Pro praedicatione catechetica adultorum fiat elenchus schematum quem omnes parochi sequi teneantur, ita ut quattuor annis tota doctrina catholica absolvatur.

30

Ordinarius tempestive proponat parochis et sacerdotibus argumenta huius temporis (attualità).

31

Episcopatus singularum nationum programma unicum catechesis pro adultis in universa natione singulis annis definiat. Utile erit quoddam cyclum statuere.

32

Episcopi singularum Collationum una incumbant in studium problematis catecheseos et Verbi divini praedicationis, prae oculis habitis mutatis condicionibus vitae socialis, itemque auxiliis, quae ex psychologia, paedagogia etc. provenire possunt.

33

In praedicatione urgeatur fides in Deum creatorem ac gubernatorem omnium eiusque omnipotentia et misericordia confirmetur, quia etiam qui se fideles vocant interdum deistica conceptione mundi inficiuntur.

---

27) Dianen, Sebasten in Palaestina.
28) Manchesterien.
29) Dalisanden in Isauria, Clunien, Febianen, Roterodamen, Ruremonden, Groningen.
30) Taurinen.
31) Hierapolitan in Syria.
32) Veronen.
33) Monasterien.

34

Evangelium in doctrinam vertere ad novum ordinem tantummodo aptum in mundo instaurandum non licet, cum sit prorsus doctrina eschatologica.

35

Ut sensus Ecclesiae magis perfici possit in mente fidelium, oportebit in catechesi fidelium magis explicare quae ad Ecclesiam pertinent.

36

Oportet quam maxime inculcare oboedientiam supernaturalem, tamquam Deo, legitimae potestati, contra grassantem insubordinationem et « super-aestimationem » propriae libertatis.

37

In praedicationibus et vita christiana, semper et ubique essentialia, praesertim SS. Eucharistia, ante res secundarias (e. g. apparitiones B. V. M., peregrinationes, reliquiarum cultus, etc.) colantur.

38

Vocare oportet omnes fideles ad perfectionem vitae christianae iterando verum finem hominis, ita ut quaeratur primum regnum Dei; docendo de peccato originali, vocando omnes ad veram dilectionem Dei et proximi, monendo de necessitate tollendi crucem et sequendi Magistrum.

39

Praedicatores magis illustrent valorem christianum statuum perfectionis in Ecclesia.

40

Cum hodie omnes inhient divitias, oblectationes, effrenatam libertatem, necessarium est praedicare catholicas veritates respicientes infernum et iudicium, poenitentiam, patientiam et mortificationem.

---

34) Interamnen et Narnen.
35) Liburnen.
36) Dausaren, Abulen.
37) Hildesheien, Phytean.
38) Campifontis-Capitis Girardeauen.
39) Jonopolitan.
40) Tricaricen.

41

In praedicatione de re morali, praeprimis de virtutibus theologalibus disserendum esset, itemque de prioribus tribus decalogi praeceptis, de vita in gratia Dei, deque usu sacramentorum. Quoad sextum praeceptum, complurima recta intentione vulgantur, attamen sine prudenti ratione et mensura.

42

Doctrinae moralis christianae asceticum aspectum firmiter affirmare oportet.

43

Omni cura peccata contra caritatem, in praedicatione, oppugnentur.

44

Ad mentem quinti praecepti decalogi, extollatur valor vitae qui apud multos pro nihilo habetur.

45

Magis sensibilis reddatur conscientia catholicorum circa peccata contra sextum.

46

Magis sensibilis reddatur conscientia catholicorum circa septimum Decalogi praeceptum.

47

Ad mentem septimi praecepti decalogi, declarentur doctrina de iustitia eiusque obligationes.

48

Foveatur instructio religiosa praesertim catechistica puerorum atque adultorum quoad omnes et singulas virtutes theologales et cardinales, quoad dispositionem in sacramentis recipiendis.

---

41) Hierapolitan in Syria.
42) Boianen-Campobassen, Fodian, Aquilan.
43) Dausaren, Abulen, Dalisanden in Isauria.
44) Montis Regalis in Pedemonte.
45) Vicen, Flaviobrigen.
46) Vicen.
47) Montis Regalis in Pedemonte.
48) Harfortien.

49

In institutione fidelium maiorem partem habeat S. Scripturae expositio.

50

Lectio et explicatio N. T. praesertim habeatur, contra Protestantismi diffusionem.

51

Fideles habeant prae manibus S. Scripturam et Magisterii documenta, moneantur tamen vetitas esse versiones S. Scripturae non ab Ecclesia probatas.

52

Disputatio fiat de eligendis mediis magis idoneis ad veritates religionis catholicae efficaciter proponendas.

53

In praedicatione sacri verbi adhibeantur recentiores artes, modi et subsidia bona, aetati nostrae accomodata.

54

Adhibeantur hodierna divulgandae doctrinae adiumenta, ut instrumenta radiotelevisiva, cinematographica, typographica, etc.

55

Edoceatur clerus ad adhibendam formam praedicationis non solum orthodoxam sed etiam magis intelligibilem.

56

Ut praedicatio magis efficax sit, adaptetur exigentiis hodiernis. Urgeantur virtutes iustitiae et caritatis.

---

49) Majoricen.
50) Troian.
51) Pompeian.
52) Chicagien, Renen, Edmundstonen.
53) Mantuan, S. Agathae Gothorum.
54) Apuanien.
55) Balneoregien.
56) Secovien, Capuen, Ragusien, Veronen, Concordien, Apuanien, Camerinen, S. Severini-Treien, Consentin.

57

Sermones ad populum sint magis doctrinales, necnon diligentius parati et ad capacitatem populi accuratius accommodati.

58

Can. 336 § 2 sic sonet « Ut fidelibus, praecipue pueris ac rudibus, *illorum proprio idiomate*, prout ipsa natura rei et circumstantiae exigunt pabulum doctrinae christianae praebeatur ». Dicitur « idioma » ut pastores nequeant limitare aut totaliter abolere in populi instructione usum certarum linguarum dialectorum atque idiomatum propriorum plebis.

59

Nimis abundant qui praedicant seipsos, non Christum crucifixum.

60

Relictis profanis argumentis et humanae sapientiae verbis christiano populo praecipue Iesus Christus praedicetur.

61

Improbentur praedicatores qui nimis temporis insumunt in praedicando, ita ut fideles taedio afficiant.

62

Quotannis, in unaquaque paroecia, ignatiana exercitia spiritualia pro liberis, patribus, matribus, etc. instituantur.

63

Quinto quoque anno, « missiones paroeciales » celebrentur.

64

Directorium conficiatur pro praedicatione ad exemplum Concilii Tridentini.

---

57) Grandormen.
58) Liepaien.
59) Abulen, Dausaren.
60) Vicentin.
61) Abulen, Dausaren.
62) Driziparen.
63) Driziparen.
64) Papien.

3. De S. Scripturae propagatione

1

Novum Testamentum quam maxime divulgetur.

2

Acatholici nonne imitandi sunt in profusione librorum utriusque Testamenti?

3

Prout iam olim Concilium Tridentinum censuit, sicut novam Vulgatae latinae editionem Sodales Benedictini praeparant, ita etiam novae editiones Bibliorum graecorum (sixtina iam insufficiens est) et hebraicorum, expeditiore quo fieri potest modo, praeparentur. Indignum esse videtur ut rei biblicae professores pro versione septuaginta virorum et masoretico textu editionibus protestanticis uti cogantur.

4

Quid dicendum si catholici, qui Bibliam in vernacula lingua non habent, uterentur Biblia protestantica, dummodo libellus cum notis a catholico Ordinario rite approbatus suppeditaretur?

5

Usus translationum acatholicarum Scripturae Sacrae fidelibus permittatur sequentibus conditionibus:

a) ut in iis nihil contineatur contra fidem et bonos mores; ne causent falsas impressiones in animis legentium; ut iudicium hac de re reservetur Ordinario loci.

b) ut adsint rationes graves pro hac permissione, exempli gratia, ad infringendum praeiudicium inter Catholicos et haereticos existens, ne acatholici accusent nos quod Sacra Scriptura

---

1) Gibben, Lilongwen.
2) Cotonuen, Andropolitan.
3) Sydneyen.
4) Arcis Rosebery.
5) Bucellen.

arceatur a fidelibus in iis locis, ubi translationes catholicae nondum existunt. Si hae translationes acatholicae errores non contineant earum usus permittatur. Insuper uti possint ad refutandos haereticorum errores. Catholici indigenae Novae Guineae saepe saepius ad alias regiones transeunt ad laborandum. Revertuntur cum translationibus acatholicis S. Scripturae. Hi catholici indigenae sunt indolis valde primitivae et non intelligunt quare hi libri prohibeantur.

6

In Missionibus tota S. Scriptura in vernaculum quam primum transferatur.

4. De ephemeridibus

1

Ad efficacius fidem et mores christianos defendendos, ad validius influxum periodicorum ac ephemeridum laicistarum retundendum, magnopere curentur folia catholica, quae sint pauca numero sed eminenti qualitate.

2

Consociationes internationales, nationales, regionales ephemeridum catholicorum condantur.

3

Auspicatur Institutum Internationale Catholicum fundandum proeli diffundendi gratia (« agenzie di stampa »).

4

Praecepto formali omnes eiusdem nationis Episcopi compellantur ad unicum folium nationale quotidianum constituendum.

---

6) Bethlehemen.
1) Hierapolitan in Syria, Urbanien et S. Angeli in Vado, Assisien, Theatin.
2) Zamen Maior.
3) Clavaren.
4) S. Severi, Tarvisin, Leucen.

5

Diligenter consideretur vexata quaestio de una tantum ephemeride quotidiana a fidelibus uniuscuiusque Nationis edenda, legenda et propaganda, typis et methodica ratione nostris temporibus aptis, nam cum hoc efficax subsidium deficiat, maxima mala exoriuntur.

6

Multiplicitas ephemeridum catholicarum minuenda, qualitas melioranda, diffusio augenda et in peculiaribus adiunctis imponenda est.

7

Diaria diurna et periodica nunc ab unaquaque communitate religiosa produntur; desiderandum est ut in dioecesi ad unum coadunentur.

8

Vitetur dissipatio virium catholicarum et loco ephemeridum regionalium vel dioecesanarum parentur ephemerides catholicae nationales.

9

Periodica catholica edere deberent per successiva capita cursum aliquem Religionis.

10

Ephemerides sive regionalis, sive localis, quotidiana, vel hebdomadalis, in quibusdam dioecesibus graviter deficiunt ob pecuniae inopiam.

11

Accuratae et prudentes regulae ferantur de diariis, periodicis et aliis scriptis, a catholicis aperte editis sub titulo religioso.

---

5) Novarien.
6) Othieren.
7) Galvien et Duacen.
8) Sup. Gen. Ord. Scholarum P.
9) Aegitanien.
10) Montis Pessulani.
11) Burdigalen.

12

Monitiones dentur ad praecavenda pericula, quae ephemeridibus illustratis insunt.

13

Diaria et periodica catholica, quae in paroeciis vel operibus catholicis a clero diffunduntur, magis inspirentur a sacra hierarchia nec ullo pacto a politicis partibus vel, ut aiunt, a « temporalibus optionibus ».

14

In ephemeridibus illustratis foeditas improbetur.

15

Damnetur male intellecta ac immoderata libertas in scribendo ac edendo (« libertà di stampa »).

16

Fideles ad diaria catholicorum magis diffundenda et fovenda efficaciter sollicitentur.

17

Valde expediret « fusionem » complurium ephemeridum catholicorum; at, saltem in Hispania, sine S. Sedis interventione, forte impossibile evadit.

18

Edatur aliqua ephemeris « officialis vaticana » (lingua anglica vel vernacula africana) ut doctrina catholica praesertim in quaestionibus socialibus et vita religiosa latius et efficacius evulgetur in Africa.

---

12) Ostracinen, Berolinen, Calydonien.
13) Arcen.
14) Athenien.
15) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
16) Assisien.
17) Abulen, Tabuden, Celsonen, Dausaren.
18) Barcusen.

5. De spectaculis

1

Omnia inventa nostri temporis adhibeantur ad homines Christo lucrifaciendos.

2

Christianizatio spectaculorum desideratur.

3

Dato permagno influxu radiophonicae vocis diffusionis necnon televisionis pro vita morali uniuscuiusque necnon pro efformanda vulgi opinione, declarentur ius et obligatio invigilandi et parentum et publicae auctoritatis Ecclesiae.

4

Curetur Commune Consilium eorum qui auditoria cinemathographica exercent atque pelliculas distribuunt.

5

Concilium damnet luxuriam, quae in libris, spectaculis et diariis magis magisque propagatur et moneat catholicos ne huius gravissimi mali complices fiant vel saltem minus fortiter impugnent. Pastores examen conscientiae, humiliter faciant de hoc.

---

1) Judiciforen, Auratopolitan, De Ponta Grossa, Assumptionis, Guadalaiaren, Rivibamben, Azulen, Rabaten, Makenen, Aleppen Maronitarum, Antiochen Melchitarum, Hemesen Melchitarum, Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Laodicen Melchitarum, Pelusitan Melchitarum, Tarsen Melchitarum, de Nubia, Tyren Melchitarum, Sidonien Melchitarum, Heliopolitan Melchitarum, Aleppen Melchitarum, Beryten et Gibailen Melchitarum, Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melchitarum, Archim. Ordinis Basiliani SS. Salvatoris Melchitarum, Archim. Ordinis Basiliani S. Ioannis Bapt. Melchitarum, Heliopolitan Maronitarum, Nunt. Ap. in Haiti, Sup. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo.

2) Sinianden, Terulen, Sionen.

3) Friburgen.

4) Tabuden.

5) Arcen.

6

Unitas statuatur in ideis propagandis per ephemerides et per machinas quas radio, televisione, cinema vocant.

7

Monitiones dentur de recto usu radiophoniae, televisionis, etc.

8

Maior influxus christianus exercendus in hodierna media communicationis (prelum, ephemerides, libros, radiophoniam, cinematographiam, televisionem).

9

Opinio publica catholica efficacius fovenda, augenda, dirigenda est et opiniones, desiderata, programmata catholicorum democratice edantur, defendantur, urgeantur.

10

Problema spectaculorum ac oblectationum (« divertimenti ») in vita moderna ponderetur ac principia moralia et ascetica opportuna subiiciantur.

11

Conatus et incepta officiorum ecclesiasticorum rem moderantium ab Episcopis, sodalitatibus catholicis omni ope foveantur.

12

Edonismus in cinematographis improbetur.

---

6) Verulan et Frusinaten.
7) Spiren, Ostracinen, Treviren, Dagnen, Fargen, Berolinen.
8) Bambergen, Calydonien, Hierapolitan in Syria, Sup. Gen. Ord. Scholarum P., Sup. Gen. Soc. a S. Paulo.
9) Vercellen.
10) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.
11) Thespien.
12) Canarien, Athenien.

13

Condantur consociationes internationales vulgo nuncupatae « Radiotrasmittenti ».

14

In omni regione constituatur officium pro praelo, cinemathographo, etc.

15

Statuatur societas catholica universalis quae typographica, cinematographica, radiophonicas et televisivas artes in apostolatum convertat.

16

Praecepto formali omnes eiusdem nationis Episcopi compellantur ad unicam stationem catholicam nationalem radiophonicam constituendam.

17

Statuantur Foederationes nationales et internationales de auditoriis cinemathographicis.

18

Novae et liberae fundentur *stationes* ad verbum Dei diffundendum, uti factum est in aliquibus nationibus.

19

Maxima adhibeatur cura circa « stampa, cultura, sport, televisione ecc. » ad defendendos fideles ut in integritate veritatum et morum permanere possint.

---

13) Zamen Maior.
14) Liman, Amathusius in Palaestina, Cernitzen.
15) Kupelaën.
16) Leucen.
17) Tabuden.
18) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.
19) Neapolitan, Vallen in Lucania, Aesernien et Venafren, Cortonen, Dianen, Taurinen, Boianen, Campobassen, Fodian, Aquilan, Apuanien, Soanen-Pitilianen, Hierapolitan in Syria, Panormitan, Theatin, Velitern.

20

Quoad cinematographa ac televisiones firmae atque opportunae normae statuantur ad mala praecavenda, sive pro clericis sive pro laicis.

21

Opportunum videtur creare normam iuridicam, secundum quam vel differentes provinciae ecclesiasticae vel saltem differentes nationes possideant centrum radiophonicum, cinematographicum et televisivum in quo producantur sic dicta programmata radiophonica, cinematographica et televisiva.

22

Creetur organismum universale pro productione « films » cum expensis catholicorum totius mundi.

23

Apostolatus exercendus modernis inventis indiget speciali centro in singulis nationibus.

24

Moneantur fideles de periculis, quibus scatent spectacula cinematographica, televisiva, radiophonica, etc.

25

Necesse est lege positiva plectere contra morum violationes, quae fiunt per cinematographica spectacula, televisificas transmissiones, fabulas scaenicas inhonestas, inverecundas corporum exercitationes.

---

20) Adrien.
21) Jaren.
22) Eugubin.
23) Albasiten, Synnaden in Phrygia.
24) Morelien, Quiten, Camerinen, Consentin, Mutilen, Suessan, Abellinen, S. Luciae, Polycastren, Hadrianien in Hellesponto, Fesulan, Dioclean, Triventin, Ferrarien, Clavaren, Anglonen-Tursien, Grossetan, Hieracen-Locren, Ariminen, Vivarien, Bisuntin, Divionen, Apamien, Rusicaden, Guadicen.
25) Novarien, Callien et Pergulan, Albinganen, Maceraten et Tolentin, Bobien, Collen, Rossanen.

26

Necessariae sunt normae in C. I. C. tum pro fidelibus tum pro sacerdotibus... et etiam pro aulis cinematographicis paroecialibus.

27

Maximi momenti erit « valorizatio » recentissimorum apostolatus et actionis pastoralis mediorum (Radio, Cinema, Televisio, etc.).

28

Ipso iure prohibeantur spectacula quae religionem aut bonos mores impetunt (can. 1399, 3).

29

Revisio fiat normarum moralium de solaciis atque oblectamentis.

30

Spectacula, choreae, moda, et similia non evadant amplius occasiones novi edicti vel specialis prohibitionis Episcopi vel parochi ne eveniat quod a quibusdam laicis lamentatur scilicet quod nimia sollicitudo pastoralis contra aliquos usus, aetati proprios, ita imminuatur decursu temporis, ut quod hodie peccatum dicitur cras nihil amplius sit.

31

Forsan iuvabit quintum generale Ecclesiae praeceptum in hoc mutare: « Non frequentare spettacoli e non leggere libri e giornali contrari alla legge di Dio e della Chiesa ».

---

26) Panormitan, Vercellen.
27) Ultraiecten, Sedunen, Brugen, Zeliten, Celsonen, Tuden, Gadicen et Septen, Flaviobrigen.
28) Thespien.
29) Patavin.
30) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
31) Novarien.

32

Emissiones « radio-vaticanae » potentiores efficiantur saltem sicut « Voice of America » vel « B.B.C. » ope stationum sic dictorum « Relay Stations » ita ut melius audiantur praesertim in Africa.

33

Instituatur unio mundialis pro productione filmorum (films).

34

Urget Societatem internationalem catholicam instituere pro « Cinema » et « Televisione ».

35

Praeceptive enuntientur quavis dominica ex ambone vel aliter « films » qui videri possint.

36

Quaeritur utrum adhiberi valeant in ipsis ecclesiis cinema, radio, televisio ad impertiendum catechismum adultis.

37

Enixe hortandum est ad oratoria cum « Palestra », « Campo sportivo », « Teatro » construenda.

38

Commendetur episcopatui Americae Latinae institutio scholae radiodiffusae, sicut fit in Columbia.

39

« Le Agenzie d'Informazioni » sibi invicem coadunatae sint in universa Ecclesia.

---

32) Barcusen.
33) Adamanteae, Chiquitosen, Taubaten, Leucen.
34) Abulen, Cercinitan, Dausaren.
35) Palmen.
36) Ampurien et Templen.
37) Verulan et Frusinaten.
38) Leonen in Nicaragua.
39) Tabuden.

40

Iudicium C. C. C. largius est; multae « pelliculae » aptae non sunt pro « cinema » paroecialibus.

41

C. C. C. habeat auctoritatem in universa Ecclesia.

42

In omni paroecia habeatur cinema paroeciale.

43

« Cinema » paroeciale saepe generat scandalum in fidelibus.

6. De ludis et recreationibus

1

Illustretur doctrina Ecclesiae de corpore et de corporis cultu, de ludis ac spectaculis.

2

Graviter perpendendum est et conciliandum quod attinet ad recreationem cum mandato de sanctificatione diei festi.

3

Urgeantur fideles, ut scandala vitent et proximas in grave peccatum occasiones pro viribus effugiant.

---

40) Thinisen in Numidia.
41) Jacarezinhoën.
42) Palmen.
43) Jacarezinhoën.

1) Jacien, S. Agathae Gothorum.
2) Adrien.
3) Darienen, Conchen, Portus Pacis, Caesarien Philippi.

4

Actio requiritur disciplinaris Ecclesiae quoad saltationes, pudorem corporis, etc.

5

Normae clarae desiderantur circa sic dictum « sport ».

6

Normae obiectivae pro vestibus mulierum dentur.

7

Legio decentiae christianae videtur commendanda.

8

Inhonestus feminarum vestiendi mos, qui tot peccatorum est fons, improbetur.

9

Pulchritudinis concursus quos vocant reprobentur.

10

Dentur normae generales ad negationem Sacramentorum ob indecentiam habitus.

11

« Turistarum » visitatio in templa sit semper absque detrimento divini cultus et venerationis loco sacro debitae.

12

Normae clarae desiderantur circa choreas.

---

4) Montis Pessulani.
5) Nyerien.
6) Jacarezinhoën, Portus Pacis, Peloten, Turuzitan, Morelien, Huajuapamen.
7) Sionen.
8) Abulen, Gerunden, Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Dausaren, Canarien, Toletan, Sionen, Eboren.
9) Jacarezinhoën, Antequeren.
10) Athenien, Terulen, Gerunden.
11) Abulen, Dausaren.
12) Nyerien.

13

Sic dictum « Ballet » improbetur.

14

« Rock-and-roll » formaliter prohibeatur.

15

Edonismus in choreis improbetur.

16

Quid dicendum de iis, qui in propriis paroeciis et collegiis choreas iuvenum utriusque sexus fovent, ut ipsi mutuo se cognoscant?

17

Improbentur scandala in litoribus.

18

Edonismus in balneis improbetur.

19

Sic dicti « bikini » absolute damnentur; similiter dicatur de vestibus quae duplici parte constant.

20

Abusus ebrietatis improbentur.

---

13) Jacarezinhoën.
14) Jacarezinhoën.
15) Canarien, Sionen.
16) Remesianen.
17) Peloten.
18) Canarien, Sionen.
19) Jacarezinhoën.
20) Jericoën.

II. DE SCHOLIS

1. DE IURE ECCLESIAE ET DE SCHOLASTICA EDUCATIONE

1

Errores damnentur et principia statuantur de iure Ecclesiae in puerorum educatione, de libertate scholae et de christiana paedagogia.

2

Ius Ecclesiae ad scholas christianas solemniter affirmetur, et fortiter refellatur opinio eorum, qui putant in scholis, quae influxui laicismi subiciuntur, sufficientem dari pueris catholicis educationem.

3

Monopolium Status in scholarum institutione et regimine improbetur.

4

Ecclesia per sacerdotes et laicos vere peritos non tantum in scientiis ecclesiasticis sed etiam in profanis in publicas scholas penetrare nitatur, cum de die in diem monopolium scholasticum Status augescit.

5

Adsit efficax auxilium Praelatorum et factionum politicarum christianarum ut legislationes nationales libertatem scholarum catholicarum plene agnoscant, neque obligent patres familiarum, qui filios in scholam catholicam mittunt, ut, praeter taxam scholae catholicae dandam, etiam contributionem pro schola statali solvant.

---

1) Aquisgranen, Bellicen, Docleen, Patavin, Sup. Gen. Minimorum.

2) Arcen.

3) Silva-Portuen, Berberaten, Khartumen, Abulen, Barcinonen, Taraconen, Dausaren, Compostellan, Huelven, Oriolen, Giennen, Bracharen, Albae Regalen, Darnitan.

4) Misthien.

5) Sup. Gen. Ord. Scholarum P.

6

Codex universalis edicatur iuris Ecclesiae circa educationem ut factum est in America Meridionali.

7

Normae severrimae dictentur in ordine educationis: severa prohibitio et poena pro discrimine ratiali aut sociali urget.

8

Fortiter affirmandum esset quam magni momenti esse munus familiae in religiosa educatione hominis.

9

Quam maxime urgeatur principium de libertate parentum in schola eligenda, praesertim quia hodiernus scholarum ordo in magna parte mundi hoc principium negligit.

10

Moneantur parentes de obligatione educationis catholicae filiorum ut eos ad scholas acatholicas non mittant.

11

Foveantur consociationes parentum alumnorum catholicorum ut suo iure utantur secundum varias Constitutiones.

12

Strictius ad effectum adducatur prohibitio qua pueri catholici scholas acatholicas, neutras, mixtas ne frequentent.

---

6) Vercellen.
7) Higueyen.
8) Alien, Panopolitan, Premislien Latinorum, Sandomirien, Panitan, Kielcen, Trocmadian, Centurien, Jotan, Leopolien Latinorum, Varsavien et Gnesnen.
9) Theatin, Panormitan, Tergestin.
10) Poncen.
11) Vercellen.
12) Releighien.

13

Multi pueri catholici hodie frequentant scholas laicas vel neutras, unde consequitur crassa ignorantia religiosa etc.; quare de obligatione catholicorum frequentandi scholas catholicas itemque parentum mittendi filios ad illas scholas statuendum est.

14

Obligatio parentum catholicorum mittendi liberos suos in scholas catholicas (quae saepe desunt) mutanda est in obligatione curandi quam maxime religiosam educationem liberorum.

15

Clare statuto Ecclesiae iure habendi scholas privatas et libere adimplendi educationis missionem, non amplius potest rigorose retineri regula secundum quam ad pueros in scholas publicas mittendos necessaria est licentia ab Ordinario et solummodo ob rationes graves concedenda. De facto ad hanc regulam non recurritur, rari sunt parentes qui eam sequuntur et gravia motiva eos culpa excusant (rationes oeconomicae). Potius quam regulam negativam et de facto non applicatam imponere, magis conveniret in luce clara ponere officium grave parentum invigilandi educationem religiosam et christianam puerorum in publicis scholis.

16

Clare Concilium profiteatur quae in documentis pontificiis continentur de necessitate scholarum christianarum, quae fidem et mores populi tueantur.

17

Speciali et formali S. Sedis mandato singulis paroeciis praecipiatur, ut propriam habeant scholam paroecialem saltem primariam.

---

13) Mylasen.
14) Berenicen.
15) Cameracen.
16) Arcen.
17) Taubaten, Medellen, Guayaquilen, Coptitan, Rivibamben, Civitatis Mariae, Oruren, S. Fidei in Argentina.

18

Necessitas institutionis scholarum catholicarum firmiter renovetur. Plurimis enim sacerdotibus haec obligatio non magni ponderis videtur.

19

In nationibus non catholicis fideles sunt monendi ut scholas elementares et superiores sub moderamine Ecclesiae condant, in quibus iuniores apte in religione imbuantur.

20

Episcopi et sacerdotes prae oculis habeant necessitatem scholas catholicas instituendi per totam dioecesim.

21

Scholae promoveantur ab Officio Catechetico Dioecesano vel Regionali circa puerorum institutionem, sive pro Clero, sive pro Magistris Scholae quae dicitur Elementaris, sive pro membris Actioni Catholicae adscriptis. Religiosi etiam exempti, qui in territorio paroeciae degunt, stricte teneantur catechesim pueris tradere, iuxta tamen dispositiones loci Ordinarii (cf. can. 1334).

22

Scholae ab auctoritate ecclesiastica dependentes, defendantur et promoveantur.

23

Detur scholarum Ecclesiae definitio, an nempe tantummodo educatio a religiosis vel a clero saeculari praestita sit ecclesiastica.

24

Scholae aperiantur in unaquaque fere paroecia et institutio tradatur etiam de litterarum disciplina.

---

18) Apamien.
19) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
20) Lismoren.
21) Clavaren.
22) Sup. Gen. Congr. CC. RR. Marianorum.
23) Pampilonen.
24) Liparen.

25

In omnibus paroeciis scholae habeantur.

26

In omni dioecesi vel in omni regione secretariatus scholarum instituatur, cuius sit ea quae in scholis religionis reformanda videbuntur proponere ut hae scholae tum in doctrina tum in educatione gradum parem aetatis hodiernae necessitatibus attingere possint.

27

Scholae ab Auctoritate ecclesiastica dependentes multiplicentur, provisae docentibus bene paratis et adaequate retributis.

28

Omnes catholicae scholae, saltem in universum, Ordinariis subiiciantur.

29

Maior sit Episcoporum auctoritas in scholis.

30

Determinetur ratio studiorum in scholis catholicis.

31

Determinetur modus exercendi actionem catholicam in scholis.

32

Determinetur ratio institutionis religiosae in scholis non catholicis.

---

25) Granaten.
26) Dodoneus.
27) Auximan et Cingulan, Consentin.
28) Venetiarum, Tridentin.
29) Ss. Conceptionis.
30) Nyundoën.
31) Nyundoën.
32) Nyundoën.

33

Addatur curriculo studiorum scholarum catholicarum studium communismi eiusque philosophiae. Ignorantia enim huius philosophiae facit ut sit impossibile ei effective adversari.

34

Omnes scholae catholicae sint etiam scholae formationis futurorum membrorum A. C.

35

Alumni scholarum catholicarum contactum practice habeant cum vita paroeciali.

36

Curandum est alumni Collegiorum Religiosorum Sacrum in diebus festis in paroecia audiant.

37

Enixe commendetur opus educationis catholicae propriis scholis catholicis tradendum, secundum locorum circumstantias et exigentias.

38

De instructione religiosa: in scholis elementaribus ad minimum quinque diebus in hebdomada et in superioris gradus scholis in Collegiis et Universitatibus ad minimum tribus diebus per hebdomadam instructio tradatur. Religionis instructio gaudere debet eadem temporis duratione qua fruuntur ceterae disciplinae.

39

Schola religionis omnibus modis reddatur efficax v. g. per selectionem magistrorum, per inspectiones etc.

---

33) Arben.
34) S. Jacobi in Cuba, Quiten, Papantlen, Rivibamben.
35) Lappen.
36) Asturicen.
37) Philadelphien Latinorum, Spokanen, Renen.
38) Caesarianen.
39) Vercellen.

40

Religio doceatur per duas horas in hebdomada.

41

Educatio vere christiana in scholis catholicis quam maxime curetur.

42

Omnes disciplinae spiritu christiano imbuantur in scholis quae ab auctoritate ecclesiastica dependunt.

43

Saepe habeantur disputationes de religione, de doctrina sociali.

44

Disciplina paedagogica moderna valde necessaria est ad verum profectum discipulorum.

45

In scholis catholicis discipulis malitia communismi aperiatur atque iidem praeparandi sunt quomodo se gerere debeant ad hoc systema debellandum.

46

Puerorum institutio hodierna naturalismo vitiatur, natura humana undequaque bona declaratur, peccatum originale ut mythum reiicitur.

47

Improbentur naturalismus et laicismus in educatione iuventutis.

---

40) Conchen.
41) S. Dominici, Conchen, Zamoren, Leonen in Nicaragua, Guadalajaren, Papantlen, Rivibamben, Ss. Conceptionis, Segobricen, Vicen, Asturicen, Baren in Pisidia, Driziparen.
42) Vercellen.
43) Conchen.
44) Aguariccoen.
45) Stamfordien Ruthenorum.
46) Jacarezinhoën, Camposin.
47) Abyden, Conchen, Valdivien, Zamen Maior, Vagen.

48

Lucide exponatur mens Ecclesiae relate ad coeducationem utriusque sexus iuvenum in prioribus annis eorum adolescentiae, a decimo tertio usque ad decimum septimum. (Scholae mixtae).

49

In pueris educandis, praesertim in scholis, recreatoriis, coloniis severa separatio sexuum servetur, quia principia coeducationis ab Enc. « Divini illius Magistri » reprobata sunt atque naturalismo inficiantur.

50

In scholis pro laicis cooptentur laici integrae fidei sic pro apostolatu praesto erit maior numerus sacerdotum et religiosorum.

51

Professores prae oculis habeant laborem docendi esse summi momenti.

52

Ad exercitium magisterii laurea exigatur.

53

De stipendio magistrorum laicorum apud scholas catholicas agatur.

54

Foveantur consociationes magistrorum.

---

48) Celsonen, Dallasen-Arcis Worthen.
49) Adrien.
50) Conchen, Tloën, Ss. Conceptionis, Signin, Ragusien.
51) Conchen.
52) Ss. Conceptionis, Conchen, Tabuden.
53) Recineten.
54) Vercellen.

55

Maior concursus populi christiani requiratur ut magno numero scholae catholicae erigantur.

56

Christianae educationis opera (infantium asyla, scholae cuiusvis generis et gradus etc.) iuxta ordinem praestitum maxima cura promoveantur. Ad haec condenda et sustentanda fideles ne omittant adiutricem operam conferre.

57

Consociatio patrum familiae et alumnorum antiquorum habeatur. Istae consociationes nationaliter foederatione ligantur.

58

Tum ex moribus societatis illecebris indulgentis, tum ex doctrinae psychanalyticae diffusione, educatio et initiatio sexualis vitae conceptu materialistico et naturalistico imbuitur, quin parentes et magistri catholici satis iis obversentur.

59

Scholae mixtae saltem pro pueris et adolescentibus prohibeantur.

60

Methodus educationis mixtae improbetur.

61

Autoeducatio quam vocant reprobetur.

---

55) Tarvisin.
56) Consentin, Panormitan.
57) Conchen.
58) Jacarezinhoën, Camposin.
59) Caesaraugustan.
60) Tloën.
61) Adamanteae.

2. De Collegiis ecclesiasticis

1

Collegia catholica antecedant scholas Status.

2

Alumni collegiorum religiosorum, postquam aulas deseruerunt, suos Pastores ignorant et dioeceseos paroeciaeque sese immemores ostendunt.

3

Quibus causis exigui fructus ex collegiis quae a regularibus moderantur pro adulescentibus habentur?

4

In educatione iuventutis deest generatim vita ad Evangelium conformata, quia alumni nimis subiiciuntur normis et convenientiis proprii Instituti.

5

Diversitas classium minus appareat in Collegiis Ecclesiae concreditis.

6

Remuneratio adeo immodica est, ut tantum opulenti solvere possint et populus remanet in sua ignorantia; saepe alumni gravantur etiam pretio vestis certi coloris.

7

Radicitus vitentur excessus, qui, ob cupiditatem pecuniae, tot murmurationes suscitant in parentibus alumnorum catholicorum Collegiorum.

---

1) Conchen.
2) Clunien.
3) Crotonen.
4) Taubaten, Maracaiben.
5) Tabuden.
6) Jericoën, Leonen in Nicaragua.
7) Abulen, Dausaren.

8

Religiosi saepe malunt alumnorum divisiones duplicare quam novas scholas erigere; ita civitates 30 vel 40 milium civium catholicis scholis carent.

9

Athenaea urbium principum unam saltem gratuitam scholam suis sumptibus habeant.

10

Finis praecipuus in Institutis educationis sit educativus, non oeconomicus.

11

In admissione alumnorum vitetur discriminatio inter divites et pauperes, nobiles et plebeos.

12

Ne permittatur etiam religiosis exemptis scholarum seu universitatum studiorum laicalium, nisi cum consensu Ordinarii loci in quo sita est schola seu universitas, frequentatio, etsi pro cursu aestivo tantum.

3. De Institutis specialibus erigendis

1

Institutum erigatur quod futuros duces politicos catholicos in omni re politica, sociali, oeconomica erudiat.

2

Scholae catholicae instituantur pro laicis qui se dicent « periodismo », cinemathographo, radiodiffusioni, televisioni, actioni sociali et politicae, etc.

---

8) Birthen.
9) Medellen.
10) De El Oro, Papantlen.
11) Conchen, Jericoën.
12) Desmoinen.
1) Mbararaën, Antiochen Maronitarum.
2) Cercinitan.

3

Instituantur scholae dicatae ex integro institutioni scriptorum ephemeridum.

4

Erigantur Facultates vel Instituta Socialia cum disciplinis Scientiae Socialis, Iuris civilis et laboris, Artis divulgationis, et Statisticae pro sacerdotibus et pro laicis dictis problematibus ac actioni sociali deditis.

5

Laicis adultis praebeantur opportunitates prosequendi cursus speciales in doctrinis dogmaticis, philosophicis, historicis et moralibus, in scholis superioribus, praesertim collegiis et universitatibus catholicis.

6

Scholae servitii socialis erigantur in unaquaque regione.

7

Scholae theologicae pro laicis saltem in sede principali regionis erigantur.

8

Romae vel alibi instituatur Institutum Scientiarum Socialium pro laicis omnium nationum praesertim Africae et Asiae. Necessarium nobis videtur quod maior pars professorum talis Instituti vel Universitatis ex peritis laicis constituatur.

---

3) Malacitan.
4) Malacitan.
5) Novae Aureliae, Spokanen.
6) Salernitan.
7) Salernitan, Tarvisin.
8) Kisumuen.

III. DE INDICE LIBRORUM PROHIBITORUM

1

Censura et prohibitio librorum, quae responderet forsan conditioni societatis in qua nihil sine multiplici privilegio in publicum edebatur, conditionibus aetatis nostrae non amplius respondere videtur. Pro maiori efficacia positiva incommodisque vitandis potius in definitione ac declaratione errorum contentorum quam in mera prohibitione librorum insistendum est. Censura praevia et vigilantia ne ederentur mali libri a curiis dioecesanis discreto modo efficerentur; appositio « imprimatur » in ipso libro, potius facultativa quasi commendatio relinqueretur.

2

Lex inveterata apparet. Multi libri in Indice inscribuntur, qui hodie nemini graviter nocere possunt. Efficaciam aequalem sortiretur lex, si potius conciperetur per modum alicuius iudicii moralis prolati circa libros, sicut fit ad valorem moralem voluminum cinematographicorum denunciandum.

3

Ordinarie ad ambulandum in via Domini recta conscientia et principia moralia bonis optime sufficiunt, cum vero prohibitiones improbis potius male utiles evadant, ipsis quasi indicando et bene determinando ea quae eorumdem mala cupido requirit, Index librorum prohibitorum abolendus videtur.

4

Index librorum prohibitorum antiquitatibus eximatur.

---

1) Portugallen, Neo-Eboracen.
2) Rhemen.
3) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
4) Rottenburgen.

5

Index librorum prohibitorum non est amplius efficax hodie.

6

Index librorum et ipsae regulae, quae Indicem regunt, revisioni subiiciantur.

7

Abrogetur vel funditus reformetur Index librorum prohibitorum.

8

Praescripta de prohibitione librorum et Index eorum de novo praecisentur et partim aboleantur.

9

Aboleantur censurae circa librorum prohibitorum quae saepe augent cupiditatem eos legendi; sufficiant normae de damno spirituali ac de scandalo vitando.

---

5) Rothomagen.

6) Argentinen, Rottenburgen, Spiren, Calydonien, Sinopen, Celsonen, Horalen, Sedunen, S. Mauritii Agaunen, Basileen et Luganen, Hafniae, Helsinkien, Luxemburgen, Groningen, Mechlinien, Isinden, Albae Regalen, S. Andreae et Edimburgen, Vatarben, Alien, Driziparen, Trocmadian, Holmiae, Posnanien, Jotan, Varsavien et Gnesnen, Comben, Ordinarii Indonesiae, Carolopolitan, Novae Aureliae, S. Bonifacii, Rabaten, Martyropolitan, Aterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Judiciforen, Reconquisten, Constantien, Burdigalen, Tarbien et Lapurden, Bisuntin, Suessionen, Aquen, Manchesterien, Eystetten, Ostracinen, Monasterien, Aquisgranen, Treviren, Dagnen, Moguntin, Herbipolen, Cerynien, Colonien, Passavien, Misnen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Bergomen, Bugellen, Patavin, Ombitan, Bredan, Sup. Gen. Soc. Iesu, Sup. Gen. O. F. M. Cap., Sup. Gen. Congr. S. Crucis, Sup. Gen. Inst. Cavanis, Sup. Gen. Soc. S. Pauli, Sup. Gen. Mission. SS. Cordis Iesu, Sup. Gen. Mission. S. Familiae, Sup. Gen. Soc. Monfort.

7) Cardiffen, Dallasen Arcis-Worthen.

8) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.

9) Polyboten, Trocmadian.

10

Melius forsan esset si categoriae librorum in Indice ponendorum magis restringerentur, quia elenchus brevior facile omnibus posset per Ordinarios et parochos divulgari, frequentioribus revisionibus redactus.

11

Efficacior reddenda esset lex de praevia censura librorum et aliorum mediorum diffusionis.

12

Efficacior reddenda est lex de prohibitione librorum.

13

Index librorum prohibitorum funditus revideatur vel ex integro tollatur.

14

Accommodentur de librorum prohibitorum leges, ut christifideles libros prohibitos a libris simpliciter non probatis melius distinguant.

15

Index librorum prohibitorum renovetur, partem veterem a nova secernendo; nuntium in actis diurnis ponatur quomodo iustis de causis adhuc quaedam scripta prohibenda sint ut prohibitionis apud vulgus aequa existimatio fiat ita, ut censura librorum inconsultarum oppugnationum impetum sustineat.

16

Index librorum prohibitorum sit brevior efficaciorque.

---

10) Vestmonasterien.
11) Orthosien, Albae Regalen.
12) Brugen, Albae Regalen, Orthosien, Buscoducen, Daonien, Thuggen.
13) Sup. Gen. Congr. Bav. O. S. B., Sup. Gen. Rosmin, Sup. Gen. August. ab Assumpt.
14) S. Claudii.
15) Eumenen, Indianapolitan, Crossen, Petriculan, Papien, Pisan.
16) Darienen, Barrancabermejen.

17

Excludantur ab Indice opera quae necessario in Universitatibus iuvenes studere debent.

18

Index librorum prohibitorum vertatur in alias linguas et actualis reddatur.

19

Derelinquenda est qualificatio: « opera omnia ». Denominentur singillatim opera prohibita uniuscuiusque auctoris.

20

Loco praesumptionis periculi communis diiudicatio e concreta conditione personae in prohibitione librorum fieri debet.

21

Index librorum prohibitorum saltem quinto quoque anno edatur atque criteria prohibitionis, quoad veteres libros praesertim, sedulo emendentur et conditionibus hodiernis magis apte accommodentur.

22

Lex Indicis librorum prohibitorum relaxetur.

23

Expungantur opera praesertim litteraria damnata tantum ob inopportunitatem.

24

Lectio S. Scripturae in editionibus non catholicis prohibita maneat, non tamen sub excommunicationis poena.

25

Conscientia fidelium hac in re melius excolatur. Revera lex Indicis his in locis vix iam impletur a sacerdotibus aut laicis.

---

17) Euroeen in Epiro, Nicopsitan.
18) Montisvidei.
19) Posnanien.
20) Ruremonden, Roterodamen, Ultraiecten.
21) Sidonien, Taubaten.
22) Blesen.
23) Lauden.
24) Leontopolitan.
25) Busiritan.

26

Excommunicatio de qua in can. 2318 § 1 estendatur etiam ad eos qui edunt, defendunt, etc. libros evertentes fundamenta religionis, etiamsi auctores eorumdem non sint christiani.

27

Denuntiantes librum teneantur denuntiationi ipsorum nomen adnotare.

28

Addantur in Indice rationes prohibitionis.

29

Quoad prohibitionem librorum tria desiderantur:
a) altera pars audiatur;
b) ne damnentur libri quibus Ordinarius «imprimatur» dedit;
c) in posterum ne damnentur libri ob inopportunitatem.

30

Cum his temporibus per folia quotidiana, per ephemerides periodicas, per «radio», televisionem, «cinema», etc. doctrinae errantes ad fideles perveniunt, considerandum est num, praeter libros expresse de obscenis tractantes vel catholicam doctrinam impugnantes, non iam libri sed falsae doctrinae et sententiae librorum vel auctorum proscribantur. Saltem auctoribus librorum prohibitorum nuntiandum esset, quae sententiae vel opiniones causam prohibitionis alicuius libri praebuerint.

31

Ne in Indicem proscribantur libri quin auctores eorum prius de hac re certiores fiant aut sine scandalo et detrimento proprii honoris illos possint emendare aut retractare.

---

26) Posnanien.
27) Rottenburgen.
28) Fukuokaën.
29) Aelaniticus.
30) Secovien.
31) Busiritan, Thuburnicen, Rottenburgen, Berolinen, Paderbornen, Secovien.

32

Ante condemnationem auctor admoneatur et facultas ei detur corrigendi opus suum.

33

In libris damnatis a S. Officio bene indicentur errores, ne suspicio veniat damnationem esse tantum propter auctorem.

34

Relinquatur auctori libri, sicut reo stanti pro tribunali, facultas dignoscendi capita accusationis atque instituendi suam defensionem.

35

Praeter libros prohibitos iure naturali vel canonico, Episcoporum coetui in omni natione sit determinare libros in Indice ponendos.

36

Potestas permittendi lectionem librorum prohibitorum large et sine notabili restrictione detur Episcopis, immo cum quadam restrictione et parochis et confessariis; praeterea clero in ministerio ac magisterio generatim detur licentia legendi libros prohibitos, exceptis ex professo obscenis.

37

Relinquatur Episcopis statuere media apta pro regionibus suis quibus invigilantia exerceatur circa omnia media moderna publicationis.

38

Index librorum revisioni subiiciatur ita ut paucissimi sint libri universaliter prohibiti et amplificentur facultates Ordinarii permittendi usum talium librorum.

---

32) Darnitan.
33) Adamanteae.
34) Isinden.
35) Kyoten.
36) Apollonien.
37) Essendien, Eminentianen, Limburgen, Berolinen, Calydonien, Cardiffen, Sup. Gen. Soc. Sac. Mission. S. Pauli.
38) S. Pauli de Minnesota, Philadelphien Latinorum, Petropolitan in Insula Longa, Bostonien, Antiphren, S. Bonifacii.

39

Damnationes librorum rarissime fiant, et, ex parte, sapienti Episcoporum relinquantur consilio.

40

Quoad Indicem librorum prohibitorum optandum esset Episcopos delegare posse etiam alios presbyteros.

41

Ordinariis decet tribuere facultatem delegandi etiam habitualiter sacerdotes ad licentiam libros prohibitos legendi concedendam.

42

Curetur legislatio simplicior et magis temporibus accommodata.

In can. 1402 amplior facultas fiat Ordinariis tum locorum tum religiosorum ut suis subditis licentiam valeant concedere libros proscriptos retinendi ac legendi; quam facultatem possint etiam aliis sacerdotibus delegare.

43

Praevia librorum censura exerceatur ope Officii Dioecesani (instituendum) pro relationibus cum prelo et auctoribus.

44

Opportune moneantur Episcopi ut accuratius inspiciant libros ante approbationem « Imprimatur ».

45

Index librorum prohibitorum indiget revisione, saltem detur confessoribus facultas dispensandi in casu.

---

39) Ultraiecten.
40) Meloën in Isauria.
41) S. Andreae et Edimburgen.
42) Cusien.
43) Barcusen.
44) Rabaten.
45) Abbas Primas O. S. B.

46

Facultas concedendi licentiam legendi libros iure prohibitos confessariis concedatur.

47

Concedatur omnibus confessariis facultas habitualis dispensandi in lege de lectione librorum prohibitorum, graviter onerata uniuscuiusque conscientia de avertendo periculo fidei personae dispensatae.

48

Facultas in posterum sit confessariis licentia legendi libros et ephemerides prohibita suis poenitentibus concedere, attenta uniuscuiusque eorum conditione, et prout illis in Domino opportunum visum fuerit.

49

Confessariis licentia legendi libros prohibitos concedenda est.

50

Omnes in Seminariis et Facultatibus magistri vi legis concessione gaudeant omnes libros legendi quotquot ad propriam disciplinam scholasticam faciant, necnon possint, pro sua prudentia, permittere ut hic illeve alumnus hoc illudve opus prohibitum legat, si ad profectum scholasticum utile videatur.

51

Tam pro alumnis quam pro docentibus, qui studiorum gratia libros prohibitos saepe legere debent, modo faciliore, concedatur licentia huiusmodi libros legendi.

---

46) Palaien, Tiruvallen, Bombayen.
47) Aphnaeten.
48) Caebuan.
49) Einsiedlen, Varsavien et Gnesnen.
50) Sidonien.
51) Sup. Gen. Ord. Scholarum P.

52

Professores et docentes facultatum theologicarum et seminariorum maiorum ipso facto facultatem habeant alumnis licentiam dandi libros prohibitos legendi, quatenus hoc studiis utile sit.

53

Officiales Curiae, Parochi, parochis aequiparati necnon confessores ne astringantur can. 1401 de prohibitione librorum.

54

Scripta et libros prohibitos omnes clerici curae animarum vel educationi aut studiis operam dantes servare et legere possint.

55

Licentia legendi atque retinendi libros prohibitos eruditioribus fidelibus facilius impertiatur.

56

Licitum sit ex iusta et rationabili causa libros prohibitos legere sine Ordinariis licentia.

57

Non absque valida causa concedatur licentia ad legendum et scribendum requisita.

58

Doctrina J. Maritain damnetur.

---

52) Secovien.
53) Kielcen.
54) Camulianen.
55) Rottenburgen.
56) Sucren.
57) Burgen.
58) Jacarezinhoën.

IV. DE PROFESSIONE FIDEI ET IURAMENTO ANTIMODERNISTICO

1. De professione fidei

1

Nova professio fidei edatur.

2

Numerus iuramentorum pro admittendis ad ordines recipiendos et ad munera et officia suscipienda, necnon in processibus, minuatur.

3

Numquam bis in anno emittatur professio fidei.

4

Restringatur obligatio profitendi fidem, quam statuit can. 1406.

5

Professio fidei (can. 1406) et praestatio iuramenti antimodernistici restringatur tantum casibus muneris suscipiendi.

6

Formula professionis fidei, quam can. 1406 requirit, brevietur.

---

1) Marilien, S. Iacobi Equitum.
2) Fulden, Ostracinen, Aquisgranen, Treviren, Dagnen, Apollonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Groningen, Barcusen.
3) S. Iacobi Equitum.
4) Rhemen.
5) Suessionën.
6) Kasamaën.

7

Professio fidei exigatur tantum pro rebus maioris momenti et fiat formula unica et brevi, quae continet praecipua fidei articula et promissionem sese submittendi Matri Ecclesiae necnon eius legibus canonicis et liturgicis.

8

Formulae professionis fidei videntur antiquatae.

9

Desideratur formula iurisiurandi magis positiva, quae interiorem relationem exponeret cum iis omnibus vitae hodiernae problematibus ubi fides magis implicatur. Quae formula maximae esset utilitatis ut praesentaretur omnibus, tam clericis quam laicis, ecclesiastica munera suscepturis.

10

Formulae iurisiurandi pro ordinandis et suscepturis ecclesiasticas dignitates, ita reformentur ut aboleantur respicientia praeteritas quaestiones et includantur quaedam contra errores hodie serpentes.

11

Suppressis formulis professionis fidei catholicae, modo breviori ac actuali manifestetur dispositio religiosa munus fideliter exsequendi.

2. De iuramento antimodernistico

1

Aboleatur iuramentum contra modernismum.

2

Iuramentum antimodernisticum supprimatur vel ad breviorem formulam redigatur.

---

7) Bellovacen.
8) Barcusen.
9) Insulen, Misnen.
10) Insulen.
11) Misnen.
1) S. Iacobi Equitum, Sup. Gen. Ord. Rec. S. Aug.
2) Chitrien, Northantonien.

3

Formula iurisiurandi contra modernismum in breviorem formam reducatur et ad damnationem errorum novissimorum enucleatius aptetur.

4

Iusiurandum antimodernisticum semel emitti sufficiat.

5

In quibusdam actibus iuramentum antimodernisticum omittere oporteret ita ut qui praedictum iuramentum in triennio iam emiserint iterare non deberent.

6

Omitti potest nunc iuramentum contra modernistarum errores.

7

Formulae de iuramento contra modernismum novis conditionibus adaptentur et rarius praescribantur.

8

Pro iuramento antimodernistico simplex istiusmodi errorum condemnatio, formulae fidei professionis adnectenda, condatur.

9

Agatur an necessarium sit hodiernis temporibus iuramentum antimodernisticum.

---

3) Lucen in Hispania.
4) Essendien, Eminentianen, Colonien, Berolinen, Secovien, Apollonien, Macren, Vindobonen, Maroneus, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
5) S. Fidei in Argentina.
6) Fulden, Treviren, Dagnen, Calydonien.
7) Sup. Gen. Ord. Scholarum P.
8) Martyropolitan, Alterraden, Paten, Uberaben, Oliveiren, Septemlacunen, Guaxupen, Divinopolitan, Verinopolitan, Leontopolitan.
9) Kasamaën.

DE BENEFICIIS ET DE BONIS ECCLESIAE TEMPORALIBUS

I. DE BENEFICIIS

1. De disciplina beneficiorum ecclesiasticorum reformanda

1

Partem quintam libri tertii Codicis, de beneficiis, circumstantiis hodiernis accommodare oportet.

2

Disciplina administrationis beneficiorum emendetur ut certis normis, aetati nostrae accommodatis provideatur ad honestam cleri saecularis sustentationem.

3

Ius beneficiale accommodetur hodiernis modis administrationis.

---

1) Bruklynien, Callien et Pergulan, Lucerin, Mutilen, Suessan, Urbevetan, Cremen, Polycastren, Recineten, Bovinen, Collen, Gallipolitan, Capuan, Melphien, Gindaren, Hierapolitan in Phrygia, Biturgen, Trojan, Bononien, Venetiarum, Fodian, Aesernien et Venafren, Boianen-Campobassen, Viglevanen, Catacen et Squillacen, Mutinen, Ptolemaiden in Lybia, Soanen-Pitilianen, Aliphan, Caven et Sarnen, Triventin, Castri Maris et Stabien, Segusien, Hieracen-Locren, Siten, Fidentin, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Carpen, Regien in Aemilia, Valleguidonen, Dakaren, Mvanzaën, Cataquen, Lusaken, Babylonen Chaldaeorum, S. Isidori in Argentina, S. Joannis a Missionibus, Succursen et S. Aegidii, Judiciforen, Caesarien Philippi, Del. Ap. Africae Orient. et Occid. Brit.

2) Caurien, Tabuden, Celsonen, Barcinonen, Salmantin, Victorien, Mechlinien.

3) Gurcen, Guadalajaren, S. Deodati, Massilien, Andegaven.

4

Videtur Ecclesiae multum profuturum iri, ita disciplinam de beneficiis, fundationibus et bonis temporalibus in genere reformare, ut magis faveat alienationi istorum bonorum, praeter scilicet ipsorum quae ad cultum, educationem et opera caritatis essentialiter et immediate per se adhibentur. Ecclesia Christi multoties passa est persecutiones, non semper ob fidem, sed ob bona et privilegia, quamquam iusta, temporalia.

5

Spiritualizetur magis legislatio circa beneficia ecclesiastica auferendo vestigia quae adhuc remanent ex iure germanico; hodie beneficia videntur potius in commodum privatorum quam ad utilitatem Ecclesiae destinata.

6

Tota materia de beneficiis ex novo tractanda atque clarius enucleanda propter has rationes:

beneficia exigua sunt nimis onerosa;

incertitudo circa qualitatem et quantitatem obligationis legis quoad pignus beneficii in commodum Ecclesiae vel piarum causarum vertendum; crebro consanguinei et affines beneficiariorum in proprium commodum vertunt vel abripiunt;

beneficiarii vel necessitate compulsi vel spiritu avaritiae ducti, nimis rebus temporalibus se implicant cum boni spiritualis et famae beneficiarii damno.

7

Ius beneficiorum condicionibus rerum, quae in diversis territoriis diversae sunt, magis adaptetur, et, prout utile vel necesse erit, iure officiorum amplificando compensetur.

---

4) Amarillen.

5) Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Valentin, Dardan, Vicen, Mindonien, Santanderien, Laganitan, Ruremonden, Roterodamen, Letopolitan, Daulien, Carcassonen.

6) Livien, Ephesin.

7) Colonien.

8

Ius beneficiorum reformetur, ut inaequalitas in remuneratione clericorum animarum cura occupatorum tollatur ipsaque beneficia melius administrentur, quod per communem ditiorum beneficiorum administrationem apte fieri posse videtur.

9

Ius beneficiale sensim partimque adaptetur iuri officialium.

10

Solemne sit principium « nullum beneficium sine officio ».

11

Ecclesiastica beneficia ad eam formam deveniant, qua sacerdotibus necessaria ad honeste vivendum suppeditentur — iidemque a quavis eorum administrandorum cura eximantur.

12

Beneficiarius ne sit dominus absolutus emolumentorum beneficii paroecialis sed eius administratio melius a Curia dirigatur.

13

Reformetur systema beneficiale. Principium canonicum quo quis munus quoddam exercens suum facit fructum beneficii sat profunde repugnat menti plebis hodiernae.

14

Definiatur lege neminem beneficiarium sibi vindicare posse illos reditus beneficii, qui excedunt summam pretii singulis officiis ab Ordinario loci definitam.

---

8) Naronen Jaffnen.
9) Herbipolen.
10) Celsonen, Segobricen.
11) Ariminen.
12) S. Dominici Novem Julii.
13) Insulen.
14) Calydonien.

15

Beneficia choralia et similia, cum officiis et muneribus, vertenda videntur in sustinenda activitate pastorum animarum.

16

Clarius distinguatur inter varia entia ecclesiastica, praesertim inter « beneficium paroeciale », circa ea quae ad sustentationem parochi necessaria sunt, et « ecclesiam paroecialem », circa ea quae ad cultum pertinent; et si fieri potest etiam aliud ens ecclesiasticum inducatur in iure canonico, nempe ipsa « paroecia », circa ea quae vitam communitatis fidelium et opera paroecialia e. g. scholas et opera recreativa respiciunt. Idem sit administrator, nempe parochus, ita ut Consilium administrationis actionem extendat circa ea quae ad « ecclesiam paroecialem » et « paroeciam » pertinent, sub vigilantia Ordinarii.

Fructus beneficii vacantis pro altera parte erogetur in bonum commune dioecesis, sine recursu ad S. Sedem.

17

A beneficiaria cautione praestanda parochi aliique beneficiarii liberentur.

18

Statuantur conditiones sub quibus pecuniae ad beneficia et fundationes pias pertinentes, collocari possint in negotiis commercialibus.

19

Beneficia antiquata aut vacantia novis indigentiis applicentur.

20

Beneficia supprimantur.

---

15) Neapolitan.
16) Liburnen.
17) Nuoren.
18) Pergen.
19) Memphitan.
20) Yucatanen.

2. De beneficiorum collatione

1

Exercitium potestatis episcopalis in provisione beneficiorum roboretur.

2

Provisio beneficiorum sit ad beneplacitum Ordinarii, sine concursu.

3

Beneficiorum minimorum collatio semper ad Episcopum spectet.

4

Ne Ordinarii voto Capituli in nominatione canonicorum et in assignatione paroeciarum ligentur.

5

Conferri possint ab Episcopo:
a) dignitates capitulares;
b) omnes paroeciae.
Privilegium electionis et postulationis revocetur.

6

Episcopis facultas committatur conferendi beneficia capitularia, praeter dignitates, etiam post expletum semestrem a vacatione.

7

Provisio paroeciarum ad nutum Episcopi sit, servata iustitia et aequitate.

---

1) Viglevanen, Myndien, Novarien, Ariminen.
2) Aquinaten Soran et Pontiscurvi, Urbanien et S. Angeli in Vado, Pinnen-Piscarien, Concordien, Nucerin et Todinen.
3) Secovien.
4) Camulianen.
5) Goritien.
6) Tranen et Barolen.
7) Bracharen, Telmissen.

8

Electio ad omnia officia ecclesiastica fiat ab Ordinario de consilio vel de consensu specialis Commissionis.

9

Nullatenus tamquam praemium pro labore pastorali designentur paroeciae quae pinguioribus gaudent emolumentis.

10

Suppressio fiat paroeciarum exigui numeri incolarum et beneficia transferantur in paroecias novae erectionis, datis habitualiter Ordinariis opportunis facultatibus.

11

In Lusitania etiam post Decretum *Lisbonen. et aliarum in Lusitania* anni 1918 datum, executioni non datur lex respiciens beneficiorum provisionem, paroecialibus non exclusis; quare videretur lex esse abroganda aut urgenda.

12

Can. 1445 C. I. C. aboleatur.

3. De concursu ad beneficia

1

Disciplina concursus ad beneficia ecclesiastica reformetur.

2

Concursus omnes supprimantur.

3

Perutile erit abrogare omnes concursus.

---

8) Savonen, Lauden, Biturgen.
9) Abulen.
10) Lucen.
11) Lamacen.
12) Caesenaten.
1) Philippopolitan in Arabia, Montis Casin, Mantuan, Bosanen, Catacen et Squillacen, Camerinen, Montis Alti et Ripan, Venetiarum.
2) Colimen.
3) Pisauren, Interamnen et Narnien, Pompeian, Verulan et Frusinaten, Alexandrin, Troian, Naupacten, Aversan, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.

4

Lex concursus facultativa habeatur.

5

Methodus pro concursu ad conferenda beneficia paroecialia et canonica est abolenda vel saltem profunde immutanda.

6

Ad beneficia paroecialia concursus generales quotannis indicantur ita ut Episcopus possit pro suo iudicio adprobatos singulis paroeciis assignare.

7

Melius esset indicere concursus generales ad paroecias vacaturas ex. gr. intra triennium vel quinquennium. Singulis vicibus Episcopus nominaret unum e probatis in concursu generali.

8

Solummodo concursus generalis quinto quoque anno fiat.

9

Concursus in provisione paroeciarum retineatur tantum in prima collatione; translatio et provectio pro meritis habeatur, iudicio Ordinarii.

10

Amplior facultas sit Episcopis a lege concursus dispensandi in conferendis beneficiis ecclesiasticis.

11

Maxima detur Ordinariis facultas in concursibus ad beneficia ecclesiastica conferenda; Episcopis concedatur parochos inter meliores sibi visos designare sine ullo examine, ratione tantum habita laboris praesertim et industriae ac peritiae in exercendo munere patefacti, quin concursus peragatur.

---

4) Lunen.
5) Othieren.
6) Clodien, Baren, Ventimillien.
7) Acheruntin.
8) Hipponen.
9) Thelesin.
10) Campanien, Nepesin et Sutrin.
11) Nuoren.

12

Habeantur exercitationes uno quoque anno, iuxta earum exitus regulariter per triennium, Episcopus promovere possit sine particulari concursu ad beneficia vacantia.

13

Quotannis iudicium aestimatorium (« qualifica ») detur de singulis clericis cuius exemplar stet in tabulario secreto Curiae, alterum clerico detur cum facultate contestationis. In collatione officiorum et beneficiorum ratio habeatur de annuis iudiciis aestimatoriis.

14

Concursui substituatur examen quod conferat attestationem idoneitatis minime tamen ius ad determinatam paroeciam obtinendam.

15

Legi concursus ad beneficia vacantia lex de examine tantum orali subrogetur.

16

Satis est statuere examen orale de universa theologia morali et de iure canonico, iuxta normas ab Episcopo statutas.

17

Lex concursus uti est in Italia, reformetur in seligendis et dimittendis beneficiariis.

18

In Hispania lex concursus generalis pro paroeciarum collatione reformetur.

---

12) Maceraten et Tolentin.
13) Hadrianien in Hellesponto.
14) Anagnin.
15) Bergomen.
16) Cerrarum.
17) Neapolitan, Mazarien.
18) Abulen, Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Aurien.

4. De reservatione beneficiorum

1

Reservationes omnes aboleantur.

2

Limitetur reservatio beneficiorum.

3

Collatio beneficiorum S. Sedi reservata ad normam can. 1435 § 1 nn. 1°-4° amplius non urgeatur.

4

Reservationum institutum reformetur quia animarum curae vacatio nocet.

5

Cesset reservatio in provisione dignitatum capitularium.

6

Ne series reservationum (iuxta can. 1435 § 1) in infinitum progrediatur.

7

Reservationes circa collationem beneficiorum (cfr. C. I. C. can. 1435 et Instructionem S. Datariae Ap. 1 ian. 1942) ad minimum reducantur, praesertim eae, quae concernunt beneficia canonicalia et curata.

8

Pro dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium et Collegiatarum reservationes omnino abrogentur, vel saltem ad primam dignitatem limitentur.

---

1) Mexican, Viten, Caesenaten.
2) Treviren, Dagnen, Gurcen, Andrien.
3) Berolinen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
4) Brixinen.
5) Sucren.
6) Solopien.
7) Feretran, Acheruntin.
8) Feretran.

9

Solummodo omnia beneficia canonicalia reservata sint S. Sedi.

10

Maior sit libertas Episcoporum in collatione beneficiorum si antecessor de Familia papali erat.

11

Ne cogatur Ordinarius ad S. Sedem recurrere pro collatione beneficiorum paroecialium vacantium ad norman can. 1435 § 1.

12

In rescripto promotionis, a S. Sede factae, ad aliud beneficium dicitur per solam collationem secundi vacare primum, ita ut ex tunc de illo S. Sedes disponere valeat. Iam vero non raro accidit, ut antequam promotus possessionem secundi coeperit, poenitens velit primum conservare, nec secundum possidere.

13

Provisio paroeciarum reservatarum ob mortem vel translationem Familiarium illorum Summi Pontificis, reservata non sit Datariae Apostolicae.

14

In can. 1435 § 1, 1° extinguantur haec verba: « etiam honoris tantum »; quaestioni de taxis aliter provideatur.

15

Abrogetur can. 1436 C. I. C. pro expedita provisione paroeciarum.

---

9) Nucerin Paganorum.

10) Stauropolitan, Meloen in Isauria, Apollonien.

11) Camulianen, Harlemen, Roterodamen, Ruremonden, Cliftonien.

12) Santanderien.

13) Pessinuntin.

14) Colonien, Essendien, Eminentianen.

15) Feretran.

16

Loco beneficiorum reservatorum, quae quacumque ex causa vacaverint, statuantur praestationes Dioecesium singularum annuae.

17

Minuatur numerus beneficiorum S. Sedi Apostolicae reservatorum; augeatur competentia Ordinarii in actibus administrationem ordinariam excedentibus usque ad summam Lib. It. 3.000.000 vel 20.000.000 cum Episcopus solus decernit vel cum consensu Capituli Cathedralis.

18

Rationes et causae reservationum Sedi Apostolicae minuantur.

19

In can. 1435 § 1, 1° deleantur verba: « et Familiarium, etiam honoris tantum, Summi Pontificis tempore vacationis beneficii ».

5. De iure patronatus

1

Ius patronatus totaliter obsolescat.

2

Iura patronatus, praesertim laicalis, abroganda sunt, quia Ordinarii libertatem laedunt.

3

Quoad beneficia ius patronatus laicorum praefiniatur tempus (v. g. post 100 annos a fundatione) ultra quod cesset quodlibet ius activum et passivum.

---

16) Bambergen.
17) Andrien, Clavaren.
18) Bergomen.
19) Rhoinen, Citharizen, Leontopolitan, Ancyran.

1) Montisvidei, Sucren.
2) Calatanisiaden, Firman, Taurinen, Viglevanen, Auximan et Cingulan, Augustan.
3) Gaudisien, Czestochovien.

4

Debitis compensationibus peractis, ius patronatus abrogetur.

5

Abrogetur ius patronatus eo quod discordias fovet et patroni non amplius adigi possunt ad officia sua implenda.

6

Tamen si patroni plene possunt probare iuris patronatus existentiam, compensentur etiam oeconomice sicut fit in casibus expropriationis propter bonum publicum.

6. De superfluo

1

Extendatur obligatio can. 1473 « impendendi superfluos (fructus) pro pauperibus aut piis causis etiam ad eos viros ecclesiasticos qui emolumenta acquirunt ex parte reipublicae, sed suum munus obtinuerunt per ecclesiasticam auctoritatem, sc. per « missionem canonicam », quae tribuitur catechistis pro scholis publicis.

2

Media efficacia statuantur ut superfluum beneficiorum in pauperibus erogetur vere.

3

Quoad portionem « superfluam » beneficii, obligatio pro pauperibus aut piis causis impendendi sit obligatio stricte iuridica et coercibilis. Executor omnium piarum causarum est Ordinarius at beneficium est in genere causae piae et ad executionem pertinet possibilitas coactionis.

---

4) Victorien Venetorum.

5) Eporedien.

6) Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Tuden, Dystien, Chitrien, Dardan, Eudociaten, Varsavien et Gnesnen.

1) Gurcen.

2) Truxillen.

3) Leopolien Latinorum, Cracovien, Varsavien et Gnesnen.

4

Obligatio fructus superfluos impendendi pro pauperibus aut piis causis extendatur ad omnes sacerdotes quodlibet ministerium ecclesiasticum exercentes. Episcopo sit definire quibus causis reditus superflui sint impendendi.

5

Ordinariis ius reservetur invigilandi administratores bonorum ecclesiasticorum, quos in usus bona superflua insumant.

6

Pauperes iterum suam partem in distributione bonorum ecclesiasticorum recipere debent.

7

In unaquaque regione determinetur quantitas pecuniae pro congrua sustentatione sacerdotum: in sacerdotali ordinatione promissio obtineatur de superfluo devolvendo in unoquoque anno et praecipue in fine vitae in favorem Ecclesiae; inhabilis declaretur sacerdos ad recipienda bona haereditatis praeter ea quae naturali successione ei obveniant.

---

4) Treviren, Dagnen.
5) Vindobonen, Maroneus, Macren, Lincien, S. Hippolyti, Metellopolitan.
6) Succursen et S. Aegidii.
7) Pharaonen.

II. DE BONIS ECCLESIAE TEMPORALIBUS

1. De requisitis iuris civilis adhibendis

1

In bonis ex parte Ecclesiae acquirendis — quolibet titulo — adhibeantur semper requisita Iuris Civilis ita uta proprietates a nullo possint impugnari, et documenta ista proprietatis serventur in Archivo Curiae et in Archivo Civitatis Vaticanae.

2

Communitates vel personae morales a Iure Canonico recognitae vel erectae « incorporentur » seu constituant corporationem legalem ad obtinendam personalitatem cum Iure Civili adquirendi, administrandi et vendendi.

3

Conficiantur quam primum instrumenta authentica proprietatis omnium bonorum ecclesiasticorum, ut ecclesiae paroeciales, domus rectorales, scholae, coemeteria, seminaria, domus religiosorum et alia huiusmodi civilium praescriptionum munita et servanda sint in archivis dioecesanis, nationalibus et vaticanis.

2. De legatis

1*

Agatur de revisione disciplinae legatorum.

---

1) Jaren.
2) Jaren.
3) Jaren.

1*) Aliphan, Pisan, Anglonen-Tursien, Callien et Pergulan, Mutilen, Collen, Fodian, Novarien, Ephesin.

2

Pia legata reformentur et reducantur, saltem, si aliquo modo non substituantur ex thesauro Ecclesiae. Nam onera saepius fiunt importabilia ob redituum deminutionem; eorum administratio tempus exigit et personas; praeterea causat errores, dubia conscientiae, odia et frequentes recursus ad reductiones petendas.

3

Redigatur disciplina in simpliciorem formam, sanatione de praeterito concessa, quia hodie legatorum disciplina est res vere inextricabilis ob successivas reductiones, parochorum negligentias, amissiones tabularum fundationis.

4

Pia legata renoventur et limitentur tempore.

5

Commutentur cum oneribus temporaneis ac brevi tempore explendis, quae cum hodiernis exigentiis oeconomicis componi possint, omnia legata.

6

Pia legata brevibus limitibus acceptentur et Episcopi polleant facultate sanandi ad consulendum conscientiae.

7

Ne in perpetuum reductiones impetrentur, facultas videtur Ordinariis conferenda.

8

Post congruum tempus Episcopus possit summas legati Missarum piis operibus destinare.

---

2) Pistorien.
3) Medelitan.
4) Rossanen.
5) Soanen-Pitilianen.
6) Pistorien.
7) Bobien.
8) Fesulan.

9

Extinguantur aut coniungantur legata Missarum parvae entitatis, concessa Episcopis apta auctoritate.

10

Una quotannis imposita Missa unicuique sacerdoti, aboleantur exiguiora Missarum legata. In posterum nulla iam admittantur legata perpetua sed vix tricennalia.

11

Amplior fiat potestas Episcopi quoad pia legata.

12

Pia legata renoventur iuxta taxam dioecesanam.

13

Legata non amplius perpetua efficiantur neque in nominativis titulis collocentur: si iam extant, etiam cum onere Missarum, ad consummationem perducantur, tot onera adimplendo quot sunt pecuniae (capitale).

14

Episcopis concedenda est potestas de legatis renovandis.

15

Pia legata quorum onera nequeunt amplius adimpleri consentiendum est, ut in perpetuum aboleantur.

---

9) Philippopolitan in Arabia.
10) Tiburtin.
11) Baren, Mutinen, Auximan et Cingulan, Siten, Placentin, Parmen, Serren in Macedonia, Fidentin, Carpen, Regien in Aemilia.
12) S. Luciae.
13) Taurinen.
14) Triventin, Othieren.
15) Nuoren.

3. De taxis ecclesiasticis

1

Normae generales dentur circa taxas pro Sacramentorum administratione.

2

Desideratur legislatio relate ad taxas ecclesiasticas et decimas in Missionibus.

3

Taxae pro Sacramentorum administratione supprimantur.

4

Usus decimarum restauretur ut gratuita administratio Sacramentorum fiat.

5

Omnes taxae pro administratione sacramentorum et similium suspendantur et tantum accipiatur quod fideles sponte offerre velint.

6

Taxae pro sacramentalibus aboleantur.

7

Taxae pro servitiis ecclesiasticis aboleantur omnes.

8

Abolenda videtur consuetudo taxarum, quatenus religiosa officia diverso splendore et ornatu celebrantur iuxta diversa fidelium stipendia. Diversitas ista nocet caritati et fovet in clericis avaritiam, in fidelibus vanitatem.

---

1) Caurien, Ephesin.
2) Nyerien.
3) Sanaven, Uthinen, Copiapen, Pacen in California, Arassuahyen, Turuzitan, Azulen, De El Peten, Viedmen, Reconquisten, Caesarien Philippi.
4) Arsinoitan in Arcadia.
5) Dilien.
6) Copiapen.
7) Zeliten, Taubuden.
8) De Sahara Hispanico et Ifni.

9

Taxae pro rescriptis aboleantur.

10

Taxae pro remuneratione praedicatorum aboleantur, vel dentur pauperibus.

11

Taxae sint uniformes.

12

Taxae clero et paroeciis ab Ordinariis impositae vel imponendae nonnisi quibusdam generalibus practicis circumscribantur, ne ecclesiastica administratio quadam quasi simonia laborare praesumatur.

13

Taxae in genere fixentur a conventu Episcoporum eiusdem regionis.

14

Omnes taxae praefiniantur a singulis Episcopis cum suo Consilio quia si Provincia Ecclesiastica est magna quod congruum est pro una dioecesi potest esse incongruum pro alia dioecesi.

15

Sicut eleemosyna Missae ita iura stolae fixentur ab Episcopo.

16

Agatur de revisione taxarum paroecialium et curialium.

---

9) Copiapen.
10) Abulen, Dausaren.
11) Rivadaviae.
12) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.
13) Campinen, S. Caroli In Brasilia, Pesqueiren, Sanaven, Joericoën, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
14) Santanderien.
15) De Ponta Grossa, Rivi Nigri, Riopreten, Altaven, Tanitan.
16) Valdivien, Signin, Gindaren, Caxien.

17

Taxae pro dispensationibus matrimonialibus ad Curias dioecesanas deferantur ad caritatis pietatisque sensum fovendum, ad opus valde cognitum et vulgo aestimatum tribuendae.

18

Collectae et iura stolae paroeciarum simul cum sumptibus distribuenda sunt aeque pro tota dioecesi.

19

Pro taxis quae S. Sedi debentur ob concessas dispensationes substituatur solutio fixae annuae summae pecuniae, statuendae et sumendae a dioecesano aerario.

20

« Classes » omnimo abrogentur in administratione sacramentorum et funerum.

21

Differentiae inter varias classes minuantur.

22

Desiderabile erit nimiam differentiam inter classes expungere si non abolere omnino classes.

23

Tolli vel saltem minui, in sacramentorum administratione, externam disparitatem, e taxatione provenientem.

---

17) Portugallen.
18) Reconquisten.
19) Daren.
20) Tegucigalpen.
21) Medellen.
22) Abulen, Seguntin, Dausaren, Vicen, Santanderien, Ruremonden, Roterodamen.
23) Dianen, Theodosiopolitan in Acadia.

24

In funeribus exequendis omnes dignitatis sive taxarum gradus tollendi sunt.

25

Prohibeantur differentiae solemnitatis externae in administrandis sacramentis ratione allatae pecuniae.

26

Quarta funeraria fixa sit pro omnibus.

27

Can. 1502 abrogetur.

28

Quaestioni de taxis aliter provideatur.

4. De « thesauris ».

1

Inutiliter servatur « thesaurus » apud permulta templa.

2

Multae dioeceses in suis thesauris pretiosa paramenta et vasa sacra possident quae ad nihil fere aliud inserviunt nisi ut a curiosis inspiciantur, dum in multis aliis ecclesiis orbis catholici Christus Dominus in Ss. Eucharistiae sacramento paupertatem vere betlehemiticam patitur. Debemus esse catholici non tantum nomine sed etiam re et opere.

---

24) Calydonien.
25) Caesaraugustan, Huelven, Santanderien.
26) Ibarren.
27) Sup. Gen. Mission S. Joseph.
28) Essendien, Herbipolen, Eminentianen.
1) Rusicaden.
2) Mandetrien.

3

In sanctuariis et cathedralibus nonnumquam thesauri cumulantur, arte non semper insignes sed aliquando valorem mere luxuosum ostendentes, uti sunt monilia ex auro et gemmis, quibus semel in anno imago sacra ad modum personae humanae luxuosae ornatur; talia bona ostendunt pietatem donantis sed ultra certum tempus et certam quantitatem in opera caritatis impendi deberent.

5. De administratione bonorum ecclesiasticorum

1

Administratio rerum temporalium ad diaconos transferatur, ut parochi spiritualibus curis magis vacent.

2

Beneficiorum administratio committatur Consilio administrativo dioecesano, quod pro rata parte cuique daret: ita sacerdotes liberi evadent in ministerio exercendo.

3*

Consilio dioecesano administrationis, cui ipsemet Episcopus praeest, ampliores facultates tribuantur.

4

In administratione bonorum ecclesiasticorum laici partem sumere deberent ut clerici a temporalium bonorum cura liberentur.

5

Parochi liberentur ab administratione directa bonorum temporalium, quia saepe illa est causa multorum malorum.

---

3) Majoricen.
1) Feretran, Neapolitan, Drepanen.
2) Lycien, Jerichuntin, Hierapolitan in Syria, Ilcinen, Dianen, Nucerin et Todinen, Assisien, Teramen et Atrien, Apuanien, Velitern.
3*) Aesien.
4) Luxemburgen, Laganitan, Sedunen.
5) Marsorum, Montis Casini, Hierapolitan in Syria, Nursin, Theatin.

6

Liberetur clerus ab administratione directa fundorum. Omnibus tamen sacerdotibus decorosus vivendi modus assignetur.

7

Beneficii paroecialis administratio relinquatur viris peritis laicis (v. g. ex Actione Catholica, Institutis saecularibus) aliter parochus multum tempus terit.

8

Arceantur in administrandis bonis Ecclesiae consanguinei et affines beneficiarii.

9

Magis commendetur rerum temporalium Ecclesiae applicatio pro finibus pastoralibus et spiritualibus.

10

Praecipiatur ut omnia bona temporalia Ecclesiae ita administrentur ut ad salutem animarum applicentur et quaecumque scandala devitentur inspectionibus et probationibus personarum administrantium.

11

Bona Ecclesiae ubique terrarum ne sint bona manus mortuae; certe ne negligantur, sed serviant ad glorificandum Deum et sublevandos pauperes.

12

In mentem revocetur finis bonorum ecclesiasticorum: haec enim non sunt bona propria beneficiati, sed ordinantur ad sustentationem cleri et ad incrementum ministerii pastoralis.

---

6) Signin, Interamnen et Narnien, Savonen, Pompeian, Pinerolien, Valven et Sulmonen, Eugubin, Ragusien, Tyanen, Goritien, Caesenaten.
7) Hipponen, Salernitan.
8) Rheginen, Oppiden.
9) Memphitan.
10) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.
11) Limonen.
12) Docleen.

13

Quaeritur utrum fructus operis Missionariorum ex iure Missioni pertineat an Instituto missionali.

Quaenam bona Missioni et quaenam Instituto, cui Missio concredita est, pertinent?

14

Statuatur in Patriarchatu Maronitarum administratio centralis beneficiorum saecularium et regularium.

6. De iure Episcoporum in administrandis bonis ecclesiasticis

1

Amplior fiat potestas Episcoporum quoad bonorum ecclesiasticorum propriae dioeceseos administrationem.

2

Ampliores fiant facultates Episcopi circa administrationem bonorum temporalium, praesertim circa alienationem et onerationem bonorum.

3

Episcopis concedatur facultas devolvendi reditus beneficiorum minorum muneribus ecclesiasticis quibus, etsi praestantioribus, nullo alio modo providetur.

4

Saltem Episcopi donentur amplioribus facultatibus in reditibus bonorum ecclesiasticorum administrandis et sacerdotibus pauperibus erogandis.

---

13) Nyerien.
14) Antiochen Maronitarum.
1) Virodunen.
2) Treviren, Dagnen, Essendien, Eminentianen.
3) Albae Pompeien, Nursin.
4) Medelitan.

5

Expediretne declarare, ut verum officium pastorale Episcoporum, conferre et sacerdotes et pecuniam dioecesibus indigentibus immo et Missionibus?

6

Possit Episcopus, audito Capitulo, imponere modicum tributum super parochorum ingressus in favorem sacerdotum qui misere vivunt.

7

Agatur de iure Ordinarii loci congruenter componendi reditus clericorum per assignationem summae ultra quam beneficiati fructus non faciant suos sed Episcopo eos tribuere teneantur.

8

Locorum Ordinariis liceat, consulta Sede Apostolica, tentare quae sibi opportuna videbuntur ad inveniendas novas formas vitae oeconomicae in Ecclesia paulatim stabilienda.

9

Clausula de consensu Capituli et Consilii administrationis ad alienationem bonorum pretii 1.000 — 30.000 libellarum abolenda est.

10

In omni dioecesi adsint sacerdotes in re oeconomica valde periti ad quos non solum Episcopi sed quisque sacerdos recurrere possit in omnibus negotiis oeconomicis, iuridicis, pecuniaribus et fiscalibus.

11

Summa pro qua opus est recurrere ad Ordinarium cum Capituli consensu elevetur.

---

5) Abulen, Dausaren.
6) Matriten.
7) Thuggen, Polyboten.
8) Scopien.
9) Varsavien et Gnesnen.
10) Rabaten.
11) Risinitan.

12

Episcopo tribuatur facultas, praeter tributum pro Seminario, imponendi sive clericis sive fidelibus sive paroeciis sive aliis personis moralibus alia tributa, quae, consentiente Synodo dioecesana, necessaria habentur pro administratione dioecesis vel pro cura animarum vel pro piis operibus.

13

Ordinarius ius habeat de fructibus superfluis beneficiarii aliquo modo disponendi.

14

Aequationem beneficiorum curent Episcopi. Regulae statuantur, quibus ipsi obtemperare debeant sine praecursoria approbatione S. Sedis. Sedes Apostolica interveniat post recursum cuius intersit.

15

Circa administrationem bonorum temporalium Episcopi nutus praevaleat ita ut in singulis casibus, iuxta capacitatem vel voluntatem beneficiarii possit vel non eam conferre.

16

Retributio oeconomica quantitate proportionali statuatur ab Episcopo eiusque Capitulo pro omnibus sacerdotibus, ab Archiepiscopo una cum Episcopis suffraganeis pro Episcopis approbante S. Sede.

17

Ordinario concedatur potestas obligandi beneficia opulenta ad sustentationem beneficiorum humilium ex reditibus superfluis officio adnexis.

18

Tribuatur facultas Ordinariis imponendi tributa super beneficia paroecialia, cappellanias et stipendia magisterii pro sacerdotibus pauperibus.

---

12) Treviren, Dagnen.
13) Secovien.
14) Nepesin et Sutrin.
15) Maceraten et Tolentin.
16) Civitatis Juarezen.
17) Misnen.
18) Calien.

19

Cum in omni dioecesi beneficia sunt alia pinguissima, alia pauperrima, omnes beneficiorum fructus dioecesi acquirantur, quo aequius in bonum commune dioeceseos ab Ordinario loci, cum consensu tum Capituli cathedralis tum Consilii administrationis, erogentur.

20

Singuli Ordinarii mercedem seu salarium fixum determinent et solvant omnibus sacerdotibus, in dioecesi beneficium habentibus, cum independentia absoluta a potestate civili, a voluntate fidelium et a taxis administrationis solvendis. Prae oculis habeatur optima administratio ecclesiastica Americae Septemtrionalis.

21

Concedatur Episcopis facultas imponendi tributa etiam pro socialibus operibus.

22

Desideranda est amplior et liberior administratio ecclesiastica in favorem tam Ordinariorum quam parochorum, intra limites tamen Iuris Canonici.

23

Aequalitas bonorum instauretur in unaquaque dioecesi vel etiam in tota Ecclesia; non beneficiatis provideatur formulis mutualisticis et cautionum.

24

Ordinariis loci amplior facultas conferatur, vi canonum, imponendi tributum ecclesiis paroecialibus in bonum dioecesis.

---

19) Desmoinen.
20) Jaren.
21) Pastopolitan.
22) Jaren.
23) Comaclen, Pacten, Tiburtin, Verulan et Frusinaten, Tarvisin, Montis Alti et Ripan, Messanen, Senogallien, Cusien, Hadrianien in Hellesponto, Fesulan, Sebasten in Cicilia, Diocleen.
24) Vayne Castren.

25

In dioecesi omnia bona communia sint.

26

Relatio de rebus fiscalibus seu de situatione financiaria ab omnibus dioecesibus, quotannis vel biennis, Romam mittatur sub secreto.

7. De alienatione bonorum ecclesiasticorum

1

Proponitur ut valor ille rei alienandae, quo superato, licentia S. Sedis expetenda est, in certa proportione ad numerum animarum singularum dioecesium ponatur.

2

In maioribus dioecesibus, si agitur de vendendis vel alienandis bonis temporalibus, quorum valor excedit decem millia libellarum aurearum, saepenumero licentia requisita sine gravi damno ab Apostolica Sede expeti non potest, quia de contractis istis plerumque sine mora decernendum est. Abrogetur igitur vel mitigetur illud requisitum.

3

Summa ultra quam alienationes licentia S. Sedis indigent augeatur nec sit infra 30.000 francorum aureorum.

4

Augeatur limes valoris, attentis temporibus interim mutatis, quem Ordinarii absque licentia S. Sedis disponere queant.

---

25) Hispalen, Tuden.
26) Sacramenten, Angelorum in California.
1) Colonien.
2) Rottenburgen.
3) Secovien.
4) Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Burdigalen, Petrocoricen, Engolismen, Amalphitan.

5

Accomodentur vitae hodiernae leges de bonis ecclesiasticis administrandis; specifice circa requisita pro alienatione rerum ecclesiasticarum in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis.

6

Alienentur immobilia et « actiones » administrentur ab « Istituto delle Opere di Religione ».

7

Ad mala praecavenda, bona Ecclesiae, magis quam praediis, titulis crediti, vulgo « azioni industriali », constent.

8

Praedia in dioecesibus montanis abalienentur et parochorum victui aequius consulatur.

9

Antequam Gubernium vel revolutio popularis Ecclesiam spoliet, ipsa deberet inconvenientia vitare ita ut redundantia bona in operibus beneficientiae vel apostolatus erogari deberet.

8. De maiore aequitate in distributione bonorum ecclesiasticorum inter sacerdotes

1

Aequior sit distributio bonorum inter clericos.

2

Melior distributio et adaequatio proventuum inter omnes sacerdotes desiderantur, ut stridentia discrimina tollantur.

---

5) Manchesterien.
6) Rossanen.
7) Esmeralden.
8) Sarsinaten.
9) Majoricen, Varsavien et Gnesnen.

1) Nepten, Umuahiaen, Palaeopolitan in Asia, Castri Maris, Calbayogan.
2) Melphicten, Catanen, Philippopolitan in Arabia, Tranen et Baro-

3

Clerici saeculares in sacris incapaces declarentur ad immobilia possidenda et administranda.

4

Definienda est saltem approximative norma honestae sustentationis, ultra quam sacerdotes nihil percipere possint.

5

Retributio oeconomica pro variis ministeriis non aequa apparet, praesertim qui labori pastorali incumbunt maiori aequitate retribuantur.

6

Vitetur in quantum possibile sit maxima et non aequitativa differentia vitae oeconomicae inter clericos et sacerdotes.

7

Fundum commune in quavis dioecesi constituatur ita ut omnes sacerdotes saltem illam quantitatem minimam pro honesta sustentatione percipiant.

9. De sustentatione cleri

1

Instituatur Romae providentia socialis universalis pro omnibus sacerdotibus saecularibus mundi.

---

len, S. Agathae Gothorum, Hierapolitan in Syria, Ilcinen, Novarien, Pergamen, Lancianen et Ortonen, Caesarien in Mauretania, Thennessien, Auximan et Cingulan, Consentin, Cerrarum, Massan, Pisan, Acheruntin, Velitern, Vicentin, Zamen Maior, Sup. Gen. Fr. Tert. Ord. S. Francisci Capul. a B. M. V.

3) Daulien.

4) Daulien.

5) Malacitan.

6) Zeliten, Caesaraugustan, Hispalen, Abulen, Dalisanden in Isauria, Dausaren, Victorien, Ruremonden, Roterodamen, Laganitan, Eudociaten, Heliosebasten, Synnaden in Phrygia.

7) Abulen, Circinitan, Pompeian.

1) Aelaniticus.

2

Providentia socialis instituatur in Ecclesia absque dependentia a civili potestate, quantum fieri potest.

3

In tanta cleri penuria, provideatur ut omnibus sacerdotibus praesto sit necessarium ad honestam sustentationem, ne ipsis causa donetur aliunde sumendi vitae stipendia potiusquam ex idoneis sacerdotalibus muneribus.

4

Certis normis, aetati nostrae accommodatis, providetur ad honestam sustentationem cleri saecularis.

5

Disciplina communis statuatur pro unaquaque Republica ad ordinandam cleri sustentationem.

6

Retributio pro ministerio potius dioecesana quam paroecialis instituatur ad peraequationem obtinendam; institutum pensionis inducatur, qua frui valeant ecclesiastici, dimisso beneficio, post expletum certum annum sive aetatis sive servitii.

7

Ad discrimina in re oeconomica tollenda in clero unica habeatur pro omnibus in dioecesi *Capsa communis*, ut qui altari deserviunt eodem pariter modo eademque dignitate de altari vivant, ut nemo in egestate inveniatur.

---

2) Rheginen.

3) Mazarien.

4) Euroeen in Phoenicia, Urbevetan, Medelitan, Tiburtin, Abellinen, Rossanen, Vercellen, Tarvisin, Cusien, Dioclean, Bononien, Venetiarum, Boianen-Campobassen, Fodian, Novarien, Liparen, Verulan et Frusinaten.

5) Dodgepolitan.

6) Lunen.

7) Nuoren.

8

Aerarium commune constituatur in unaquaque dioecesi: ex reditibus ecclesiarum, ex emolumentis ab unoquoque sacerdote perceptis, ex eleemosynis missarum manualium (emendato can. 1506).

9

Normae elaborentur in persolvendis negotiis oeconomicis cleri pro ipsorum infirmitate vel senectute.

10

Sit pensio sacerdotibus iam in cura animarum sed inhabilibus senio aut aegritudine factis.

11

Praeceptive societas ad clerum auxiliandum in casu infirmitatis aut senectutis in omni dioecesi fundetur.

12

In singulis dioecesibus vel saltem regionibus ecclesiasticis erigatur « domus cleri » vel convictus ecclesiasticus.

13

Unaquaeque natio domum habeat ad recipiendos et curandos Episcopos et sacerdotes invalidos vel senio confectos.

14

Omnes parochi obligentur ad quotam solvere pro societate mutua infirmitatis ac infortunii sive pro se, sive in quota parte pro sacerdotibus, qui eos adiuvant in ministerio.

---

8) Columben in Ceylon.
9) Hartfortien, Laren, Seattlen.
10) Thignicen.
11) Tucsonen.
12) Hanciomen.
13) Hanciomen.
14) Taurinen.

15

Omnes sacerdotes, beneficiis fruentes vel expertes, et Exc.mi Episcopi condenda lege securitatis et cautionis quoad infirmitatem, senectutem infortuniaque adstringantur, ita ut, quibusdam tributis solutis, iam a sexagesimo anno expleto, congrua pensione, secundum uniuscuiusque dignitatem hierarchicam, perfruantur.

16

Modernis ac efficacibus mediis (assicurazioni, mutue, pensioni) consulatur sacerdotibus inopia laborantibus, aegrotis, inhabilibus et senescentibus.

17

Societates securitatis cautionalis pro clero infirmo et inhabili, in ambitu propriae regionis vel nationis ipsius cleri tributis instituendae essent, semper in societate tantum clericali hierarchica; evitandus interventus ex parte Status.

18

Presbyteri adaequate remunerentur, ne propter curam rerum temporalium a fructuoso apostolatu amoveantur.

19

Cuilibet ministro 40.000 lib. it. tribuantur pro mense.

20

In dioecesibus domus sacerdotales instituantur ad sacerdotes, praesertim invalidos, apte et decore recipiendos.

21

Provideatur clero mediante « Polizza » assicurationis circa vitam. Dioeceses obligentur ad providendam assicurationem cleri in casu invaliditatis et senectutis.

---

15) Aversan.

16) Tarquinien et Centumcellarum, Syracusan, Lycien, Aesernien et Venafren, Hierapolitan in Syria, Pergamen, Montis Regalis in Pedemonte, Uxentin, Praenestin.

17) Oppiden.

18) Abbas Primas Congr. O. S. B., Sup. Gen. Ord. de Mercede.

19) Caven et Sarnen, Lorymien.

20) Taurinen, Sup. Gen. Mission. Saverian.

21) Internunt. Ap. in Sinis.

22

Senibus provideatur, quia ipsi saepe media ad iustam et dignam senectutem non habent.

23

Constituatur in singulis dioecesibus domus, ubi sacerdotes senes vel aegroti gratis honestam sustentationem recipere possint.

24

Finibus circumscribatur vel omnino prohibeatur mendicatio clericorum.

25

Sacerdotes habeant securitatem in casu infirmitatis.

26

Sacerdotes infirmi recipere debent adiutorium et medicinas a dioecesi.

27

Provideatur sacerdotibus oeconomicam securitatem in senectute.

28

Provideatur sacerdotibus Aethyopicis senescentibus et infirmis.

29

Ad solamen multorum sacerdotum utilissimum et necessarium videtur ut determinetur quantitas solvenda (Pensiones) sacerdotibus infirmis et senibus qui ordinati fuerint ad « servitium ecclesiae » et eorum honestam sustentationem.

---

22) Sup. Gen. Congr. Bras. O. S. B., Sup. Gen. Ord. de Mercede.
23) Daulien, Limisen, Tacnen.
24) Lamen.
25) Letopolitan, Gerunden, Legionen, Victorien, Ephesin.
26) Chihuahuen, Truxillen, Tampicen, S. Rosae de Osos, De El Oro, Jericoën, Rivibamben, Sidetan, Auratopolitan, Huarezen, Nunt. Ap. in Bolivia, Nunt. Ap. in Panamà.
27) Gerunden, Legionen, Victorien, Letopolitan, Funchalen.
28) Erythritan, Cataquen.
29) Jaren.

30

Sacerdotes pauperes non debent in inopia vivere praesertim si caeteri divitiis abundent.

31

Sacerdotes senes recipiant a dioecesi sustentationem ad mortem usque.

32

Foederatio inter societates mutualisticas pro clero statuatur.

33

Iusta et congrua pensio sacerdotum infirmitatibus laborantium vel senili aetate confectorum ab Ordinariis locorum et respectivis dioecesibus solvenda, administranda vero a Sacra Congregatione Romana ad hoc constituta, consideretur.

34

Consociationes constituantur ad suppetias mutuo ferendas.

35

Systemata protectionis socialis « Previdenza » in omni dioecesi necessaria sunt.

36

Cautio socialis pro sacerdotibus necessaria est, ergo obligatoria esse debet; ad cautionem socialem conferre debent:
1) ipsi sacerdotes;
2) paroeciae et ad hoc segregantur eleemosynae;

---

30) Chihuahuen, Tampicen, Culiacanen, Viedmen, Turuzitan, Jericoën, Rivibamben, Guadalajaren, Claudiopolitan in Honoriade.

31) Auratopolitan, Huarazen, Barquisimeten, Chihuahuen, Truxillen, Tampicen, Conchen, S. Rosae de Osos, De El Oro, Jericoën, Rivibamben, Sidetan, Nunt. Ap. in Bolivia, Nunt. Ap. in Panamà.

32) Geruden, Legionen.

33) Legaspien.

34) Fulginaten.

35) Sebastopolitan in Abasgia, Sidetan, Jericoën, Risinitan.

36) Dodoneus.

3) pars eleemosynarum quae in locis sacris alicuius nationis, peregrinantibus multo frequentatis, colliguntur. Dioeceses, quae paucos tantum sacerdotes numerant, ob socialem sacerdotum cautionem associari debent ut saltem quingenti sacerdotes in singulis cautionibus simul sint.

37

Etiam expensae exequiarum sacerdotum pauperum absumantur ab Episcopo.

10. De assistentia oeconomica auxiliarium cleri

1

Ut mens Ecclesiae de quaestione sociali omnibus innotescat, imprimis Instituta religiosa et paroecialia, S. Sedis recens exemplum imitantes, omne studium sedulo adhibeant ut in ipsa sua ratione cum operariis et domesticis Summorum Pontificum principia socialia adamussim servent.

2

Quaedam subsidia familiaria statuantur.

3

Sacerdotes quibus cura animarum concredita est, debent opificibus vel quoque modo ecclesiae ministrantibus subsidia necessaria praebere.

4

Provideatur auxiliaribus cleri cum formulis « mutualisticis ».

5

Clerici religiose servent leges iustitiae « socialis » erga servitio templi mancipatos.

---

37) Chihuahuen.

1) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.

2) S. Rosae de Osos.

3) Culiacanen.

4) Legionen.

5) Abulen, Dausaren.

DE PROCESSIBUS

I. DE IUDICIIS IN GENERE

1. De reformatione libri quarti codicis iuris canonici

1

Tractatus « De Processibus » reformetur.

2

Liber IV C. I. C. in simpliciorem formam redigatur.

3

Processus canonicus implexus ac difficilis videtur, nam duodecim rationes procedendi enumerari possunt.

4

Tit. XVII excludatur a prima parte libri IV quia non includitur in definitione iudicii ecclesiastici, quae datur in can. 1552 § 1.

5

Applicatio partis tertiae libri IV C. I. C. ansam praebet permultis difficultatibus propter nimias obscuritates et omissiones textus actualis. Ad laesiones iuris praeveniendas optatur melior formulatio iuridica horum canonum.

6

Agatur de iuribus officialis, cum ea, quae in can. 1573 C. I. C. continentur, non videantur sufficientia.

---

1) Ordinarii ex Anglia, Kielcen, Veglen, Luxemburgen, Oveten, Assien, Calagurritan et Calceaten, Mindonien, Santanderien, Placentin in Hispania, Heliosebasten, Neo-Eboracen.

2) Rhoinen, Darienen, Machiquesen, Caronen.

3) Succursen et S. Aegidii.

4) De El Oro.

5) Cataquen.

6) Treviren, Dagnen.

7

Procedura iudiciorum ecclesiasticorum, quae proceduram vigentem in Italia et in Gallia sequitur, parit incommoda in omnibus regionibus ubi systema anglicum viget, quia populus non amat processum secretum.

8

Liber « De Processibus » postponatur libro « De Delictis et Poenis ».

9

Processus administrativus ordinetur.

10

Desideratur nova codificatio processus administrativi.

11

Res iudiciales ab administrativis melius secernantur.

12

Oportet normam praebere qua determinetur quaenam negotia iudicialiter, quaenam vero administrative tractanda sunt.

13

Semper detur facultas utrique parti in causa eligendi viam iudicialem apud tribunalia ordinaria aut viam administrativam apud diversas Congregationes pro diversis controversiis quae utramque admittunt.

Inviolabilis reo convento praestetur securitas sese defendendi in quolibet casu, praesertim in iis qui modum procedendi ex informata conscientia admittunt et in accusatione sollicitationis ad turpia in confessione. Ad hoc autem crimen quod spectat, omnes eccle-

---

7) Galvien et Duacen.
8) Hadrianopolitan in Haemimonto.
9) Succursen et S. Aegidii.
10) Compostellan, Bracharen, Telmissen.
11) Succursen et S. Aegidii.
12) Compostellan.
13) Ephesin.

siastici ordines proficerent si quando dispositiones canonum et decretorum ita corrigentur ut ea omnia tollerentur quae apparent quasi publica et sollemnis praesumptio contra sacerdotes sanctissimo huic ministerio incumbentes.

Procedendi ratio specialis S. S. C. S. Officii hodierno mentis habitui communibusque iudiciorum normis quantum fas est accommodetur, potissimum ad secretum quod attinet, aut ab eiusdem abducantur competentia non modo causae et dispensationes matrimoniales, utpote controversiae de factis non vero de doctrina, sed etiam causae criminales contra clericos in re turpi, utpote disciplinam cleri respicientes.

14

Aequior fiat conditio rei accusati in causis S. Officii, difficillima est enim defensio rei.

2. De tribunalibus ecclesiasticis

1

Habeatur apud S. Sedem tribunal primae instantiae pro parvis dioecesibus, Vicariatibus et Praefecturis Apostolicis, et relinquatur tantum tribunalibus dioecesanis onus ordinationes litis conficiendi.

2

Ex iure communi erigantur tribunalia; regionalia in unaquaque dioecesi sint tantum tribunalia ad excutiendos testes et partes etc.

3

Suadetur ut tribunalia cum iurisdictione determinativa (nisi casus appelletur S. Sedi intra tres menses) in casibus matrimonii in unaquaque terra cum magno numero incolarum, vel tribunalia regionalia in illis terris minus frequentatis, constituantur; iterum

14) Amisen, S. Raimundi.
1) Pisitan.
2) Cliftonien.
3) Cincinnaten.

ut haec tribunalia apud Nuntiaturas vel Delegationes Apostolicas sub curatione S. Sedis constituantur. Hoc ut evitentur illae morae hodie invalescentes et ob multitudinem casuum exortae et ob necessitatem interpretandi testimonium in lingua vulgari datum.

4

Causarum discussio expeditior sit: v. g. hoc fiat apud Provincias ecclesiasticas vel Nuntiaturam.

5

Tribunal tertiae instantiae singulis civitatibus constituendum, quod eamdem ac Sacrae Romanae Rotae competit iurisdictionem exerceat.

6

Maior sit diligentia in causis matrimonialibus. Ad hoc optatur ut tribunal regionale tribunali dioecesano substituatur, quia difficile est in singulis dioecesibus sacerdotes esse iuris canonici satis peritos, qui munus officialis, iudicis, defensoris vinculi, notarii, rite adimplere possint.

7

Ubique terrarum sint tribunalia provincialia pro causis matrimonialibus.

8

Tribunalia ecclesiastica regionalia erigantur pro dioecesibus ubi deest numerus sufficiens clericorum et membra talium tribunalium regionalium totaliter labori ex tribunalibus provenienti se dent.

9

Melius esset habere unicum tribunal pro unaquaque provincia aut regione linguistica.

---

4) Dakaren.
5) Trebennaten.
6) Nemausen, Nivernen.
7) Sup. Gen. Soc. Monfort.
8) Pessinuntin.
9) Hyderabaden.

10

Constituatur Rota Americana, ad instar Rotae Hispanae, ad diudicandas causas Privilegii Fidei etiam cum causis super rato et non consummato, appellationibus tamen reservatis S. Sedi.

11

Desiderabile videtur ut in omni Continente constituantur tribunalia ad instar Romanae Rotae. Ita haberent omnes causae expeditiorem solutionem.

12

In Rota habeantur sectiones secundum varias regiones, ut celerrime causae uniuscuiusque regionis propriae solvantur.

13

Pergratum foret si in locis e. g. Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis ubi ecclesiastici in iure canonico periti sufficienti numero extant, tribunalia tertiae instantiae pro causis matrimonialibus constituerentur.

14

In tribunalibus ecclesiasticis assumere oportet laicos probatos et in iure canonico peritos ob sacerdotum penuriam.

15

Advocatorum et procuratorum ad lites in iudiciis ecclesiasticis admissio non semel occasio ad perpetrandos abusus fuit magno cum bonae famae tribunalium detrimento, cum immodica emolumenta a partibus poscantur.

---

10) Manchesterien.
11) Pessinuntin.
12) Tangaën, Intern. Ap. in Iran.
13) S. Fidei in America Septemtrionali, Trebennaten.
14) Harlemen.
15) Kielcen.

3. De probationibus

A) *De iuramento*

1

Iuramentorum numerus in processibus minuatur.

2

Sufficere posset unicum iuramentum, semel tantum praestitum, aut de veritate dicenda vel dicta.

3

Aboleatur iuramentum de veritate dicenda, retento unico iuramento de veritate dicta et de secreto servando.

4

Iuramento de veritate dicenda renuntietur, et solummodo iuramentum de veritate dicta poscatur.

B) *De testibus*

1*

Minus formalis testium interrogatio fiat.

2*

Agatur de actuali inefficacia probationis testimonialis.

---

1) Fulden, Ostracinen, Aquisgranen, Treviren, Apollonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Berolinen, Herbipolen, Limburgen.
2) Cartennitan, Pisan.
3) Misnen, Driziparen, Czestochovien.
4) Essendien, Eminentianen, Colonien.
1*) Trebennaten.
2*) Celsonen.

3

Can. 1974 ita emendetur: « Consanguinei et affines de quibus in can. 1757, *praeter coniugum parentes*, habentur testes habiles... ».

4. De lingua adhibenda

1

Facilius adhibeatur in tribunalibus et officiis ecclesiasticis lingua vernacula cuiuscumque regionis.

2

Desideratur acceptatio linguae anglicae (quae hodie universalis est lingua) uti unius ex linguis a S. Sede adhibendis in processibus super matrimonio.

3*

Desideratur ut acta causarum matrimonialium, sive ad Supremam S. Congregationem S. Officii sive ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum sive ad S. Romanam Rotam transmittenda, admittantur in sola lingua vernacula transcripta.

4

S. Romana Rota componatur ex Auditoribus diversarum linguarum ut versio in linguam latinam, gallicam vel italicam in posterum omitti possit.

---

3) Vallisoletan.
1) S. Mariae, Celerinen.
2) Dublinen.
3*) Treviren, Dagnen, Cartennitan.
4) Harlemen.

II. DE CAUSIS MATRIMONIALIBUS

1. De reformatione processus matrimonialis

1

Hodie matrimonia sola vi passionum, summa cum celeritate et temeritate a iuvenibus saepe contrahuntur, insufficienter in hac re principiis religionis instructis, posteaque tam faciliter ut contracta solvuntur. Denique coniuges, divortio disiuncti, novam familiam sibi constituunt matrimonio civili et, cum se catholicos proclament, maxime optant ut secundum legem Ecclesiae vivere possint. Tunc causae dissolutionis vinculi investigantur, si quae sint, in priore unione, et coram tribunalibus actiones intenduntur rationibus, quae legitimae videantur. Tunc incipiunt diuturni processus, magnis saepe impendiis, in quibus actores, quia saepe decipiuntur, venalitatem iudicum immerito accusant. Si qua decisio benigna invenitur, ea pecuniae vel favori tribuitur. Praeterea non dubium est quin tribunalia quaedam nimia severitate exigentiaque sint dum implicatos labores et multiplices concursationes postulant atque videantur dissolutionem aut nullitatem nolle a priori proclamare. Nonne fieri potest ut statuantur leges vel consuetudines largiores et benigniores, quae minus se ad servitutem iuris canonici adstringant et maiore celeritate cum minore sumptu exitum consequi sinant?

2

Utrum vertant in bonum Ecclesiae salutemque animarum tot dissolutiones, quarum natura, etiam a catholicis non bene intellecta, cum divortio facile confunditur. Nam informationes de huiusmodi causis, etiam in ephemeridibus quotidianis divulgatae, viam effugiendi obligationes suggerunt iis qui quadam difficultate in vita coniugali laborant.

---

1) Nicen.

2) Camberren et Gulburnen.

3

Reformetur praxis processualis circa causas matrimoniales.

4

Causae matrimoniales citius et omni ope, quantum fieri potest, excutiantur et resolvantur.

5

Completa rei veritate, normae processuales simplificandae sunt, et taxae pro casibus et causis imminuendae.

6

Ad simpliciorem statum reducantur procedura et formalitates pro causis matrimonialibus, uti antea aliquatenus statutum fuit pro Sinis.

7

Processus matrimoniales simpliciores fiant, et competentia tribunalis ab Episcopo designati ad plures casus extendatur.

8

Procedura ad simpliciorem formam reducatur dum agitur de evidentioribus casibus declarationis nullitatis.

---

3) Secovien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.

4) Ombitan, Bredan, S. Pauli de Minnesota, Vayne Castren, Insulae Grandis, Pueblen, Desmoinen, Saginaven, Kansanopolitan-S. Josephi, Bakerien, Ordinarii Indonesiae, Ostracinen, Gedanen, Cerynien, Passavien, Rottenburgen, Rothomagen, Oklahomen et Tulsen, Siedlcen, Czestochovien, Osloën, Groningen, Namurcen, Tarraconen, Dublinen, Mvanzaën, Volkrusten, Mombasaen et Zanzibaren, Kingstonen, Barrancabermejen, Marilien, Sebasten in Armenia, Del. Ap. Africae Orient. et Occ. Brit.

5) Lafayetten.

6) Hobarten, Linoen.

7) Caebuan.

8) Viedmen, Maracayen.

9

Emendentur iudicia praesertim matrimonialia. Processus formales simpliciores reddi debent. Fortasse aliquae proprietates processuum iuris civilis vigentis recipi possunt.

10

Stricta et plena investigatio tribunalium matrimonialium, posthabita omni acceptatione personarum, persolvatur.

11

Art. 219 instructionis « Provida » vi cuius, novo titulo nullitatis matrimonii admisso in gradu appellationis, de eo tribunal secundae instantiae iudicat tamquam in prima instantia, mutari debet.

12

Concedatur tribunalibus dioecesanis maior facultas in casibus matrimonialibus.

13

Processus coram unico iudice, notus Codici orientali, in Codicem latinum quoque recipiatur.

14

Concilium quandam extensionem, ob causas gravissimas, canonis 1119 ad matrimonia rata et consummata decernere posset; nam Romanus Pontifex etiam praeter casum in Privilegio Paulino praevisum potestatem habet matrimonia legitima consummata solvendi (cfr. cann. 1125 et 1014).

15

Solvatur quaestio de validitate et invaliditate matrimoniorum, quae contrahuntur in regionibus ubi lex civilis permittit divortium et ubi quasi omnes putant se in conscientia agere posse secundum legem civilem.

---

9) Vayne Castren, Helenopolitan in Palaestina, Lansingen.
10) Lugdaeus.
11) Varsavien et Gnesnen.
12) Alexandrin, Olbien.
13) Portlanden in Oregon, Junellen.
14) Bracharen, Telmissen.
15) Osloën.

16

Processus de quo in can. 1990 extendatur ad omnia impedimenta eisdem in adiunctis.

17

Causae matrimoniales circa defectum aetatis canonicae, quae facile ex documentis publicis et authenticis verificari possunt, instrui et adiudicari possint iuxta processum simplicem in can. 1990 et seqq. relatum.

18

In causis de nullitate matrimonii ob amentiam aut impotentiam normae iuridicae suppleantur pro casu quo pars, amentiae vel impotentiae accusata, deest in processu.

19

Tribunal in auxilium vocatum servare tenetur terminum a tribunali rogante ad acta peragenda praefixum (can. 1570 § 2).

20

In dioecesibus magnis viceofficiales absolute adsint.

21

Causae matrimoniales ne expensis nimis onerosis graventur.

22

In causis matrimonialibus advocati et procuratores possint ipsi per se praeliminares investigationes, tum circa possibilitatem reconciliationis inter coniuges, tum circa alias circumstantias, quarum notitia in casu solvendo iuvare possit, instituere.

23

Causae nullitatis matrimonii ratione incontinentiae, in qua versantur non pauci coniuges separati, multiplicentur.

---

16) Saginaven.
17) Austinien, Seattlen.
18) Varsavien et Gnesnen.
19) Vallisoletan.
20) Vallisoletan.
21) Tarraconen.
22) Caebuan.
23) Manizalen, Pereiran.

24

Consilia dentur magis explicita fidelibus qui velint vel debeant se subiicere iudicibus civilibus in rebus matrimonialibus.

25

Desideratur enodatio de praxi et stylo Curiae Romanae in adiudicandis causis « Monterey-Fresno » dictis.

26

Processus matrimonialis in C. I. C. inseratur.

27

Sit definitiva sententia tribunalis dioecesani ubi ius et factum omnino clara sunt.

28

Ordinarius, cum nullitas matrimonii satis clara sit, sententiam ferre possit quin sit semper necessaria appellatio ad tribunal secundae instantiae.

29

Si tribunal secundae instantiae perspexerit sententiam primae instantiae declarantem invaliditatem esse solide fundatam, possit defensor vinculi non renitente et utraque parte tacente, sine ulterioribus formalitatibus (v. g. sine introductione litis, publicatione actorum processus, conclusione processus) confirmare sententiam primae instantiae.

30

Obligatio defensoris vinculi ad superius tribunal a prima sententia matrimonii nullitatem declarante appellandi, mutetur hoc modo: sacri vinculi defensor, pro sua conscientia, appellationem

---

24) Petropolitan in Insula Longa.
25) Manchesterien.
26) Zipaquiren.
27) Sup. Gen. Resurrect.
28) Kansanopolitan-S. Josephi.
29) Posnanien.
30) Caebuan.

ad superius tribunal interponere potest, simul rationes exponendo quibus permotus, huiusmodi appellationem interponendam censuerit. Superius tribunal, visis allatis rationibus, appellationem admittere vel reicere potest. Quodsi interposita appellatio a superiori tribunali reiciatur vel deseratur, partibus ius erit, decem diebus ab accepta notitia reiectionis vel desertionis exactis, ad novas nuptias transire.

31

Ne sit obligatoria appellatio defensoris vinculi in prima instantia.

32

In causis matrimonialibus etiam post primam sententiam appellatio relinquatur conscientiae vinculi defensoris.

33

Processus simplicior et facilior pro causis matrimonialibus instituendus est pro Missionibus.

34

Pro constituendo tribunali primae instantiae pro causis matrimonialibus in Missionum locis requiritur renovatio concessionis S. C. de Sacramentis n° 2534/33.

2. De instantiis ad nullitatis matrimonii declarationem obtinendam

1

Difficilior evadat recursus ad nullitatis declarationem; nonnumquam leges civiles rigidiores legibus ecclesiasticis hac in re videntur.

---

31) Ruremonden, Roterodamen.
32) Taurinen.
33) Hyderabaden, Madhuraien.
34) Urbis Beninen.

1) Montis Alti et Ripan, Venetiarum, Casalen, Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.

2

Denegetur actio ex capitibus vis et metus, simulationis consensus, et exclusionis alicuius proprietatis essentialis. Statuatur praesumptio iuris et de iure; pauciores fierent casus conflictationis inter forum externum et internum ob illam statutam praesumptionem quam nunc sunt casus declarationis nullitatis matrimoniorum revera validorum.

3

Semper valeat consensus extrinsece datus ante Ecclesiae auctoritatem (contra simulationem totalem et partialem).

4

Legislatio matrimonialis reformatione indiget ut casus nullitatis minuantur et scandala vitentur.

5

Inveniantur media efficacia ne causae multiplicentur.

6

Iu iure processuali norma can. 1562 (peregrinus in Urbe) opportune ne extendatur ad causas nullitatis matrimonii ut vitentur abusus.

7

Leges ecclesiasticae de processu matrimoniali benigniores sunt quam civiles; per opportunam casuum reductionem curia iudiciaria laboribus excessivis non opprimeretur et sententiae iudiciales perfectiores essent.

8

Statuatur excommunicatio latae sententiae Ordinario loci reservata contra actionem dolosam ad nullitatem matrimonii obtinendam; quam censuram incurrerent: *a*) coniux vel coniuges etiamsi

---

2) Signin.
3) Beneventan.
4) Caesarien Philippi.
5) Tabuden.
6) Praenestin.
7) Marilien.
8) Citharizen.

passive aut negative se habentes in nullitatis processu; *b*) testes falsum asserentes; *c*) advocati causam dolosam propugnantes; *d*) qui civile matrimonium contrahere audeant, religioso matrimonio alterutrius contrahentium subsistente.

9

Impugnatio ob defectum consensus difficillima reddatur.

10

Impugnatio ob clausulas contra bonum prolis difficillima reddatur.

11

Impugnatio ob clausulas contra bonum fidei, difficillima reddatur.

12

Qui simulaverit consensum, excludendo essentialem proprietatem matrimonii, non habeat beneficium legis, quia in regimine iudiciali legis violatio violatori favere non debet.

13

Quando pars voluntarie impedimentum « vis et metus » provocaret non habeat beneficium legis.

14

Possibilitas introductionis causae ex capite metus reverentialis negetur.

15

Post aliquot annos illicitum sit inire causam ad obtinendam sententiam de nullitate matrimonii ob defectum consensus.

---

9) Sidetan.
10) Sidetan.
11) Sidetan.
12) Marilien.
13) Marilien.
14) Matriten.
15) Ragusien.

16

Non plusquam uno anno concedatur ad causam nullitatis matrimonii proponendam, in casibus ordinariis.

17

Tantum intra biennium promoveri possit causa nullitatis ex capite vis et metus.

3. De processu separationis coniugum

1

Aliqua practica auxilia ad processum de separatione coniugum ordinandum desiderantur.

2

Causae de mera coniugum separatione declaratae fuerunt (8.IV. 1941) causae de statu personarum quae numquam transeunt in rem iudicatam; saepe autem accidit quod unus abutitur ea decisione ad protrahendum iudicium cum alterius partis nocumento; melius ut ordinario processu etiam istae causae tractentur.

3

Separatio coniugum privatim facta omnino interdicitur, et si ultra sex menses vel annum protrahatur, congruis poenis plectatur.

4

In causis praesertim separationis coniugalis pertractandis coram tribunalibus ecclesiasticis conveniens videtur brevius temporis spatium assignare.

---

16) Trichurien.
17) Beneventan.
1) Tuscanien.
2) Santanderien.
3) Vallisoletan.
4) Concen.

4. De processu super rato et non consummato

1

Declaratio nullitatis et dispensationes super rato et non consummato citius absolvantur.

2

Loci Ordinario permittatur ut instruat processum super matrimonio rato et non consummato.

3

Instructio processus matrimonii rati et non consummati definiatur per sententiam Episcopi et confirmetur per sententiam Metropolitae, ac dein duplex sententia favorabilis Summo Pontifici praesentetur ad dispensationem impetrandam.

4

Derogetur regulis S. C. S. Officii (12/VI/1942) ita ut medici probati et catholici quaestiones de intima vita matrimoniali directe proponant partibus et *deinde* referant sacerdoti delegato et defensori vinculi.

5

Causae super rato speciatim celerius tractentur atque rationes eventualis denegatae dispensationis oratoribus notae fiant.

6

In iudiciis, in instructoria pro dispensatione super rato, abrogentur testes septimae manus.

---

1) Aquen.
2) Dublinen.
3) Mechlinien.
4) Harlemen.
5) Darnitan.
6) Taurinen.

7

Quomodocumque res se habeat, facultas saltem non detur introducendi causas invaliditatis aut dispensatio super rato et non consummato illis qui iam matrimonium civile attentarunt aut aperte cum alia muliere convivunt.

8

Dispensatio super rato ne concedatur post duos annos ab inchoata conviventia.

9

Ne onanistis via sternatur ad dispensationem vi can. 1119 obtinendam, canonicum conceptum consummationis forsan reconsiderari deberet.

10

Actiones matrimoniales praesertim in Missionibus expeditiores ac faciliores reddere oportet; dispensationes super rato et non consummato velocius concedantur; sive Romae fiant plures Commissarii, sive Nuntii, Delegati Apostolici, vel Ordinarii congruis facultatibus ditentur.

11

Instituatur commissio papalis pro processibus super matrimoniis ratis non consummatis examinandis, fortasse apud Nuntiaturam Apostolicam.

12

Facultates ampliores extendantur Ordinariis in causis matrimonialibus, e. g. in casibus favoris fidei, et matrimonii rati et non consummati.

13

Tribuantur tribunalibus ordinariis causae super rato et non consummato, ea quae applicationem privilegii Paulini et Petrini expostulant.

---

7) Sidetan.
8) Sidetan.
9) Tingitan.
10) Selinusien.
11) Herbipolen.
12) Natcheten-Jacksonien, Crossen.
13) Ephesin.

14

Causae matrimoniales super rato et non consummato ad pontificiam dispensationem implorandam, a dioecesanis tribunalibus non solum instruantur, sed etiam iudicentur.

5. De processu in privilegio fidei

1

Simplicior efficiatur procedura pro applicatione privilegiorum Paulini et Petrini.

2

Expressa lege statuantur normae de dissolutione matrimonii in favorem fidei.

3

Inserantur in C. I. C. normae circa potestatem Summi Pontificis dissolvendi matrimonia ex privilegio Petrino in favorem fidei.

4

Pertractetur de processu dissolutionis vinculi ex privilegio Petrino, ut processui ex privilegio Paulino normae comparentur.

5

Simplicior reddatur inquisitio de non-baptismo in casu applicationis privilegii Fidei.

6

Ob magnum numerum causarum in favorem fidei ad tribunalia dioecesana allatarum, eae forsitan celerius possint ad finem deduci si aliquod tribunal pontificale auxiliare ad has causas cognoscendas in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis constituatur.

---

14) Albien.
1) Kupelaën.
2) Treviren, Dagnen.
3) Dublinen.
4) Petriculan.
5) Yarmuthen.
6) Tuscanien.

7

Concedatur Ordinariis facultas solvendi casus in favorem fidei, cum constiterit omnia a Sancta Sede requisita esse impleta.

8

Solutio matrimonii in favorem fidei a Delegato Apostolico concedatur, testibus informaliter interrogatis.

9

In casibus solutionis matrimonii in favorem fidei, relatio de peractis investigationibus ab Ordinario cum voto suo Summo Pontifici proponatur, omissa perscrutatione actorum a Dicasteriis romanis.

10

Provideatur pro causis in favorem fidei aut causis non-consummationis ab Ordinario loci iudicandis. Ipse Ordinarius suam commendationem in re (forte cum brevi summario) ad respectivam Congregationem romanam mittere possit, ita ut mox dissolutio a Summo Pontifice concedatur. Causae autem de quibus Ordinarius sententiam ferre non velit, integrae mittantur ad Sanctam Sedem.

11

Auctoritas qua Ecclesia pollet, dissolvendi matrimonii naturale vinculum, tribunalibus inferioribus delegetur:

a) sive erigendo nationale ecclesiasticum tribunal in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis pro causis privilegium Fidei respicientibus;

b) sive maiorem potestatem Ordinariis locorum delegando pro dissolutione vinculi naturalis matrimonii.

---

7) Lafayetten, Lincolnen, Dallasen-Arcis Worthen, Rockfortien.

8) Trebennaten.

9) Harlemen.

10) Sydneyen.

11) Oklahomen et Tulsen.

6. De iure acatholicorum in causis matrimonialibus

1

Acatholici personam habeant standi in iudicio tamquam actores si est quaestio directe vel indirecte de bono partis catholicae.

2

Acatholicis valide baptizatis concedatur ius accusandi matrimonium.

3

Facultates quae a S. Sede conceduntur, v. g. quoad ius acatholicorum standi in iudicio, quoad instructoriam processus super rato et non consummato, habitualiter habeant Episcopi residentiales.

4

Causae acatholicorum tractari possint a tribunalibus dioecesanis in prima instantia.

---

1) Lafayetten, Milwauchien.
2) Holmiae.
3) S. Joannis Canaden.
4) Neocarthaginen, Barranquillen.

III. DE CAUSIS BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

1

Processuales normae in causis beatificationis et canonizationis expeditiori cursu ac tenuiori apparatu procedant, dum e contra circa meritum causarum severius exigeretur iudicium, quo proclamatio novorum Beatorum et Sanctorum in id praecipue intendat ut christianorum heroum virtutes magis elucescant et notam sanctitatis Ecclesiae luculentius ostendant atque in exemplum universae plebi fidelium cedant, non vero eorum ferme tantum qui statum perfectionis seu religiosum dum viverent amplexi sint.

2

Valde optandum est ut processus beatificationis et canonizationis Servorum Dei accelerentur atque earum expensae minuerentur. Hoc alterum ex parte obtineri posset permittendo religiosos loco laicorum munus advocati gerere ad minus in causis sodalium suorum. Ius vigens utique hoc non excludit, sed in praxi necesse est operam advocati laici adhibere.

3

Simplificetur processus canonizationis Sanctorum quin imminuatur austeritas eiusdem.

4

In iure processuali revisioni subiiciantur normae pro causis beatificationis Servorum Dei et canonizationis Beatorum, ut ad simpliciorem processum reducantur et numerus iudicum in relativis rogatoriis minuatur.

---

1) Ephesin.
2) Nairobien.
3) Risinitan.
4) Clavaren.

5

Processus beatificationis et canonizationis omnino simplificandus est et maiori celeritate perficiendus, ne pereant probationes, ut sumptus minuantur et ne postulatores moriantur.

6

Processus canonizationis simplificentur; nam ob penuriam sacerdotum rite persolvi nequeunt.

7

Accelerentur modi procedendi in processibus Romae peragendis quoad canonizationem Sanctorum.

8

Beatificationes et canonizationes sunt *sumptis oneratae fastidiose nimis*. Ideoque dioecesis pauper nequit tantos ferre sumptus et quaedam causae impediuntur.

9

Processus de beatificatione vel canonizatione reformandi sunt ut melior crisis habeatur historica, medicalis et iudiciaria.

10

Causae ne sine fine protrahantur, inutilia in iisdem resecentur expensae limitentur.

11

In transumptu exarando in causis beatificationis et canonizationis usus permittatur machinae dactylographicae.

12

Acta archetypa reproducantur ope artis photographicae (microfilms), ita processus Sanctorum expediretur.

---

5) Santanderien, Dublinen, Ruremonden, Roterodamen, Czestochovien.
6) Cerynien, Rottenburgen.
7) Gedanen.
8) S. Deodati, Umuahiaen.
9) Lycaonen, Carcassonen.
10) Sup. Gen. Mission. a Consolata.
11) Milwauchien, Treviren.
12) Varsavien et Gnesnen.

13

Coarctetur numerositas iuramentorum in processibus de beatificatione et canonizatione.

14

Episcopi regionum, e quibus causae beatificationis vix vel rarissime exhibentur, moneantur ut clerum et populum apte de principiis et praescriptis Ecclesiae hac in causa edoceant.

15

Promotor fidei non formaliter tantum constituatur ab Episcopo cum revera electus est a Postulatione a qua etiam stipendia accipit.

16

In can. 2004 terminus « postulator dioecesanus » et « postulator apostolicus » introducendus est. In Urbe fixam sedem habere solum postulatorem apostolicum expresse statuendum est.

17

Can. 2011 de promotore fidei reformetur.

18

Can. 2050 § 2 de processu Sanctorum reformetur.

19

Contra praescripta cann. 2038 § 2 et 2053, quia in processu apostolico testes plerumque aut omnino desunt aut infirmi sunt, melius erit si testes praesertim super virtutibus et miraculis in processu dioecesano excussi sint.

20

Can. 2077 de causis Sanctorum reformetur.

---

13) Herbipolen.
14) Thuggen, Posnanien.
15) Pisauren.
16) Varsavien et Gnesnen.
17) Segobricen.
18) Segobricen.
19) Varsavien et Gnesnen.
20) Segobricen.

21

In C. I. C. omnes normae canonizationis processus inserantur.

22

Canones de processu beatificationis et canonizationis insufficientes sunt et satis implicati.

23

Reformetur praxis processualis de causis beatificationis.

24

Reformetur praxis processualis de causis beatificationis et canonizationis et pro multis Servis Dei cultus permittatur in certis regionibus.

25

In beatificationis causis et canonizationis, post propositionem causae ab Ordinario loci factam, statim conficiatur processus apostolicus cum tribus tantum iudicibus et uno fidei promotore.

26

Supprimantur sollecitudines quae fiunt universo orbi pro beatificatione et canonizatione Servorum Dei, nam pro plerisque Episcopis plerique Servi Dei sunt prorsus ignoti.

27

Card. Newman et alii beati martyres Angliae canonizentur.

---

21) Risinitan.
22) Geneven et Friburgen.
23) Dagnen, Secovien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
24) Abbas Primas O. S. B.
25) Taurinen.
26) Risinitan.
27) Barcusen.

28

Valde optanda est canonizatio beatorum martyrum Ugandae.

29

Durante Concilio aliqui ex martyribus furoris socialisticae haeresis glorificentur: Hispaniae, regionum Volgae et Danubii, necnon Messici ubi massonica secta valde persecuta est gloriosam Ecclesiam.

---

28) Barcusen.

29) Zamen Maior.

DE DELICTIS ET POENIS

I. DE POENIS ECCLESIASTICIS IN GENERE

1. De reformatione iuris poenalis ecclesiastici

1

Declarationes C. I. C. (Lib. V cann. 2195-2414) de delictis et poenis reformari et adaptari debent necessitatibus et exigentiis modernis.

---

1) Ascalonitan, Balecien, Andropolitan, Tororoën, de Pointe Noire, Cissitan, Dakaren, Rabaten, Geneven et Friburgen, Mediolanen, Manchesterien, Canen, Sebasten in Cilicia, Venetiarum, Mantuan, Rhemen, Trecen, Monoecen, Burdigalen, Suessionen, Bellovacen, Gurzen, Aquen, Albien, Blesen, Rothomagen, Tremithusius, Sagien, Thmuisan, Virodunen, Moguntin, Carysten, Eystetten, Berolinen, Calydonien, Cartennitan, Maronen, Secovien, Gurcen, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan, Dallasen-Arcis Worthen, Rockfordien, Bakerien, Baltimoren, Great-Ormen, Roffen, Crossen, Antiphren, S. Bonifacii, Pergen, Agathonician, Tabalen, Kandien, Tokien, Colonien, Comben, Belgaumen, Dinajpuren, Ordinarii Indonesiae, Catalaunen, Valentin, Aturen et Aquae Augustae, Tarvisin, Ombitan, Tabuden, Legionen, Seguntin, Assien, Civitaten, Calaguritan et Calceaten, Vallisoletan, Mindonien, Santanderien, Placentin in Hispania, Victorien, Heliosebasten, Naren, Kildarien, Cliftonien, S. Andreae et Edimburgen, Holaren, Sedunen, Luxemburgen, Groningen, Mechlinien, Darnitan, Philippopolitan in Thracia, Driziparen, Doaren, Lomzen, Tanagraeus, Sandomirien, Daulien, Nisyrien, Leontopolitan, Panamen, Judiciforen, Reconquisten, Succursen et S. Aegidii, S. Dominici, S. Rosae de Osos, Montisvidei, Gualeguaychen, Zernen, Attuden, Martyropolitan, Paten, Aterraden, Uberaben, Oliveiren, Guaxupen, Septemlacunen, Divinopolitan, Verinopolitan, Caronen, Amisen, Mossoren, Claudiopolitan in Honoriade, Neo-Eboracen, Sup. Gen. O. F. M. Cap., Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc., Abbas Primas O. S. B., Sup. Gen. Soc. Monfort.

2

Redigatur Codex poenalis clarius manifestans spiritum caritatis et conformior spiritui correctivo systematum hodiernorum; atque aboleantur poenae quae hisce diebus minus aptae videntur.

3

Liber V C. I. C. ab integro retractandus videtur, cum valde confusus appareat. Iuvat fortasse veteres poenas abolere et novas instituere pro novis adiunctis actualibus.

4

Sacerdotum ac religiosorum 75% carent notionibus iuris poenalis Ecclesiae, cuius urget clara expositio.

5

Totus liber « De Censuris et Poenis » C. I. C. revisioni atque emendationi subiciatur:

a) censuras quod attinet, melius fortasse videtur omnes abolere, exceptis « ferendae sententiae »;

b) quidquid decernatur hac super re, profecto optatur ut regulae pro absolutione a censuris et a peccatis reservatis sat simpliciores reddantur;

c) oportet omnino ut decreta Ecclesiae de censuris et poenis populo fideli innotescant, nam in praxi plures censurae hodie vigentes, ob ignorantiam fidelium, de facto inutiles redduntur.

6

Oportet faciliorem reddere commentarium « de delictis et poenis »; amovere censuras « nemini reservatas »; obiectum animadversionis et codificationis eae censurae sint quae magis errores graviores saeculi spectant et speciatim eorum fautores et adiutores.

---

2) Desmoinen, Eumenen, Duluthen, Tuscanien, Baltimoren, Seattlen, Saginaven, Great-Ormen, Antiphren, Insulae Grandis.

3) Bostonien, Baltimoren, Saginaven.

4) Hadrianopolitan in Haemimonto.

5) Sidonien.

6) Oppiden.

7

Desiderabiles videntur mutationes in libro V, parte secunda « De Poenis »; urget necessitas reducendi numerum poenarum et simplificandi media ab eis absolvendi.

8

Tota materia poenarum clarius ordinetur ne memoria sacerdotum qui confessionem audiunt nimis gravetur.

9

Maior vis sed simplificatio simul desideratur poenarum ecclesiasticarum.

10

Poenarum numerus minuatur et earum divisio simplificetur.

11

Poenae vindicativae ad minimum reduci debent.

12

Mitiores reddantur sanctiones poenales C. I. C.

13

In can. 2201 considerationem meretur casus responsabilitatis post usum mediorum torturae nostrorum temporum.

14

Poenae omnes sint ferendae sententiae.

15

In can. 2217, § 1 n. 3 sic abrogetur: « Poena vero ferendae sententiae a iudice vel superiore inflicta dicitur deinceps ab homine ».

---

7) Salien.
8) Catalaunen.
9) Sup. Gen. Mission. Saverian.
10) Pisan, Biturgen, Derthonen, Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
11) Ruremonden, Roterodamen.
12) Aversan.
13) Caesenaten.
14) Brigantien.
15) Marianen.

16

Declaretur an poena lata per modum praecepti peculiaris sit poena ab homine ad normam can. 2217 § 1 n. 3.

17

Vicario Generali dioecesis, praesertim absente Episcopo, potestas poenas ferendi competat (derogatio can. 2220).

18

Loco can. 2222 § 1 ponantur remedia poenalia ut vitetur incompatibilitas cum can. 2195.

19

In can. 2222 deleatur § 2.

20

Via administrativa vel gubernativa applicationis poenarum illustretur.

21

Normae quaedam desiderantur ut Ordinarii extraiudicialiter, modo gubernativo, poenas imponere valeant per praeceptum.

22

Forsan expediret ut declararetur quasvis poenas processu administrativo applicari posse; ne tamen nimium arbitrium in eis applicandis relinqueretur Ordinariis, oporteret ut aliquis simplex processus ordinaretur a S. Sede.

23

Enumerentur in lege taxative delicta natura sua publica.

---

16) Telmissen.
17) Secovien.
18) De El Oro.
19) Rhoinen.
20) Vallisoletan.
21) Sionen.
22) Santanderien.
23) Treviren, Dagnen.

24

Decernere oportet utrum delicta publica in can. 1933 § 1 sint « publica » in sensu canonis 2197 vel in sensu canonis 1037.

2. De poenis « latae sententiae »

1

Poenae latae sententiae ne amplius constituantur vel decernantur.

2

Censurae latae sententiae abrogentur.

3

Poenae latae sententiae ad decem circiter reducantur.

4

Disciplina poenarum latae sententiae in formam simpliciorem reducatur.

5

Leges censurarum latae sententiae et earum reservationis simpliciores fiant.

6

Minuatur numerus censurarum latae sententiae ad faciliorem reddendam sacramenti Poenitentiae administrationem.

7

Censurae sint tantum ab homine vel ferendae sententiae; totum systema poenale ad formam simpliciorem reducatur.

---

24) Bruklynien.
1) Sinopen.
2) Holmiae, Helsinkien, Kielcen.
3) Herbipolen, Colonien, Calydonien, Nucerin Paganorum.
4) Sup. Gen. Presb. Ss. Sacramenti.
5) Olbiatan, S. Claudii.
6) Cuneen, Potentin et Marsicen, Concordien.
7) Nicoletan.

8

Poenae ecclesiasticae, praesertim latae sententiae, minuantur et quaedam removeantur vel relaxentur.

9

Poenae latae sententiae reformentur, ut plenam efficaciam habere possint nostris temporibus.

10

Censurae latae sententiae reducantur eo fine ut personalis Episcoporum interventio possit lenire processum et poenam.

3. De poenis « ex informata conscientia »

1

Reformetur legislatio canonica circa poenas ex informata conscientia.

2

Ad dignitatem personae multum non videntur conferre canones 2186 et ss. (de suspensione ex informata conscientia) et cetera quae facultatem se defendendi forte denegent.

3

Abrogetur suspensio ex informata conscientia.

4

Processus suspensionis ex informata conscientia absolute abrogandus est.

---

8) Comben, Trichurien, Ordinarii Indonesiae, Dinajpuren.
9) Caurien-Castrorum Caeciliorum, Chitrien, Compostellan.
10) Limonen.

1) Darnitan.
2) Hadrianien in Hellesponto.
3) Taurinen.
4) Santanderien.

4. De reservatione poenarum

1

Censurae reservatae reducantur.

2

Simplificatio aliqua disciplinae casuum reservatorum optatur.

3

Reducantur distinctiones circa poenarum reservationem.

4

Ad minimum reducantur censurae. Summo Pontifici reserventur tantummodo gravissimae; ceterae ad singulas regiones conciliares, si opus sit.

5

Censurae reservatae reducantur ad duas species, ita ut habeantur nonnisi censurae aut Apostolicae Sedi aut Ordinario reservatae.

6

Categoriae censurarum S. Sedi reservatarum in unam reducantur.

7

Reservatio peccatorum et censurarum ad Sedem Apostolicam cesset, nisi pro paucis omnino gravissimis delictis.

8

Cum reservatio censurarum iam quasi nihil afferat in emendationem seu in fugam delictorum, reserventur in posterum solummodo casus adhuc Romano Pontifici specialissimo modo reservati.

---

1) Cusien, Montis Virginis, Brixinen, Lauden, Senogallien, Fesulan, Tugucigalpen, Cueven.
2) Loiden.
3) Catalaunen.
4) Hieracen-Locren.
5) Treviren, Dagnen, Essendien, Eminentianen, Limburgen.
6) Sup. Gen. Soc. Maryknoll.
7) Bumburien.
8) Passavien.

9

Tota ecclesiastica disciplina circa censuras tum Sanctae Sedi tum Ordinariis reservatas denuo pertractetur ac simplicior fiat, quod, procul dubio, confessariis adiutorio erit.

10

Reservatio censurarum cesset, exceptis fortasse quibusdam causis gravissimis.

11

Ad numerum aliquem minimum reducantur censurae ecclesiasticae reservatae, quae a fidelibus plerumque ignotae, perennem crucem constituunt confessariis tantum.

12

Peccata reservata Episcopo aboleantur.

13

Casus reservati ab Episcopis reducantur.

14

Faciliores utique sed efficaciores reddantur poenae; earum absolutio, salvis paucis gravissimis casibus, locorum Ordinariis reservetur.

15

Opportuna esset maior similitudo, servatis servandis, inter tenorem can. 2254 circa reservationem censurarum et tenorem can. 900 circa reservationem peccatorum.

16

Excommunicationes reservatae, peccata reservata, censurae latae et ferendae sententiae saltem pro fidelibus aboleantur omnes; efficacius est curare quam maxime institutionem ac persuasionem fidelium.

---

9) Caebuan.
10) Einsiedlen.
11) Linoen.
12) Darienen, Acalyssen.
13) S. Severi.
14) Crotonen.
15) Catalaunen.
16) Intern. Ap. in Aegypto.

17

Contra praescriptum can. 2318 excommunicatio reservetur tantum Ordinario loci.

18

Excommunicationes de quibus in cann. 2319 et 2350 reserventur parocho.

19

Excommunicationes aliae Sedi Apostolicae, sine ulteriori discrimine in tres classes, aliae Ordinariis reserventur.

5. De poenarum remissione

1

Censurae et reservationes aut tollantur aut simplificentur earumque absolutio in confessionali facilitetur.

2

Confessario a censura reservata absolventi imponatur obligatio recurrendi ad Superiorem competentem pro obtinendis mandatis poenitenti dandis, firmo praescripto can. 2254 § 3 C. I. C.; et poenitenti imponatur obligatio implendi mandata, non vero sub poena reincidentiae.

3

Censurarum canonica legislatio et earum absolutionis reservatio minuatur et clarius explicetur et ampliores facultates Ordinariis concedantur, ad conscientiae tam confessariorum quam fidelium consulendum.

4

Sacerdotibus dioecesanis facultates concedantur aequivalentes privilegiis sacerdotum religiosorum quoad absolutionem a censuris.

---

17) S. Sebastiani Fluminis Januarii.
18) Varsavien et Gnesnen.
19) Posnanien.
1) Sup. Gen. Congr. Bavar. O. S. B., Sup. Gen. Presbyt. Tinchebray.
2) Treviren, Dagnen.
3) Jaren.
4) Seattlen.

5

Absolutio peccatorum reservatorum conformetur absolutioni censurarum in casu urgentiori et in periculo mortis (cfr. cann. 893 ss. et 2245 ss.).

6

Absolutio peccatorum reservatorum et censurarum simplicior reddatur.

7

Censurae quae hodie absolvuntur ab Episcopis per indultum, in posterum per ius concedantur.

8

Omnes canonici et parochi possint a censuris reservatis absolvere.

9

Prima vice possit quilibet confessarius absolvere etiam si agatur de censura latae sententiae, iniunctis de iure iniungendis et exceptis « specialissimo modo »; recidivus revera incurrat in censuram cum omnibus sequelis etiam ante sententiam declaratoriam.

10

Potestas delegabilis absolvendi ab excommunicatione de qua in can. 2314 § 2 tribuenda est omnibus parochis.

---

5) Guluen.
6) Dublinen, Ruremonden, Roterodamen.
7) Caesenaten.
8) Camulianen.
9) Caesenaten.
10) Sinianden.

II. DE POENIS IN SPECIE

1. De censuris

1

Censurae ecclesiasticae simplificentur quoad speciem et numerum.

2

In disputationem deducatur utrum disciplinam de censuris ecclesiasticis probare denuo conveniat.

3

Regulae circa censuras ecclesiasticas simplicius enuntientur ut exinde facilius et efficacius serventur.

4

Censurae aut numero minuantur aut Ordinariorum facultates circa earum dispensationem et absolutionem augeantur.

5

Ius poenale simplificetur praesertim quoad censuras latae sententiae quoad confessarios; item quoad peccata reservata.

6

Tractatus de censuris reformetur quia est impervius et in praxi pro multis confessariis est fons anxietatis.

---

1) Hierapolitan in Syria, Ptolemaiden in Lybia, Camerinen, Conchen, Segobien, Dalisanden in Isauria, Tarraconen, Dystien, Aurien, Aegitanien, Barbastren, Dublinen, Bergomen, Victorien Venetorum.

2) Patavin.

3) Claromontan.

4) Dianen.

5) Sup. Gen. Ord. Basil. S. Jos.

6) Sup. Gen. Barnab.

7

Censurae ad simpliciores normas redigantur ut a sacerdotibus facile explicari et a fidelibus bene memoria retineri possint.

8

Censurae sint numero limitatae; quae non sunt ab homine ad unicam categoriam inscribantur.

9

Leges censurarum diligenter perpendantur, ad statuendum quaenam ex tot censuris et qualiter pro temporum nostrorum conditione retinendae sint.

10

Censurae maxime reducantur, sc. ad pauca delicta specialia gravissima restringantur et praeter paucas exceptiones reserventur, si omnino necessarium est, solummodo Ordinario loci. Retineantur censurae quae spectant ad delicta omnino occulta, attamen nemini reserventur. Etiam pro censuris, quae spectant ad delicta non occulta et quae impediunt receptionem sacramentorum, in foro interno sacramentali et pro foro interno tantum nulla iam habeatur reservatio, ita ut poenitens ibi, ubi nec delictum notum nec ipse notus est, sacramenta frequentare queat; attamen hisce in casibus imponatur sub poena reincidentiae recursus ad forum externum vel ad forum internum non sacramentale (ad S. Poenitentiariam), si agitur de delictis quodammodo occultis.

11

Abrogetur censura interdicti, saltem interdicti personalis et ab ingressu ecclesiae.

---

7) Araucaniaën.
8) Sup. Gen. Inst. Orione, Sup. Gen. Miss. a Consolata.
9) Hermopolitan minor.
10) Aquisgranen, Treviren, Dagnen.
11) Herbipolen.

12

In can. 2380 inseratur censura latae sententiae speciali modo Sedi Apostolicae reservata (iuxta decretum 22 martii 1950 S. C. Concilii).

2. De excommunicatione

1

Lex de excommunicatione reformetur.

2

Minuendus est numerus excommunicationum latae sententiae.

3

Numerus specificationum censurae excommunicationis minuatur.

4

Excommunicatio solummodo delictis gravissimis adnexa sit.

5

Poenae excommunicationis latae sententiae reducantur numerice in quantum fieri potest saltem pro laicis. Inutiles quidem videntur ad effectum consequendum cum propter ignorantiam poenarum saepissime non incurrantur.

6

Excommunicationes hodie magnam partem sui momenti amiserunt. Ideo numerus earum restringatur et modus recursus simplificetur.

---

12) Medellen.
1) Monasterien, Vatarben.
2) Posnanien, Lucen in Hispania, Gibuten.
3) Sup. Gen. Salvatorian.
4) Dallasen-Arcis Worthen.
5) Pelusiotan.
6) Sup. Gen. Congr. Austr. O. S. B.

7

Commutentur excommunicationes minoris gradus, qui non sublevant qualitatem membri Ecclesiae, in interdictum personale vel in aliam censuram.

8

Poenae excommunicationis nemini reservatae aboleantur.

9

Excommunicatio numquam ipso facto occurrat, sed sententia Episcopi processu speciali praecedente contingat.

10

Contra clericos mercaturam exercentes addatur: « Clerici et Religiosi omnes ritus latini, de quibus in cann. 487-681, ne exceptis quidem recentium institutionum sodalibus, per se vel per alios, mercaturam seu negotiationem cuiusvis generis, etiam argentariam exercentes, sive in propria sive in aliorum utilitate, contra praescriptum can. 142, utpote huius criminis rei, excommunicationem latae sententiae Apostolicae Sedi specialissimo modo reservatam incurrunt et si casus ferat, degradationis poena plectantur. Superiores vero qui eadem delicta, pro munere suo ac facultate non impediverint, destituendi sunt ab officio et inhabiles declarandi ad quodlibet regiminis et administrationis munus. Firma tamen semper maneat obligatio reparandi damna ».

11

Excommunicatio de qua in cann. 2314 § 1 et 2335 utiliter restringeretur pro iis qui nomen massonicae sectae vel spiritismo dederunt, ita ut solum contumaciter et active Ecclesiam Catholicam oppugnantes per sententiam latam ab Ordinario loci excommunicentur.

---

7) Aquisgranen.

8) Daonien, Varsavien et Gnesnen.

9) Sinopen.

10) Guadalajaren.

11) Victorien de Conquista.

12

Qui aliquem, quem Romanus Pontifex ad se vocaverit, a Romano Pontifice adeundo impediverint vel conati fuerint impedire, non exceptis iis de quibus in can. 2227, excommunicatione latae sententiae Summo Pontifici specialissimo modo reservata plectantur.

13

Qui per se vel alios, quacumque de causa, Episcopum vel sacerdotem impediverint vel abducere conati fuerint ne Summum Pontificem adeat vel ne ad Concilium Oecumenicum participet vel ne cum S. Sede quovis modo maluerit communicet, plectantur excommunicatione latae sententiae S. Sedi reservata, minime exceptis iis de quibus in can. 2227.

14

In can. 2370 addatur: Episcopus cuiusvis ritus vel dignitatis aliquem, neque ab Apostolica Sede nominatum, neque ab eadem expresse confirmatum, consecrans in Episcopum, et qui consecrationem recipit, etsi metu coacti (can. 2229), incurrunt ipso facto in excommunicationem Apostolicae Sedi, specialissimo modo reservatam.

12) Thuggen.
13) Thuggen.
14) Guadalajaren.

DE MISSIONIBUS

I. DE MUNERE MISSIONALI

1. De doctrina et operibus missionalibus promovendis

1

Theologia Missionum illustretur.

2

Character missionarius Ecclesiae promovendus et theologia apostolatus solidis argumentis firmandus est.

3

Ecclesiae doctrina proponatur circa opus evangelizandi omnes gentes.

4

In plena luce ponatur character missionarius Ecclesiae et officia missionaria sacerdotum et fidelium.

5

In vulgo tradatur doctrina ecclesiologiae, qua apertum sit omnibus missionem esse vitae Ecclesiae essentialem et Ecclesiae toti incumbere: hierarchiae et laicis.

6

Officium, ex ipsa conditione baptizatorum derivat auxilium praestandi Ecclesiae in opere conversionis fratrum separatorum ab Ecclesia et in opere propagationis fidei apud infideles. Ergo Apostolica Sedes mediis aptioribus incrementum adaugeat operibus omnibus quibus auxilium feratur Missionibus catholicis.

---

1) Ss. Assumptionis, S. Joannis a Missionibus.
2) Calydonien.
3) Bellicen.
4) Jacien.
5) Insulen.
6) Catacen et Squillacen.

7

Normae statuantur ad operam missionariam illustrandam et fidelibus suadendam.

8

Urget necessitas omnibus viribus Ecclesiae ad propagationem fidei in terris missionum utendi.

9

Media proponantur ut sacerdotes et fideles magis ac magis missiones cognoscant et ament.

10

Ut in regiones missionum Ecclesia penetret nonne tradenda esset illis populis fides christiana expedita ab omnibus adiunctionibus Occidentis quae necessariae non sunt et ex quibus fit ut non facilius credatur?

11

Oecumenicum Concilium plane elaboratam doctrinam de missionibus proponat una cum agendi normis.

12

Concilium tractet de Opere Missionum ad exteras Nationes, etiam adhibita piorum laicorum opera.

13

Opus Missionum methodis efficientibus coordinandum esset, illud liberando a politicis interveniendi cupiditatibus exterarum potestatum, ne scandala renoventur praeteritorum temporum.

---

7) Melphicten Juvenacen et Terlitien, Patavin, Vicentin.
8) Calabaren, Gurcen, Paderbornen, Corisopiten et Leonen.
9) Guluen, Abercornen, Nampulen, Del. Ap. in Africa Orient. et Occid. Britann.
10) Uahiguyaën, Laodicen.
11) Constantinian.
12) Caebuan.
13) Synnaden in Phrygia.

14

Criterium magis psychologicum et sociologicum desideratur in problematibus Missionum.

15

Vetetur omnis distinctio in Ecclesia discriminans ratione stirpis.

16

Laicorum quoque coetus congruenter instructi habeantur qui diversis operibus auxilio sint Missionibus.

17

Missionum territoria necessitatem habent ut multi laici periti indigenae missionarios adiuvent. Quaeritur an forsan organizatio internationalis (ut v. gr. U.N.E.S.C.O.) effici possit, cuius opus erit coordinare multos conatus ad formandos tales peritos utriusque sexus.

18

Novitates, in quibusdam regionibus experimentatae (ut v. g. Patavii in Collegio Universitario Adspirantium Medicorum Missionalium — C. U. A. M. M.) diffundantur.

19

Promoveatur auxilium valde utile medicorum et paedagogorum in adiuvandis Missionariis inter gentiles degentibus.

20

Medici, architecti, technici catholici bene parati etiam mittantur.

---

14) Prusien.
15) Essendien, Eminentianen.
16) Guadalajaren, Germanicianen.
17) Kisumuen.
18) Patavin.
19) Cenen.
20) Ragusien.

21

Sunt quam maxime necessariae typographiae modernae quae ephemerides diurnas catholicas imprimere possint; desideratur etiam institutio quorumdam sacerdotum vel fratrum vel sororum ut tales ephemerides edere possint.

22

Bis fiat collatio in anno pro Missionibus.

23

Missiones quam maxime ex suis mediis vivant.

2. De missionariis

1

Missionarii melius seligantur.

2

Missionarii sint legati Christi et Summi Pontificis et non alicuius nationis particularis.

3

Tandem statuatur quid requiratur ut quis Missionarius vocari possit, ne Missionarii vocentur omnes qui numquam Missionem viderunt.

4

Missionarii magis vacent studio psychologiae populorum ad quos missi sunt.

---

21) Uzipparitan.
22) Meeruten.
23) Daren.
1) Hadrianopolitan in Haemimonto.
2) Stauropolitan.
3) S. Joseph de Amazonas.
4) Ancyran.

5

Moneantur Missionarii apud infideles ne primum eorum officium, id est curam animarum, deserant propter studium immoderatum aedificandi domus, scholas, ecclesias aut, quod deterius esset, propter diligentiam depravatam ad varia ludorum genera, quae « sports » vocantur.

6

In aliquibus urbibus ubi variae stirpes sunt permixtae, interdum Missionarii stirpem aliquam, etiam minus numerosam, coeteris praeferunt, cuius linguam imponunt in catechismis et scholis non sine aliarum stirpium detrimento et offensione.

7

Media quibus utuntur Missionarii « propagandistae » quos vocant (v. g. films, conferentiae, etc.) non amplius efficaciter animos movent et Congregationes missionariae pecunia carent ut « televisione », « radio », « cinema » uti possint. Insuper methodi hodie vigentes in metropolis retinent nimium numerum sacerdotum qui in regionibus infidelium laborare possent. S. Congregatio de Propaganda Fide conatus omnes diversarum Congregationum Missionariarum adunet in uno Officio speciali quod per omnia media moderna amorem Missionum in cordibus fidelium infundat et omnes reditus inter diversas Missiones distribuat. Sumptus ad hoc requisiti certo multo minores erunt quam totalitas sumptorum qui nunc in Congregationibus Missionariorum simul sumptis pro propaganda solvuntur.

8

Missionarius non amplius tamquam « pioniere » intelligatur sed potius « ut cooperatorem » se habeat sub ductu autochtonae hierarchiae (paucis casibus exceptis) eiusque solida praeparatio ad talem finem tendat.

---

5) Dibonen.
6) Circesien.
7) Mbararaën.
8) Daren.

9

« Nationalismus » quem vocant in missionariis extraneis improbetur.

10

Relationes inter missionarios et clerum indigenam melius definiatur ut maior cooperatio oriatur.

11

Saepe missionarii extranei carent debita reverentia tum alumnis in missionum scholis, tum parentibus, operariis, aegrotis in nosocomiis, quinimmo indigenis laicis in potestate constitutis.

12

Missionariorum zelus ad augendum citissime neophytarum numerum potius quam ad eorum vitam christianam profundiorem reddendam intendit.

13

Aliqua privilegia pro missionibus in « forma maior » contenta nullam rationem habent v. g. ad quid inservit pro fidei propagatione facultas permittendi Missam de requie in duplicibus, conferendi Ordines minores omnes simul etiam cum prima tonsura, conferendi omnes ordines non excluso presbyteratu diebus ferialibus...?

---

9) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen in Armenia, Babylonen Armenorum, Tauitan, Pedachtoën, Constantinopolitan Armenorum, Acilisen, Kamechlien Armenorum, Luluaburgen, Kabindaën, Tshumbëen, Lueboën.

10) Barcusen.

11) Germanicianen.

12) Germanicianen.

13) Nepten.

3. De seminariis in missionibus et de clero indigena

1

Promoveantur vocationes missionariae inter viros et mulieres, praesertim in regionibus vel dioecesibus in quibus vocationes sacerdotales vel religiosae abundantius inveniuntur.

2

Edatur codex normarum pro seminariis in terris missionum.

3

In Missionibus praeter seminaria propria ecclesiastica, alia etiam religiosa nedum prohibeantur, potius sustineantur.

4

Ad clerum sufficientem providendum in permultis regionibus etiam catholicis, extraordinariae statuantur regulae. Paretur cursus abbreviatus philosophiae et theologiae, in linguis vernaculis, pro seminaristis illarum regionum. Generatim, in instituendo clero alterius culturae regionum, maior ratio humanitatis cultus et localium traditionum habeatur.

5

Alumni societatum missionariorum studia philosophica ac theologica in Missionum seminariis una cum clericis indigenis compleant.

Forsan talis praxis adiuvet ad tensionem inter diversas gentes ac populos diminuendam et ad relationes amicas inter sacerdotes exteros et clerum indigenam promovendas.

---

1) Novae Aureliae, Spokanen, S. Hyacinthi, S. Gregorii Terrae Novae, S. Joseph de Amazonas, Requenaën, Myrinen.

2) Lamen.

3) Sup. Gen. Congr. SS. Redemptoris.

4) Sup. Gen. CC. RR. S. Bernardi M. J.

5) Kisumuen.

6

Videtur leges vigentes favere clero saeculari (cfr. S. Congregationem de Propaganda Fide — 27/IV/1935) dum e contra potius clerum regularem, saltem in missionum partibus favere oportet. Proinde exoptatur plena libertas relate ad clerum indigenam.

7

Extendere oportet ad territoria Missionum decretum 12/VI/1957 S. Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus.

8

Sacerdotes, non sacrorum alumni ex Missionum locis Romam petant, quia aliter seminaria minora Missionum privantur alumnis optimis, qui iuniores totum fructum possibilem ex Romanis Universitatibus haurire nequeunt.

9

Edatur codex normarum pro clero indigena.

10

Clerus indigena promoveatur.

11

Clerus numerosior ex indigenis eligatur et apte excolatur.

12

Ab omnibus vocationes indigenae diligenter curentur in missionum terris.

13

De studiis clericorum indigenarum particulariter quaerendum est, in quantum linguam latinam et philosophiam scholasticam ediscant.

---

6) Tsyroanomandidyen.
7) Fukuokaen.
8) Mesembrian.
9) Lamen.
10) Myrinen.
11) Colonien.
12) Dianen.
13) Misnen, Colonien.

14

Sacerdotes indigenae in quantum fieri potest in suis regionibus instituantur.

15

Aliqui ex clero indigena in missionum locis peculiarem institutionem in liturgia et cantu gregoriano recipiant.

16

Estne opportunum clero indigenae opus necnon territorium distinctum tribuere cum propriis superioribus ab Ordinario dependentibus an simul laborare cum missionariis exteris?

17

Omnes conatus adhibeantur ut quam citissime ubicumque fuerit possibile clerus indigena cum propria hierarchia instituatur.

4. De catechistis in missionibus

1

Necesse est ut catechistarum educatio sit profundior, longior, progressiva, examinibus probata. Institutum centrale condatur sive pro tota Africa, sive pro parte tantum, cuius Instituti erit catechismum elaborare pro catechistis necnon syllabum pro eorum educatione. In omnibus dioecesibus sacerdos inveniri potest qui catechismum hunc et syllabum in linguam vernaculam vertat seseque catechistarum educationi consecret. Catechistae professionem emittant qua in speciali statu se ponant et aliquando clericis aequiparentur.

2

Catechistae in S. Scriptura explananda ne ad mentem suam loquantur, sed se subiiciant Ecclesiae magisterio.

---

14) Olivalen.
15) Magnesien ad Meandrum.
16) Nyerien.
17) Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. J.
1) Mbararaën.
2) Niameyen.

3

Catechistae in territoriis Africanis aliquem statum officialem ecclesiasticum accipere possint.

4

Supprimatur § 1 can. 973 pro catechistis in Missionibus.

5

Modus inveniri debet intensius instruendi, formandi et substinendi cathechistas in missionibus.

6

Constituatur fundus a S. Paulo Apostolo pro sustentatione catechistarum in terris Missionum.

7

Constituatur Pontificium Opus pro cathechistis ad supplendam penuriam missionariorum.

8

Urget acies bene instructa cathechistarum in missionibus et in America Latina.

9

Mulieres quae se totaliter ad opus instructionis catecheticae ac ideo statum perfectae castitatis elegerunt, statum peculiarem in Ecclesia obtinere possint.

10

Catechumenatus brevior esse potest pro rudibus et senibus.

---

3) Kroonstaden, Bobodiulassen.
4) Sup. Gen. Mission. Ss. Cordis J.
5) Hyderabaden.
6) Meeruten, Ootacamunden.
7) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
8) Sup. Gen. Congr. CC. RR. Marianorum.
9) Tuneten.
10) Circesien.

5. De scholis in missionibus

1

Desideratur legislatio de scholis catholicis in Missionibus.

2

In aliquibus locis sodales Congregationum Religiosarum magistrorum scholarium officio funguntur etsi magistri laici vere competentes non desint.

Magnum Ecclesiae proficeret si hae religiosae mitti possint in locos ubi desunt scholarum magistri vel pecunia ad eas remunerandas deest.

3

Pueri et puellae, excellentes libros in lingua anglica scriptos pro scholaribus studiis habent, sed locales Sorores in missionibus non possunt adhibere libros praeparatos pro anglicis, americanis, australiensibus Sororibus. Existimatur perutile esse componere libros in lingua anglica stylo simplici, pro indigenis Sororibus, quae indigent spirituali educatione et devotionis incremento.

4

Parvae domus et scholae primariae sub directione religiosorum utriusque sexus in pagis missionum multiplicandae sunt.

5

Forsan plus quam par erat tardavit in missionum terris collegiorum, scholarum superioris gradus, ac universitatum erectio.

---

1) Nyerien.
2) Ogogiaen.
3) Menelaiten.
4) Hyderabaden.
5) Germanicianen.

6. De rationibus inter missiones et dioeceses

1

Vinculum aliquod instituatur, caritativum simul et oeconomicum (more Paulino), inter territoria missionum et dioeceses.

2

Coordinetur collaboratio dioeceseon in evangelizatione gentium.

3

Diligenter perpendatur incoeptus quo, quibusdam dioecesibus, sacerdotibus et oeconomicis subsidiis praeditis, locus demandetur in partibus infidelium, ut dioecesis missio.

4

Aliquae missiones dioecesibus singulis mandentur.

5

Faveantur relationes inter ecclesias locales et missionis ecclesias.

6

Pecuniae pro missionibus conferendae augeantur ea ratione, ut dioeceses Europae et Americae veluti patrini vel patroni dioeceses missionarias foveant et adiuvent, cum S. Congregatio de Propaganda Fide hos sumptus approbet atque custodiat.

7

Opus instituatur quod curet inter Dioeceses et territoria missionum sacerdotum communicationem ad tempus et cum onere redeundi.

---

1) Portlanden in Oregon.
2) Caesaraugustan; Tabuden, Ruremonden, Roterodamen.
3) Patavin, Fodian.
4) Tridentin, Goritien.
5) Cadurcen.
6) Colonien.
7) Medelitan.

8

Praesertim in America Latina aliqua paroecia assignata sit dioecesi v. g. italicae, sacerdotes illic oboediant Ordinario loci sed maneant incardinati in propria dioecesi et aliquos post annos in patriam redire possint.

9

Episcopi facilius concedere deberent petendi missiones facultatem sacerdotibus qui in dioecesi habent mansiones quae a peritis laicis absolvi possunt, nec coarctetur missionariorum activitas in dioecesi.

10

Dioeceses ditiores plures missionarios et bona maiora missionibus praebeant.

11

Episcopi omnes gravius curare deberent collegialiter quidem, de fide toto orbe propaganda.

12

Novae rationes novaeque viae sunt necessariae, quae maiorem dioecesium cooperationem iuvent operamque missionariam Ecclesiae accelerent et compleant.

13

Agatur de munere paroeciae et dioeceseos, in Evangelii inter infideles propagatione.

14

Adoptio regionis missionalis ab aliqua dioecesi Europae vel Americae vivide suadeatur.

15

Omnes Episcopi petant a S. Congregatione de Propaganda Fide partem territorii missionum evangelizandam a propriis sacerdotibus.

---

8) Hipponen.
9) Gindaren.
10) Guluen, Makenen, Antsiraben, Muilaën.
11) Banguen, Kisantuen, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi.
12) Tergestin, Majoricen.
13) Carthaginen, Abercornen.
14) Andropolitan.
15) Aguariccoën.

16

Renovetur animadversio: pecuniae Operibus Propagationis Fidei a fidelibus datae, distribuendae sunt a Commissione ad hoc a Pontifice constituta, et, consequenter, nullus Ordinarius, nullus dioecesanus aut nationalis Director potest pecunia supradicta, pro quocumque etiam laudabili fine, uti.

17

Unaquaeque dioecesis « patronatum » suscipere possit in determinatam dioecesim (vicariatum, praefecturam) in missionibus constitutam, ut eam amicali coniunctione, opere et suffragio specialiter adiuvet.

18

Missiones externae non solum Religiosis sed etiam sacerdotibus saecularibus commendentur eo modo, ut S. Congregatio de Propaganda Fide singulis dioecesibus definita missionum territoria concredat cum obligatione praestandi clericos aut pecunias pro isto territorio necessarias.

19

In spiritu « Fidei donum » dioeceses quae clero et bonis abundant ea praebeant dioecesibus orientalibus.

20

Ordinarii in dioecesibus quae abundantius pollent mediis materialibus libenter permittant ut Episcopi vel Superiores religiosi in paroeciis regant assistentiam materialem pro suis missionibus.

21

Nonne sat mirum videtur plerosque episcopos Europae difficilius et quasi aegre annuisse votis suorum sacerdotum, qui eos rogabant facultatem petendi Africae regiones ad « Fidei donum » illis populis nunc dispositis quam primum, largiendum?

---

16) Caesarien.
17) Apollonien, Vindobonen, Maroneus, Macren, S. Hippolyti, Lincien, Metellopolitan.
18) Eminentianen.
19) Aleppen Maronitarum.
20) Riverormen, Spokanen.
21) Banguen.

22

Instituatur Procurator missionum nationalis cuius sit procuratores provinciales constituere, quibuscumque impedimentis ad munus eorum rite exercendum omnino sublatis.

23

Recolatur norma Pii PP. XI: omnem activitatem quae ad Missiones pertinet, sub una auctoritate et responsabilitate Directoris nationalis societatis pro Propagatione fidei, in unaquaque natione, coordinandam esse.

24

Cleri dioecesani consociatio, si rerum adiuncta id sinant, condatur ut ipsi sacerdotes dioecesani ad tempus saltem Evangelii praecones evadant.

25

Liceat dioecesibus salva et integra manente auctoritate Sanctae Sedis circa ea omnia quae Missionibus apud infideles spectant (can. 1350 § 2) – partem activam habere in Missionibus. Hoc multiplici modo fieri potest, sive conferendo alicui dioecesi tutelam oeconomicam et spiritualem alicuius territorii, sive committendo clero eiusdem dioecesis regimen et curam alicuius Missionis. Ne molestae « interferentiae » adsint inter Episcopum et S. Congregationem de Propaganda Fide, relationes inter Episcopum et S. Congregationem sint eaedem quae sunt inter Congregationem aut Provinciam religiosam cui Missio committitur et praedictum Dicasterium. Episcopus tutelam Missionis suscipit ac numerum sufficiens sacerdotum offert, ex quibus S. Congregatio aliquem eligit ut sit Vicarius aut Praefectus apostolicus, et omnes hi sacerdotes directe pendent a S. Congregatione.

---

22) Requenaen.
23) Caesarien.
24) Guadalajaren.
25) Dalisanden in Isauria.

7. De congregationibus religiosis in missionibus

1

Omnes Congregationes Sacerdotum, Fratrum atque Sororum religiosarum obligentur mittere numerum quemdam determinatum membrorum in missiones infidelium.

2

Moderatores generales voluntatem et potestatem habeant mittendi subditos suos ubique terrarum ubi necessitas Ecclesiae urget.

3

Congregationes quibus regio Missionaria concredita est cogentur ad mittendum magnum numerum missionariorum.

4

Certamen inter religiosa instituta missionaria cohibeatur et unitas in petenda stipe pro missionibus omnibus instituatur.

5

Vita monastica, bene adapta moribus regionis promovenda est in Missionibus.

6

Necessarium est ut Societates et Instituta Missionaria exactam relationem omnis pecuniae ab eis administratae Congregationi de Propaganda Fide et Congregationi de Religiosis quotannis mittant.

7

Ex Instructione S. Congregationis de Propaganda Fide 8 dec. 1929, teste experientia, eruitur quod Superior Missionis practice

---

1) Dianen.
2) Ordinarii Indonesiae.
3) Oliven, Tsiroanomandidyen.
4) Galvien et Duacen.
5) Hyderabaden.
6) Caesarien.
7) Sup. Gen. Congr. SS. Redemptoris.

multum influit, saltem indirecte, in ipsam vitam religiosam; nam strictum et exclusivum ius habens multiplicandi stationes, et ideo dispergendi missionarios, hos facile a disciplina regulari et a vita communi detrahit. Unde auctoritas superioris religiosi deberet roborari, et loco v. g. merae *propositionis*, iure *praesentationis* donari posset.

8

Sese abstineant ab esu carnis, in singulis feriis sextis, etiamsi indultum generalem habeant propter penuriam carnis in loco existentem, si ipsi facile habere possint quotidie.

9

Moneantur Vicarii Apostolici religiosi ut Societatem religiosam in qua vota emiserunt, etiam post eorum elevationem ad episcopatum, diligant, et regulam et spiritum eius, in quantum possunt, servent, et sic missionariis suis exemplo sint.

10

Religiosi in paroeciis et missionibus laborantes magis adsimilentur clero dioecesano, ut suum apostolatum melius explere possint.

11

Magis urgeatur potestas Ordinariorum supra religiosos in dioecesibus suis laborantes.

12

De facto enim accidit quod in multis locis missionum « Ordinarius regnet sed Superior religiosus revera gubernet ».

13

Cum educationis et caritatis opera maximum momentum in missionibus habeant, valde optandum est ut Religiosae Familiae ad ista

8) Dibonen.
9) Dibonen.
10) Tuguegaraoan.
11) Tuguegaraoan.
12) Misthien.
13) Arcis Rosebery.

opera adimplenda se sponte offerant et cum ad unum territorium venerint opera sua ibidem totis suis viribus, extendere satagant priusquam ad alia territoria se vertant.

14

Congregationes religiosae quae in campo missionali laborant, ampliore gaudeant libertate ad vocationes fovendas et ad eleemosynas quaerendas pro operibus missionalibus. Libertas in U. S. A. existens laude digna est.

15

Congregationes quae aliquam domum in missionum locis condere volunt, obtinere deberent a S. Congregatione de Propaganda Fide designationem missionis aliter omnes petere missiones faciliores.

16

In magna paroecia vel in omni territorio missionum religiosarum conventus adsit.

17

Congregationes vitae contemplativae deditae urgeantur ad domos erigendas in Missionum territoriis ubi preces sodalium et vitae orationis exemplum magnum Ecclesiae proficeret.

18

Statuatur quaedam foederatio inter novas Congregationes religiosarum indigenarum.

---

14) Tangaën.
15) Bamakoën, Kayesen.
16) Thalen.
17) Ogagiaen.
18) Thoitan.

8. De « adaptatione » seu assumptione culturarum indigenarum

1

Agatur de salebrosa quaestione de assumptione culturarum indigenarum.

2

Integre existimetur quidquid per se bonum reperitur in indole, moribus et religione populi evangelizandi.

3

Agatur de problemate accomodationis Dogmatis et Moralis christianae ad doctrinas et mores alius culturae praeterquam classicae.

4

Obsequium habeatur cultui et humanitati (civilisation) populorum infidelium.

5

Aptetur Catholicismo quod invenitur in traditionibus populorum.

6

« Adaptatio » activitatis missionariae enixe commendetur, obstantibus omnibus, cum Ecclesia nequaquam uni culturae vincta sit.

7

Ad conversionem gentium in terris missionum perutile videtur ea omnia, quae peculiaria sunt cultibus moribusque indigenarum et minime sanctissimis Christi doctrinis adversantur, non modo servare sed etiam sedulo amplecti et evolvere, ita ut fides quae una est salutaris numquam acatholicis appareat aliena.

---

1) Judiciforen.
2) Daren.
3) Valentin, Dardan, Vicen.
4) Myrinen, Otroënus.
5) Juruen.
6) Monasterien.
7) Riverormen.

8

Admittatur conatus doctrinas et methodum philosophiae asiaticae in quantum non sint alienae, in systema doctrinarum Ecclesiae assumendi.

9

Tardus progressus Catholicismi in Asia pendet ex hoc quod nondum apte curatur insertio religionis christianae in civilizationes illius regionis.

10

Ne introducant mores et usus patriae suae, sed se accomodent ad mores et usus loci in quantum non contradicunt fidem et christianam moralem.

11

Requiritur ut methodi aptentur novis exigentiis populorum, qui velocius sese evolvunt.

12

Ars indigena christiana quam maxime curetur; non imponantur formae stricte Europeae.

9. De liturgia missionibus adaptanda

1

Desideratur simplificatio liturgiae in missionum regionibus.

2

Vota congressus Liturgico-Missionalis apud Nimegam habiti approbentur.

3

Habeantur reformationes alicuius cultus pro territoriis Missionum.

---

8) Colonien.
9) Mimaten.
10) Dibonen.
11) Docleen.
12) Uzipparitan.
1) Mangaloren.
2) Cissitan, Inongoën.
3) Colophonien.

4

Ritus liturgici Ecclesiae Catholicae aptentur infidelibus in regionibus Missionum.

5

Discutiatur utrum praedominantiam ritus latini in Missionibus externis Ecclesiae diutius retinere opportunum sit an maior vis tribuenda sit ritibus orientalibus.

6

Missiones inter infideles omnibus ritibus pateant.

7

Ob multas rationes, usus rituum Ecclesiae Orientalis in Missionibus quasi necessarius est.

8

Ecclesiae particulares cuiuscumque ritus a Sede Apostolica approbati non solum ius sed etiam obligationem habent ad fidei propagationem contribuendi.

9

Ritus celebrationis Missae necnon administrationis Sacramentorum uniformis sit in Missionibus.

10

Condere oportet Institutum liturgiae pastoralis missionalis.

11

Periti in re liturgica in Missiones mittantur ad Missionarios instituendos in apostolatu liturgico.

---

4) Myrinen, Otroënus.
5) Essendien, Eminentianen.
6) Soldaien.
7) Chariopolitan.
8) Leucaden.
9) Semten.
10) Uahiguyaën.
11) Rabaten.

10. De missionibus inter afros

1

Quid dicendum de legibus et moribus indigenis tribuum Africanorum?

2

Agitationes gentium Africae sedulo considerentur.

3

Promotio afrorum populorum ad politicam independentiam, quam vocant, extraneis missionariis saepe displicere apparet, cum enim de hac quaestione agitur, multum insistunt in indigenarum defectibus et imperitiis publicandis.

4

Erigantur in Africa domus centrales ubi quaestiones sociales magni momenti discuti possint; consequenter desideratur specialis institutio sacerdotum et laicorum ut directionem talium domorum assumere possint.

5

Ecclesia in Africa plerumque commercium habet tantum cum Macometanis ineruditis, nempe cum illis qui doctrinam neque Iesu Christi, neque Macometi intelligunt.

6

Cum late, numeroque conversorum crescente, Macometi doctrina apud Afros divulgata sit, bonum esset si Commissio sine mora statueretur quae Ordinarios certiores faciat de mediis ad fidelium perversionem praecavendam et Macometanorum conversionem attingendam.

---

1) Uzipparitan.
2) Albasiten.
3) Germanicianen.
4) Uzipparitan.
5) Bathursten in Gambia.
6) Zombaëen, Saiatan, Eldoreten.

7

Ad conferentias Episcoporum quinquennales in Africa accedant etiam Superiores Missionum necnon quidam laici periti.

8

Si Beatus Martinus de Porres canonizetur magnus impetus conversioni tum paganorum tum acatholicorum Africae habebitur.

9

Erigantur Universitates Catholicae in Africa Orientali, Occidentali et Centrali; si haec haberi non possint, habeatur coordinatio quaedam bene determinata inter Missionum Praesules circa educationem alumnorum catholicorum qui Universitates civiles in Africa frequentant.

10

Cum et in America et in Europa plures adsint institutiones quae curam habent de Afris qui in scholis et collegiis studiis incumbunt, fatendum est convenire ut omnes huiusmodi institutiones coadunentur.

11

Valde optatur adaptatio quaedam, temporaria utique, legum singularum catholicarum universitatum beneficio alumnorum Afrorum.

12

Desideratur provisio sufficiens librorum catholicorum, saltem in Africa; oportet ut versiones bonorum librorum de re ascetica, sociali, multiplicentur.

11. De missionibus inter macometanos

1

Foveatur conversio macometanorum.

---

7) Uzipparitan.
8) Magnesien ad Meandrum.
9) Uzipparitan.
10) Eldoreten.
11) Germanicianen.
12) Uzipparitan.
1) Barcusen, Guluen.

2

Vitetur syncretismus religiosus et via aptior quaerenda est ad uxores et fabulas quae in Corano et traditionibus islamicis inductae sunt, clare ostendendas et refellendas, salva semper caritate.

3

Saepe desiderantur viri catholici periti qui de re islamica valeant decertare.

4

Si fieri potest doctores Ecclesiae et maxime ii qui in doctrinis Macometanorum versantur, in concilio cum doctoribus Macometanorum disceptent praesertim *a*) de propagatione materialismi; *b*) de statu Domini Nostri Iesu Christi et B. M. V. in « Koran ».

5

Maior caritas habeatur etiam cum Macometi asseclis et analogiae inter Christi et Macometi doctrinam exprimantur.

6

Missionarii evangelium Macometanis directe non praedicant, sunt contenti caritatis operibus, sed ex his grata beneficiorum memoria tantum, minime conversio, consequitur.

7

Ob analogias cum Macometanorum doctrina ne obliviscamur profundas discrepantias cum doctrina christiano-catholica.

8

Christianitas et cultus occidentalis in Macometanorum animis idem significant.

---

2) Makenen.
3) Umuahiaen, Gaurianen.
4) Bathursten.
5) Niameyen, Thinisen in Numidia.
6) Umuahiaen, Bathursten.
7) Oranen.
8) Bathursten in Gambia.

II. DE REGIMINE MISSIONUM

1. De praefectis apostolicis

1

Omnes Praefecti Apostolici Episcopi sint.

2

Facilius Praefecturae Apostolicae dioeceses fiant.

3

Distinctio inter territoria ecclesiastica iuris communis et territoria iuris missionalis cum omnibus consectariis iuridicis (v. g. Vicarii Apostolici) sat salebrosa hodie videtur.

4

Iurisdictiones ecclesiasticae quae sunt in magna necessitate sed non sub S. Congregatione de propaganda Fide debent participare aliquo modo de subsidio Ecclesiae et si est necessarium formare commissionem specialem in Urbe ad curandum de istis missionibus.

5

Praefecturae Apostolicae rei publicae « ex Soudan Français » dividantur et dioeceses creentur.

---

1) Kayesen.
2) Kayesen.
3) Cataquen.
4) Milasen.
5) Bamakoën.

2. De visitatoribus missionum

1

Viri docti in pastorali-missionali diversa missionum loca visitent ad normas suppeditandas.

2

Decimo quoque anno missiones visitentur ab Apostolicis Visitatoribus qui non sint membra Congregationis cui commissa est missio.

3

Qui a S. Sede in terras Missionum delegantur, linguae indigenae studeant.

4

Legati Apostolici in Missionibus, sive Nuntii sive Legati, periti sint in rebus missionalibus et linguam loci calleant.

3. De codice missionario

1*

Codex missionarius edatur.

2*

Ius missionale in C. I. C. evolvatur.

3*

Ius missionale edatur.

---

1) Uahiguyaën.
2) Madyten.
3) Otroënus.
4) Nimsciian.
1*) Caesenaten, Tiruchirapolitan.
2*) Uzipparitan, Celsonen, Sibundoyen, Sup. Gen. Mission. Scheut.
3*) Nairobien, Claudiopolitan, Nyerien, Lydenburgen, Inongoën, Civitatis Reginae, Ordinarii ex Congo et ex Ruanda Urundi.

4

Cum de C. I. C. reformatione agendum erit magis prae oculis habeantur peculiares necessitates missionum.

5

Codex iuris missionarii conficiatur et promulgetur ut omnibus pateant normae ad opera missionaria recte organizanda in locis catholicis et ad fidem propagandam in locis missionum, prae oculis habitis experientiis laboris tot saeculorum.

6

In Codice iuris canonici de iure missionum non multum tractatur: ius vigens missionum in canones redigatur, pro maiore commoditate et unitate atque uniformitate.

7

Ius missionum efformetur ex legibus, normis et decisionibus ab Apostolica Sede latis pro Missionibus. Ad hoc iuvabit in examen revocare schema pro missionibus a Concilio Vaticano I paratum, sed publici iuris non factum.

8

Uni Ordinario omnem potestatem conferre in missionibus opportunum est ut dissentiones inter Ordinarium et Superiorem Religiosum vitentur.

Non liceat Superioribus Maioribus ab iis qui missionibus praesunt partem exigere subsidiorum quae a Pontificia Opera pro Propagatione Fidei illis dantur.

Agatur de adaptatione liturgiae ut Ecclesia occidentalis non appareat.

Ordinarii auctoritatem habeant in Seminaria interdioecesana Religiosis concredita.

---

4) Riohachaën.
5) Catacen et Squillacen.
6) Sciocluven, Hanciomen, Chaefomen, Taipehen, Naniamen, Columben in Ceylon, Fukuokaën, Purvokerten, Calicuten.
7) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.
8) Philippen.

9

Ordinariis in missionibus maior potestas sit aptandi disciplinam et liturgiam exigentiis locorum.

10

Maior aequiparatio sit inter potestatem parochi et potestatem rectoris stationis missionariae.

11

Fundamentum iuridicum stabiliatur ad coordinandum laborem ab Institutis missionalibus susceptum.

12

Clare delineetur distinctio bonorum Missionis et Religionis.

13

Disciplina circa auxiliatrices Apostolatus (« Auxiliaire de l'Apostolat ») in C. I. C. inseratur.

14

Ius et normae speciales desiderantur pro missionibus S. Congregationi Consistoriali subiectis, quibus haud facile applicari possint normae pro dioecesibus statutae.

---

9) Sup. Gen. Mission. Scheut.
10) Sup. Gen. Mission. Scheut.
11) Sup. Gen. Mission. Ss. Cordis J.
12) Taipehen.
13) Inongoën.
14) Sup. Gen. Ord. Recoll. S. Aug.

DE OECUMENISMO

I. DE OECUMENISMO IN GENERE

1

Illustrentur fundamenta doctrinalia oecumenismi, et quidem ut ex Ecclesiae doctrina non mutabili eruuntur.

2

In Concilio normae vel directivae generales pro unione cum acatholicis exarentur.

3

Quo sensu concipiendus ut possibilis et laudabilis oecumenismus; dentur regulae practicae et mandatum conferatur exclusive viris idoneis.

4

Concilium declaret veram essentiam unitatis Ecclesiae et irreformabilitatem veritatum quae sunt de fide promulgatae.

5

Videatur quaenam sit concordantia in doctrina, disciplina et moribus inter Ecclesiam catholicam et alias ecclesias aut sectas religiosas christianas.

6

Concilium expressis verbis iterum testificetur mentem vere pacificam erga eos, qui ex christianis ab Ecclesiae communione remoti sunt.

7

Spes concedatur christianis separatis ad unitatem Ecclesiae redeundi cum dignitate; neque videbitur nefas si Ecclesia catholica

---

1) Dardan.
2) Einsiedlen.
3) Tolosan.
4) Southwarcen.
5) Manchesterien.
6) Buscoducen.
7) Mediolanen.

aut Romana Curia quibusdam rebus honorificis, ritualibus vel mere iuridicis sponte renuntiaverit, dummodo ad exemplum fraternitatis cristianae et evangelicae humilitatis id inserviat necnon ad faciliorem sternendam dissidentibus viam, qua possint ad paternam domum redire.

8

Forsan non inutiliter Concilium memoraret certitudinem nostrae unionis cum Ecclesia Apostolorum et gaudium nostrum ex hac unione oriens. Experientia docet acatholicos non raro fere cum invidia sensum securitatis catholicorum agnoscere.

9

Accuratius definiatur positio Ecclesiae quoad res oecumenicas, quae distat tam ab indifferentismo quam a defectu fraternae comprehensionis seu caritatis in ordine ad unionem.

10

Ad aedificationem populi Dei et ad reconciliationem errantium, doctrinae christianae explicentur pulchritudo et notae positivae, cum obsoleta videatur methodus tuendae fidei solummodo damnando errores et infligendo anathemas. Caritas insuper informet, ut inimicorum oppositio et diffidentia multorum erga Ecclesiam catholicam evincantur.

11

Perennis et hodierna imago Ecclesiae ut Corporis Christi Mystici describatur.

12

Acatholici sententiam claram de unitate Ecclesiae minime habent et saepe saepius ignari inveniuntur quoad doctrinam christianam. Ut ipsi agnoscant originem divinam Ecclesiae nova instituatur methodus cum eis agendi.

---

8) Gibraltarien.
9) Sup. Gen. Soc. Jesu.
10) Naissitan, S. Bonifacii.
11) S. Bonifacii, Patersonen, Petropolitan in Insula Longa, Philadelphien Lat.
12) S. Bonifacii, Kingstonen.

13

Exponatur doctrina de unitate, catholicitate, necessitate Ecclesiae et omnia enucleentur quae optatum reditum fratrum separatorum iuvent.

14

Unitas in primis est donum supernaturale, a Deo invocandum precibus omnium, tam catholicorum quam dissidentium. Fortasse desiderium unitatis oeconomicae, culturalis, socialis potest saltem indirecte positive influere. Tamen cum sive in Oriente quam in Occidente adhuc serpant praeiudicia contra primatum petrinum, opportuna videtur expositio praeliminaris, positiva ac perspicua, de unitate et visibilitate Ecclesiae, praecipuis praemissis circa Corpus Christi Mysticum.

15

Explicetur unitatem Ecclesiae non esse uniformitatem tyrannicam quoad ritus et disciplinam.

16

Affirmetur Ecclesiam catholicam non ligari ulli nationi, ulli humanae culturae, ulli scholae philosophicae, ulli regimini politico, ulli systemati oeconomico.

17

Concilium declaret Romanum Pontificem iure universali Ecclesiae ad nullum ritum canonicum particularem pertinere, sed quemcumque ritum sequi posse, secundum circumstantias locorum et personarum.

18

Indulgeat Concilium quantum potest Orientalium traditionibus et habitui mentis.

19

Declaretur omnes ritus tum canonicos tum sacros in Ecclesia catholica esse aequalis iuris ac dignitatis.

---

13) Mileten, Velitern.
14) Hierapolitan in Syria.
15) Tolosan.
16) Tarbien et Lapurden.
17) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.
18) Interamnen et Narnen.
19) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.

20

Legislatio canonica in regionibus Orientis christiani magis faveat fidelibus rituum orientalium.

21

Legislatio ecclesiarum separatarum quae contraria doctrinae non sit agnoscatur.

22

Statuendum est qualem finem quoad unionem ecclesiarum Concilium proprie intendat, et diligenter quaerendum qua formula aptiore id exprimatur.

23

Studere et explanare oportet quaestionem valde complexam de oecumenismo seu de relatione cum confessionibus dissidentibus, ita ut Ecclesia sit in quodam statu apostolatus quoad sectas acatholicas.

24

Examinetur quomodo Ecclesia se habeat ad Christifideles acatholicos, et quaenam sit eorum relatio sive coniunctio cum una et vera Ecclesia, dum bona fide sint extra Ecclesiam.

25

Ostendatur modum, quo Ecclesia catholica se gerit quoad unitatem, non ex superbia vel arrogantia provenire, sed ex desiderio humilis fidelitatis erga Christum.

26

Ad unionem Ecclesiae fovendam, definiantur vis, pondus, gravitas, valor episcopatus, praecipue in comparatione et proportione cum Papatu. Insuper nonnulli canones C. I. C. molliantur, qui a non paucis tamquam nimius « centralismus » sentiuntur.

---

20) Grazianopolitan.
21) Larissen in Syria.
22) Eystetten.
23) Nicoletan, Sherbrooken.
24) Colonien, Gurcen.
25) Aquen.
26) Moguntin.

27

Quaeratur talis dogmatis catholici expositio quae intelligentiae fratrum separatorum proficiat.

28

Aspectus complementares quorumdam dogmatum extollantur, v. g. unicae mediationis Christi relate ad devotionem erga B. V. M. et Sanctos; potestatis Episcoporum et populi christiani in respectu potestatis S. Pontificis, etc.

29

Reiteretur doctrina infallibilitatis universalis Ecclesiae, ita ut Protestantibus et Schismaticis magis intelligibilis reddatur doctrina de Summi Pontificis infallibilitate.

30

Nonnulla puncta circa primatum Romani Pontificis magis dilucidanda sunt atque eius relatio ad sedes patriarchales originales Orientalium clare explicanda est.

31

Ut fratres dissidentes in unitatem Ecclesiae Christi revertantur, forsan utile esset praecipua doctrinae capita referre quae in Conciliis Tridentino et Vaticano I sunt definita, ita ut fides catholica omnibus sine ulla ambiguitate pateat.

32

Erga separatos coniungere oportet severitatem doctrinalem cum personali comprehensione et amicitia.

33

Patres Concilii videant si opportunum fuerit « commentarium officiale » auctoritate ipsius Concilii edere de omnibus dogmatibus, de iis praesertim quae ab acatholicis non admittuntur vel quae defi-

---

27) Insulen.
28) Aquen.
29) Petropolitan in Insula Longa.
30) Pittsburgen Ruthenorum, S. Bonifacii.
31) Cairnen.
32) Meruen, Nepten.
33) Larissen in Syria, Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.

nita sunt a tempore defectionis Ecclesiae Orientalis. Hoc commentarium secundum spiritum catechismi Concilii Tridentini exarari posset; utile insuper erit ut historica expositio de iis quae ad definitionem perduxerunt et solutiones maiorum obiectionum acatholicorum addantur.

34

In unum conferre summarium oportet veritates quae plerumque ab acatholicis non intelliguntur.

35

Nucleum difficultatis habetur in re doctrinali, scilicet in origine et interpretatione auctoritativa ss. Scripturarum. Minoris proinde habendae sunt momenti quaestiones de ritu, de cleri caelibatu, etc.

36

Graeci sicut Latini omnia, quae dicuntur de Spiritu Sancto in Evangelio, credunt et in sola expressione verbali differunt. Ergo pro bono pacis adiunctio nostrae formulae in eorum symbolo non est imponenda et vicissim.

37

Derelinquatur quaestio philosophica circa naturam et personam et simpliciter dicatur: Christus est Verbum Incarnatum, verus Deus et verus homo.

38

Nonne doctrina de « vestigiis Ecclesiae » extra Ecclesiam in hunc sensum quoque considerari debet: possibile est ut elementa veritatis, quae in ecclesiis separatis adsunt, in illis magis evoluta sint, dum intra Ecclesiam nequaquam vel insufficienter evoluta sint?

39

Specialis attentio habeatur ad illas doctrinas quibus Orientales et Protestantes ab Ecclesia separantur, et, salvo dogmate, ad eos Ecclesia Romana magis sese convertat.

---

34) Bathursten.
35) Northantonien.
36) Smyrnen.
37) Phatanen.
38) Roterodamen, Ruremonden, Groningen, Ultraiecten.
39) Beograden, Sinianden, Granaten, Abulen.

40

Maximas impendere curas necessarium est in primis et praecipue in assequendam unitatem omnium christifidelium. Scandalum namque in eo est quod, scilicet, dissident inter se christiani, dum e converso ruit, condensa acie, materialismus ad societatem humani generis infesto agmine evertendam. Capita autem, quae veluti fundamentum et prooemium sint ad instaurandam disceptationem varias inter ecclesias, haec videntur idonea: 1) professio circa Primatum in Concilio Florentino a Patribus sive Graecis sive Latinis probata; 2) satisdatio de integritate Symboli Nicaeni-Constantinopolitani; 3) Patrum proximi Concilii concors asseveratio de dogmatica veritate vocis « Filioque », quin tamen ulla adsit obligatio vocem ipsam in Symbolo proferendi; 4) temperatae concessiones quoad coelibatum ecclesiasticum; 5) colloquia, quae ab urbe « Malines » nuncupantur, (inter Card. Mercier et Lord Halifax) ad coetum anglicanum (in specie) et protestanticum (in genere) quod attinet.

41

Magna praeparatio Concilii fiat:

a) res historicas in foliis et aliis mediis exponendo ea methodo ut bona fides supponatur, merita fratrum separatorum non taceantur nec demerita catholicorum;

b) privatis colloquiis;

Orthodoxi invitandi et methodus adhibenda uti fuit in Concilio Florentino.

42

Si quae veritates tenendae definiantur, redigantur in talem formam, ut iis religiosis societatibus, quae sunt extra Ecclesiam, ianua ad Ecclesiam potius aperiatur quam obseratur.

43

In re oecumenica gradatim est procedendum:

a) per conversationes informatio et confidentia est instituenda;

---

40) Caietan.

41) Civitatis Castellanae Hortan et Gallesin.

42) Aulonitan.

43) Meloën in Isauria.

b) opera communia caritativa Ecclesiae catholicae et ceterarum ecclesiarum initianda sunt, e. g. ad mitigandas penurias, ad impediendum bellum;

c) festa communia, sed simul concessio rituum propriorum commendanda est;

d) denique unio dogmatica obtinenda, quod tamen, brevi temporis intervallo, effici vix poterit.

44

Erga dissidentes Ecclesia mentem vere maternam exhibeat, solum eis imponendo:

a) unitatem fidei et cultus;

b) necessariam subiectionem erga Apostolicam Sedem.

Ipsis autem libertatem relinquendo:

a) proprios ritus retinendi quoad linguam et caeremonias liturgicas, ieiunium et abstinentiam, paramenta et aedificia sacra, et quoad vestitum sacerdotum in vita civili etc.;

b) quoad matrimonium clericorum iam in sacris constitutorum seu ad cautelam ordinandorum;

c) suas traditiones sequendi etiam quoad matrimonium clericorum in futuro ordinandorum, si uxorem ducendi consuetudo iam invaluit inter clerum propriae regionis.

45

Ad fovendum reditum dissidentium, proponatur doctrinae catholicae substantia, quin nimium tribuatur opinionibus disputabilibus, singulis auctoribus aut scholis peculiaribus.

46

Vitandae sunt expressiones implicitae vel mutilae veritatis, saltem cum omnibus qui bene differentias inter catholicam et acatholicam doctrinam cognoscunt.

---

44) Sup. Gen. Congr. CC. RR. S. Bernardi M. J.

45) Sup. Gen. O. F. M.

46) Geneven et Friburgen.

47

Pro certo habetur Concilium novum supercertaturum esse, ut errantes ad unitatem verae Ecclesiae libere festinent. Faveant Patres, antequam magnum laborem illum aggrediantur, plenius exponere sensum huius axiomatis: « Extra Ecclesiam nulla salus », praesertim sub luce Litterarum Encyclicarum de Corpore Christi Mystico Pii XII, et responsi Sancti Officii ad Archiepiscopum Bostoniensem remissi occasione condemnationis cuiusdam sacerdotis in eadem archidioecesi degentis.

48

Favor quoad formam professionis fidei acatholicorum Episcopis gallicis concessus (cfr. Decr. S. Officii 20/XI/1946) nonne ad omnes Episcopos extendi posset?

49

Misso quolibet imprudenti « irenismo », Concilium Oecumenicum omni ope investiget et promoveat media, ut proxime adimpleatur illud votum « ut omnes unum sint ».

50

Salva doctrinae puritate, methodus adhibeatur quae dissidentes ad Ecclesiam catholicam alliciat. Ad hoc opus perficiendum, Institutum, a I. A. Moehler nuncupatum, in civitate Paderbornensi, fructuose operam dedit iam ex tribus annis.

51

Tota doctrina exhibeatur lingua lucida, omnibus accommodata, spiritu S. Scripturae et Patrum, praesertim S. Augustini et PP. Orientalium. Hoc modo Orientales, Anglicani et Protestantes facilius ad Ecclesiam catholicam allici possunt.

52

Oecumenismum quod attinet clare dicatur quid possint et quid non possint praestare catholici.

---

47) Attallen.
48) Portus Principis.
49) Friburgen, Conferentia Fulden.
50) Paderbornen, Calydonien.
51) Conferentia Fulden, Paderbornen, Essendien, Eminentianen.
52) Lauden.

53

Curetur ut quae sunt communia quaeque diversa in clariorem lucem adducantur.

54

In rebus, quae disciplinam et liturgiam spectant, ad praeparandos animos concedantur tales modalitates, quae non attingant res essentiales.

55

Communia diserte monstranda sunt, sed diversa non sunt tacenda neque minuenda.

56

Ad unitatem fovendam, maxime restringatur « quod dividit », « quod vero copulat » amplificetur; retineatur quod praecipuum est.

57

In futuro quaestiones mariologicas agitantes ne utantur terminis qui sunt apti ad praebendam haereticis ansam falsae intelligentiae.

58

Statuatur quasi « programma minimum » quod omnes acatholici admittere possint.

59

Accidentalia parvipendenda sunt ut unio instauretur.

60

Fratribus dissidentibus in opinabilibus aliquid concedendum est.

61

Magis elucidare oportet quaestionem de deferentia erga acatholicorum opiniones.

---

53) Insulen.
54) Andegaven, Tarbien et Lapurden.
55) Thmuisan.
56) Ebroicen.
57) Chusiren.
58) Kupelaën, Cemerinianen.
59) Tacnen, Caëtiten, Zamoren, Gualeguaychen, Adamanteae, Tarahumaren, Culiacanen.
60) Valven et Sulmonen.
61) Sufetulen.

62

Enixe curetur ut antiqua praeiudicia superentur.

63

Via unionis est reditus fratrum separatorum ad domum ab ipsis derelictam, tamen oportet considerare statum animorum dissidentium, fragilitates humanas, quae ad divisionem conduxerunt. Unde, rebus fidei et morum exceptis, Ecclesia eisdem obviam eat sano iudicio et benevolo affectu ut difficultates faciliter superentur.

64

Declarandum a Concilio esset catholicam Ecclesiam pronam esse ad concedenda pro bono unionis ea omnia quae de iure ecclesiastico censentur.

65

Corrigantur loquendi rationes seu humana elementa, quae christianas ecclesias inter se disiunctas efficere valeant.

66

Reformentur inter ipsos catholicos quae unionem impediunt vel difficiliorem reddunt.

67

Ad praeiudicia vitanda, examinetur possibilitas explanandi et temperandi quasdam locutiones theologicas, necnon quosdam ritus.

68

Modus loquendi de haereticis et schimasticis affectum verum caritatis et verecundiae exprimat.

---

62) Docleen.
63) Tergestin, Catacen et Squillacen, Campobassen, Apuanien, Melphicten Juvenacen et Terlitien.
64) Mindonien, Santanderien, Lagamitan, Albae Regalen, Einsiedlen.
65) Legionen, Groningen.
66) Eystetten.
67) Aquen.
68) Tarbien et Lapurden.

69

In exponenda veritate catholica vitentur locutiones, quae animum fratrum separatorum inutiliter offendunt.

70

Revisioni subiiciantur nomina « haeretici, schimastici, infideles, idolatrae, pagani... », quae pluribus non catholicis iniuriose sonant.

71

Acatholici « excommunicati » ne vocentur.

72

Concilium solemniter declaret etiam catholicorum negligentiam et culpam ansam scissioni Ecclesiae praebuisse.

73

Confitendum est Ecclesiam catholicam in nonnullis rebus non recte egisse aut dixisse eamque adhuc non carere defectibus.

74

Maxima caritas habeatur necnon aliqua confessio culparum si quae extarunt ex parte humana Ecclesiae catholicae.

75

Modus alloquendi acatholicos valde personalis et fraternus reactionem favorabilem determinat. Opportunum videtur, ad reconciliationem fovendam, plus quam antea, publice assumere partem culpabilitatis pro divisionibus saeculis undecimo et decimo sexto exortis. Abusus enim in Ecclesia illis temporibus non quidem iustificationem, certe vero ansam, dederunt Orientalibus et Protestantibus.

---

69) Andegaven, Tarbien et Lapurdem.
70) Docleen.
71) Aleppen Maronitarum, Smyrnen, Parakuen.
72) Einsiedlen.
73) Tarbien et Lapurden.
74) Vicen, Groningen, Ultraiecten, Namurcen.
75) Camberren et Gulburnen.

76

Obstacula psychologica unionis removeantur. Christiani separati se offensos sentiunt, si Romanae Ecclesiae simpliciter se subicere debent. Insuper putant se in suis formis religiosis valores invenisse, quos Roma non a limine repudiare deberet.

77

Qualis politica pastoralis cum dissidentibus suadetur?

78

Clarius determinetur dispositiones canonicas, quae obligant sub peccato, non obstringere nisi ex rei natura acatholicos.

79

Ad unionem fovendam statuatur norma concreta quoad obligationem fidelium relate ad revelationes particulares, devotiones extra liturgicas etc.

80

Praefiniatur actio pastoralis practica ad fovendam ac maturandam unionem ac reditum haereticorum in verae Ecclesiae sinum et quaenam applicanda erga eos qui Ecclesiam nondum agnoscunt aut Deum esse absolute negant.

81

Magis elucidare oportet quaestionem de modo vivendi cum acatholicis.

82

Oportet novum dare spiritum consuetudini nostrorum fidelium cum fratribus dissidentibus: « dilatentur spatia caritatis ».

---

76) Secovien.

77) Ss. Assumptionis, Birthen, Sebastopolitan in Abasgia.

78) Montisvidei.

79) S. Pauli in Brasilia, Brian, Attuden, Lauzaden.

80) Manchesterien.

81) Sufetulen, Sardian.

82) Abulen.

83

Oportet primum inclinare corda ad communionem ut postea unio sperari possit.

84

Unio ecclesiarum obtineri potest magis per fraternos contactus quam per disquisitiones theologicas.

85

Cum christianis acatholicis irenice agatur eorumque non solum errores sed etiam merita videantur et agnoscantur.

86

Expedit praecipue ut conversatione, amicitia, et vitae consuetudine, prudenter tamen, reciproce devinciantur animi quo efficacius ad optatissimam unionem flectantur.

87

Cum acatholicis servetur principium in necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus caritas.

88

Graeciae in partibus unio immediata haberi nequit; primum contactus amicales cum fratribus nostris separatis habeantur, ita ut nos illos cognoscere possimus et illi nos. Semper magna cum caritate et cautela procedendum erit.

89

Graviter moneantur fideles de cavendis tendentiis nationalisticis intra Ecclesiam in variis nationibus.

---

83) Aurelianen.
84) Sup. Gen. O. F. M. Conv.
85) Sup. Gen. Congr. Bavar. O. S. B.
86) Culiacanen, Guadalajaren.
87) Mopsuesten, Lycopolitan.
88) Athenien.
89) Sup. Gen. Ord. Carm. Discalc.

90

Si fieri potest, ante Concilium vel in initio ipsius, simul cum Orthodoxis et Protestantibus discutiantur quaestiones quae respiciunt religionem qua talem v. g. quaestiones de atheismo, materialismo dialectico; deinde discutiantur cum ipsis diversae viae ad maiorem unionem ecclesiarum acquirendam.

91

Statuatur collaboratio cum acatholicis etiam non-christianis cum agitur de defendenda dignitate personae humanae, de pace universali, de iustitia promovenda, de fide in Deum defendenda, de ethica propugnanda. Acatholici ita cognoscere possent Ecclesiae catholicae veritatem, tamen periculum syncretismi vitandum esset.

92

Proponendum videtur ut, firma declaratione ac conscientia se veram unicamque Ecclesiam repraesentare, Concilium det operam ut basim quamdam communem inveniat ac fratribus dissidentibus proponat, prae oculis habens fere omnes confessiones christianas sive schismaticas sive protestanticas, patrimonium veritatis commune possidere ut est fides in Trinitate, in Christo Dei Filio ac Redemptore, in Ecclesia animarum cum Christo, etc. Quod sane, in praesentibus adiunctis, maxime necessarium videtur ad efficiendum unicum ac validum munimentum contra atheismum.

93

Ita vivere debemus ut sanctitatem Ecclesiae demonstrantes acatholicos attrahere possimus.

94

Media apta considerentur ad caritatem promovendam inter christianos separatos.

---

90) Cemerinianen.
91) Algerien.
92) Derthonen.
93) Gibraltarien.
94) Aquen, Engolismen.

95

Unio cum fratribus separatis foveatur.

96

Oportet erudire populum de necessitate unionis ecclesiarum.

97

Praeparatio magna omnium christianorum ad unionem habeatur.

98

Maiores rationes ac intentiones obtineantur inter catholicos et dissidentes in praedicando uno eodemque Evangelio.

99

Concilio Oecumenico praemittatur excogitata actio potius quam ad supremos dissidentium duces directa ad christianos omnes qui bona fide versantur.

100

In ephemeridibus catholicis et in instructionibus radiophonicis systematice exponantur quae a Protestantibus vel ab Orthodoxis impugnantur.

101

Perpensa mente specifica orientalium, qui summa reverentia ac honore suos Patriarchas tenent, necesse est ut hi honoribus ac privilegiis aequiparentur Cardinalibus.

---

95) Dromoren, Panormitan, Adrien, Faventin, Camerinen, Lucerin, Suessan, Medelitan, Tiburtin, Neten, Forosempronien, S. Severi, Bovinen, Tarvisin, Bisuntin, Chamberien, Larissen in Syria, Sup. Gen. Ord. Carm., Sup. Gen. Ord. de Mercede.

96) Erythrae.

97) Thibicen.

98) Aysenen, Thibicen.

99) Barbastren.

100) Palmen.

101) Soldaien.

102

Forsan opportunum esset totis viribus incumbere concessioni distinctionum et privilegiorum episcopatui orientali, praesertin Patriarchis, salva tamen suprema auctoritate Romani Pontificis.

103

Patriarchae Orientales in numero Cardinalium sint et intra electores Summi Pontificis.

104

Orientalibus autonoma Episcoporum electio relinquatur.

105

Quod attinet Ecclesiam Ucrainam, si his temporibus creatio Patriarchatus non expedit, saltem nominetur Archiepiscopus — Metropolita, qui teneat iurisdictionem in omnes Episcopos Ecclesiae Ucrainae in diaspora.

106

Omnis facultas transeundi ab uno ritu ad alium unice S. Sedi concedatur.

107

Tollatur clausula can. 11 Motu Proprio « Cleri sanctitati », quod « baptizati acatholici ritus orientalis, qui in Catholicam Ecclesiam admittuntur, ritum quem maluerint amplecti possunt ».

108

Invitatio ad unitatem extendatur etiam ad populos non christianos.

109

Fiat hortatio ut Iudaei et dissidentes fidem amplectantur.

---

102) Ilerden, Abulen, Palentin, Dausaren, Holaren.
103) Palentin, Leucaden.
104) Aelaniticus.
105) Soldaien.
106) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.
107) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos. Sup. Gen. Ord. Mechit. Venet.
108) Multanen.
109) Syracusen.

110

Unica Ecclesia constet ex diversis ecclesiis particularibus; adsint v. g. ecclesia latino-occidentalis; ecclesia graeco-orientalis; ecclesia slavica; ecclesia asiatica, ecclesia africana cum ritibus peculiaribus, moribus variorum generum accommodatis.

111

Perutile est ut fratres nostri separati cognoscere possint doctrinam socialem Ecclesiae ut apparet in Encyclicis Summorum Pontificum.

112

Concilium moneat auctoritates civiles catholicas quae atrociter contra acatholicos agunt.

110) Callipolitan.
111) Lomen.
112) Kroonstaden.

II. DE MEDIIS AD UNIONEM ASSEQUENDAM

1. De precibus Deo fundendis

1

Octavarium precum quae in Ecclesia funduntur a die 18 ad diem 25 ianuarii, in ipsa liturgia introducatur, nunc ad impetrandam unionem in populo christiano, et, unione peracta, ad Deo gratias agendas pro immenso beneficio Ecclesiae concesso.

2

Hebdomada « pro unitate » imperetur ac diligentius celebretur.

3

Concilium omnes fideles invitet ut, communi ratione et continuis precibus, non solum per hebdomadam inter diem 18 et 25 mensis ianuarii fundendis, hanc gratiam a Deo expetant.

4

Ad preces pro unitate Ecclesiae statuatur non hebdomada in anno sed dies in mense.

5

Sunt necessariae preces devotae et constantes et caritas maxima erga fratres separatos.

6

Preces Deo fundendae sunt pro unione cum fratribus separatis. Implorationem unionis maxime favebunt:

a) integra cognitio veritatis;

---

1) Catacen et Squillacen.
2) Consentin.
3) Eystetten, Apollonien.
4) Vercellen.
5) S. Bonifacii, Crookstonien, Natcheten-Jacksonien, Alexandrin.
6) Neapolitan.

b) constans actio amoris generosioris;

c) plena et fidelis observantia Ecclesiae disciplinae eiusque praeceptorum.

Efficaciora inter media haec habentur:

a) universalitas intentionum et actionum populorum in precibus fundendis;

b) profundior scientia et intelligentia significationis rituum Ecclesiae;

c) frequens participatio fidelium actionibus liturgicis.

2. De opportunitate maioris cognitionis rituum et legislationis Ecclesiae Orientalis

1

Prae oculis habeatur theologia orientalis.

2

Commendetur omnibus clericis et fidelibus scientia theoretica et practica rituum in Ecclesia vigentium.

3

Promoveatur amplior cognitio traditionis ecclesiasticae Orientis apud clerum latinum.

4

In seminariis serventur decreta quoad studia orientalia et semel in anno praelectiones habeantur de Liturgia orientali; ubi possibile, a sacerdote orientali tradantur.

5

Clerici latini et orientales ad mutuam utriusque ritus Liturgiarum cognitionem et intelligentiam sollicitentur et instituantur.

---

1) Montisvidei.
2) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.
3) Gratianopolitan.
4) Nauplien.
5) Consentin.

6

Concilium aliquid statuat ut catholici ritus romani melius cognoscant res orientales praesertim Liturgiam, leges, consuetudines.

7

Introducatur iam in catechismum notitia de varietate nationum, colorum, *rituum*.

3. De aliis mediis adhibendis ad unionem fovendam

1

Occasione celebrationis Concilii in Urbe constituatur stabilis « Coetus Oecumenicus » seu peritorum virorum consociatio, qui studia et incoepta ad promovendum reditum fratrum dissidentium promoveant et coordinent.

2

Erigatur Romae, ad instar Instituti Pont. Orientalis, Institutum in quo quaestiones sectas protestantium spectantes bene studeantur necnon communicationes cum dissidentibus habeantur.

3

Commissio pro ecclesiarum unione statuatur apud S. Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus.

4

Ad promovendam unitatem vel saltem comprehensionem meliorem cum acatholicis opportunum videtur constituere sub ductu S. Congregationis S. Officii et Hierarchiae singularum nationum Consilium quoddam peritorum, cuius munus erit normas proponere pro commercio cum acatholicis.

---

6) Bluefielden.
7) Nauplien.
1) Sup. Gen. O. F. M.
2) Passavien.
3) Kumasien.
4) Patersonen, Kansanopolitan - S. Josephi.

5

Constituatur in Urbe stabile officium cuius sit perpendere res quae ad « Motum Oecumenicum » per universum orbem pertinent.

6

Institutio Congregationis ecclesiasticae pro Opere Oecumenico desideratur ad instar Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus vel Propagandae Fidei.

7

Romae instituatur officium oecumenismi, ad quod recurrere possint dissidentes.

8

Opportuna videtur aliqua ecclesiastica associatio officialis quae doctrinam et praxim coetuum protestantium systematice examinet.

9

Instituatur quoddam Ens, uti centrum studii, quod excitet et coordinet apud unam vel aliquas catholicas Universitates omnes activitates catholicas, quae studeant ecclesias separatas perfectius cognoscere earumque conversionem, iuxta normas supremae auctoritatis, procurare.

10

Instituere oportet cathedras Historiae, Iuris, Liturgiae Orientalis apud Universitates Lutetiae Parisiorum, Vindebonae, non Romae et pensiones annuas pro clericis orientalibus statuere quia hodie plures in Universitatibus protestantium student.

11

Creentur Facultates oecumenismi in Universitatibus catholicis ad studium comparatum ecclesiarum christianarum instituendum.

---

5) Campifontis.
6) Comben.
7) Yarmuthen.
8) Sup. Gen. Soc. S. Edmundi.
9) Jerichuntin.
10) Aelaniticus.
11) Albasiten.

12

Agatur de opportunitate coetus permanentes erigendi, praesertim in nostris Universitatibus et Seminariis, ad dialogum cum coetibus acatholicis dedicatos.

13

Commissio permanens constituatur, ex membris et Latini et Orientalium Rituum composita, quae media proponat ad ecclesias dissidentes reconciliandas.

14

Instituantur tot Pontificiae Commissiones, tot Commissiones Nationales quot « Confessiones » dissidentes sunt, ut in caritate laborent et cum eis de eorum reditu ad veram Ecclesiam agant.

15

Examen de mediis aptis ad unitatem Ecclesiae fovendam a solis peculiaribus Commissionibus est perficiendum. Oportet tamen generalem fidelium opinionem suscitare et illam favorabilem paulatim reddere. Praeterea ad illum finem in universo orbe praeces multiplicentur.

16

A Commissione Pontificia pro unitate Ecclesiae erigatur scientificum Institutum in quo actioni unitatis Ecclesiae addicti cognoscant dogmata uniuscuiusque haereseos religionisque mundi et methodum se versandi correspondentem cuique factioni religiosae. Ab eadem Commissione publicetur periodicum « Ut unum sint » in duplici forma: tum pro catholicis problemati unitatis deditis, tum pro membris uniuscuiusque factionis religiosae et areligiosae. Sub regimine Commissionis Pontificiae in unaquaque dioecesi, in qua problema « de unitate Ecclesiae » actu existit, erigatur institutum simile pro unitate.

---

12) Dubuquen.
13) Cincinnaten.
14) Caesaraugustan, Varsavien et Gnesnen.
15) Nanceien et Tullen.
16) Varsavien et Gnesnen.

17

Creetur Institutio cui proprium sit cum auctoritate et competentia oecumenismum non catholicum sequi et cum communitatibus non catholicis conferre.

18

Instituantur « Academiae » vel « Congressus » ad modum Academiae Pontificiae Scientiarum saltem in omni sede metropolitana; viri catholici et acatholici, in artibus vel scientiis periti, convocentur ad quaestiones maioris momenti hodiernorum temporum tractandas, ut in eisdem conventibus melius cognoscere possint mentem et doctrinam Ecclesiae.

19

Oportet unitatem inculcare clero et laicis, relationes conducere non officiales cum praestantioribus ecclesiasticis ac laicis viris ecclesiarum separatarum, auxilio quorumdam sodalium (v. g. A. C. O. C. « Associazione Cattolica Italiana per l'Oriente Cristiano »); clerus et laici dioecesis Planensis Graecorum felices se existimabunt propria officia S. Sedi praestandi ad nobilissimum finem consequendum.

20

Foveantur fraterni conventus cum haereticis ut erudiantur et amice ad veram fidem adducantur.

21

Ordinarii locorum instituant in suis dioecesibus consilium clericorum et laicorum, quod curam habeat acatholicorum.

22

Sub vigilantia auctoritatis ecclesiasticae coetus curentur inter theologos catholicos et acatholicos.

---

17) Albasiten, Limisen, Czestochovien, Pessinuntin, Einsiedlen.
18) Shinyangaen.
19) Arbanen.
20) Taurinen.
21) Treviren, Dagnen.
22) Docleen, Argentinen.

23

Cum mens acatholica circa catholica dogmata non semper clare noscatur opportunum esset, iam ante celebrationem Concilii Oecumenici, specialem Commissionem ex viris non solum studiis theologicis eruditis sed et in « mentalitate » acatholicorum propter diuturnam cum eis commorationem penitus exercitis instituere, cui Commissioni erit:

a) mentem diversarum ecclesiarum circa dogmata catholica in quantum possibile est declarare;

b) quidquid in earum traditione necnon theologia de ipsis catholicis dogmatibus inveniatur colligere.

c) earum difficultates et dubia seu falsas interpretationes explanare.

24

Normae statuantur circa communicationem scriptam vel oralem cum acatholicis, ad istorum fovendam conversionem.

25

Agatur de convenientia instituendi in dioecesibus dialogum inter catholicos et acatholicos sub vigilantia Episcoporum.

26

Absoluto Concilio Oecumenico, instituatur specialis Pontificia Commissio cuius ius et officium erit in finem deducere quae in ipso Concilio proposita fuerint ad consequendam unitatem populorum in fide.

27

Formetur Commissio internationalis theologorum qui huic operi et post Concilium incumbant.

28

Colloquium cum fratrum separatorum moderatoribus instituatur ut, afflante Spiritu Sancto, omnes ad unitatem redeant.

---

23) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
24) Sup. Gen. Soc. a S. Paulo.
25) Dubuquen, Portlanden, Hemerien.
26) Youngstonien.
27) Madisonen.
28) Sufetulen, Beiren, Laodicen, Rabaten.

29

Forsitan cum acatholicis colloquia institui possunt de omittendis scandalosis impugnationibus ecclesiarum christianarum inter se in missionibus.

30

Frequentiores dissertationes celebrandae essent, servatis servandis, inter catholicos Orthodoxos et Protestantes, ita ut catholica doctrina eisdem exponi et explicari possit speciali modo illis qui sine culpa sunt extra Ecclesiam.

31

Contactus, informationes, mutua documentatio ab expertis sacerdotibus foveatur.

32

Circuli et Commissiones, quae in singulis mundi regionibus rebus oecumenicis iamdudum occupantur e. g. in Gallia, Hollandia, Germania, Helvetia, abunde audiantur.

33

Optime conceptum videtur propositum consultationis theologorum catholicorum et orthodoxorum. Huiusmodi conventus praeparandi videntur etiam inter catholicos eruditos et Anglicanos. Difficilius erit huiusmodi conventus cum protestantibus doctoribus, attamen aliquod experimentum haud impossibile erit nec inutile; ipsa Mediolanensium civitas, quae semper, historia teste, inter Romam et Septemtrionales Europae plagas tum pontis tum aggeris vices gessit, his conventibus sedem offerre poterit.

34

Foveantur publicationes quae de unitate assequenda loquuntur.

---

29) Cemerinianen.

30) Osloën, Roterodamen, Ruremonden, Groningen, Synnaden in Phrygia.

31) Insulen, Engolismen.

32) Moguntin.

33) Mediolanen.

34) Sup. Gen. O. F. M. Conv.

III. DE ORTHODOXIS SEU SCHISMATICIS

1

Hierarchia orthodoxa invitationem « officialem » ad Concilium exoptat.

2

A S. Sede nominatim ad unitatem invitandi sunt in primis: Patriarchae Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolimitanus, Mosquenus, Armenus. Cum idoneis delegatis a S. Sede missis Patriarchae orthodoxi colloquia privata habeant coram Synodo orthodoxa ut per modum quaestionis et responsi breviter exaretur textus definitivus ad Concilium Oecumenicum proponendus.

3

Episcopi schismatici invitentur ad Concilium iisque detur locus quem eorum historia postulat.

4

Optandum est ut omnes Episcopi dissidentes ad Concilium convocentur. Ad vitandas defectiones quae post unionem Concilii Lugdunensis II et Florentini repente evenerunt.

5

« Ex meis contactibus cum Episcopis Graecis et indirecte cum ipso Patriarcha Constantinopolitano, scire potui Patriarcham contactum cum Ecclesia catholica pro unione desiderare.

---

1) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen Armenorum, Babylonen Armenorum, Constantinopolitan Armenorum, Kamechlien Armenorum, Acilisen, Pedachtoën, Tauitan.

2) Smyrnen.

3) Aelaniticus.

4) Smyrnen.

5) Athenien.

Ex conventibus theologorum primo momento non magnos fructus habere possumus, cum theologi laici sint et saepe cum Ecclesia in conflictu inveniantur ».

6

Hierarchia orthodoxa potius confederationem quam unionem somniat.

7

Orthodoxi ne vocentur ad Concilium sed adsint colloquia quae ad unionem disponere possint.

8

Ut facilius fiat unio christianorum Orientalium dissidentium cum Ecclesia catholica, instituatur commissio theologorum Ecclesiae Catholicae et Orthodoxae, qui simul cum caritate, humilitate et patientia quaestiones fidei et morum solvant atque in luce ponant veritates fidei catholicae esse revelatas. Sequatur in hoc exemplum Concilii Florentini.

9

Circa constitutionem et regimen Ecclesiae Christi in Ecclesia latina viget monarchia, in Ecclesia graeca viget democratia et respublica foederativa. Orientalium memoria dilabitur tria magna Concilia ante separationem agnovisse primatum et infallibilitatem Papae: Ephesinum (431) — Chalcaedonense (451) — Constantinopolitanum III (680).

10

Ecclesiae separatae apostolicam sibi vindicant originem per praedicationem v. g. S. Marci in urbe Antiochia vel S. Thaddaei in Armenia hinc eodem pari iure gaudere putant ac Ecclesia Romana. Opor-

---

6) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen Armenorum, Babylonen Armenorum Constantinopolitan Armenorum, Kamechlien Armenorum, Acilisen, Pedachtoën.

7) Uahiguyaen.

8) Winnipegen.

9) Smyrnen.

10) Hisphaanien Armenorum.

tet igitur ut tempore Concilii venerabiles Patres et Theologi argumentis ex S. Scriptura et fontibus theologicis sumptis dilucident oboedientiam S. Pontifici ut Capiti supremo totius Ecclesiae Christi a iure divino oriri.

11

In I[a] sessione Concilii Oecumenici solemniter agnoscatur validitas ordinationum orientalium.

12

Adhibeatur declaratio doctrinae Corporis Christi Mystici uti medium fovens unionem cum orientalibus separatis.

13

Inveniantur expressiones dogmaticae magis propinquae orthodoxorum thesibus v. g. locutio « qui a Patre per Filium procedit » in Credo latino admittatur una cum « Filioque ».

14

Cum quae dicuntur de Spiritu Sancto sola expressione verbali differant, pro bono pacis adiunctio nostrae formulae in eorum symbolo non est imponenda et vicissim.

15

Admittatur « unitas » inter consecrationis verba et epiclesim.

16

Praesentiam realem post verba Christi iam operatam esse ipsa Liturgia byzantina declarat ergo quia epiclesis praesentiam realem non conficit, quidquid sit praesentiae reali non officit, pro bono pacis tolerari potest dummodo agnoscant praesentiam realem in Missa latina et validitatem Sacrificii.

---

11) Larissen in Syria.
12) Taurinen.
13) Cherchen, Phatanen.
14) Smyrnen.
15) Phatanen.
16) Smyrnen.

17

Circa communionem sub utraque specie nihil immutetur in utraque Ecclesia dummodo Orientales validitatem communionis sub specie panis tantum agnoscant.

18

Orientales adhortari debemus ad baptismi latini per infusionem liceitatem et validitatem agnoscendam quia in « Didaché » invenitur.

19

Circa Extremam Unctionem nihil mutandum et in utraque Ecclesia quamvis graeci « eucholeum » administrent ritu diverso etiam non infirmis. In hac devotionis redundantia nihil contra fidem invenitur.

20

Ecclesia graeca ad strictiorem observantiam legis indissolubilitatis matrimonii adhortanda est. Certe verbum « adulterium » ambiguum esse in Evangelio Matthaei.

21

Ecclesia schismatica graeca indissolubilitatem matrimonii non admittit, sed ter matrimonium inire permittit.

22

Unitas valde promoveretur si leges disciplinares ita immutarentur ut ecclesia dissidentibus appareret sub aspectu caritatis potius quam sub aspectu disciplinae.

23

Hodie Cardinales prioritate gaudent super Patriarchas; hoc Patriarchis dissidentibus minime placet.

---

17) Smyrnen.
18) Smyrnen.
19) Smyrnen.
20) Smyrnen.
21) Athenien.
22) Kroonstaden.
23) Athenien, Ordinarius Armen. Cath. in Graecia.

24

Locus, quem Episcopi orthodoxi in eorum Ecclesia habent, agnoscatur.

25

Quaestio de azymis derelinquatur cum ad dogma non pertineat.

26

In unum consentiatur cum Orthodoxis in die celebrationis Nativitatis et Paschatis.

27

Unaquaeque Ecclesia suum modum crucis signum efformandi servet.

28

Ecclesia orthodoxa estne obligata a definitionibus S. Pontificis vel Concilii Tridentini et Vaticani I? Aderant regiones occidentales ubi Concilium Tridentinum non vigebat quia eorum acta ibi promulgatione carebant.

29

In casu unionis quid de praxi cleri orthodoxi matrimonium ineundi?

30

In casu unionis quid de statu Monachorum Ecclesiae schismaticae?

---

24) Aleppen Maronitarum.
25) Smyrnen.
26) Aleppen Maronitarum, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Sidonien Melch., HeliopolitanMelch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Ptolemaiden Melch., Paneaden, Mariamnen, Pelusitan Melch., Tarsen Melch., Laodicen Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ord. Bas. Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ord. Bas. S. Joannis B. Melch., Sup. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo.
27) Smyrnen.
28) Larissen in Syria.
29) Athenien.
30) Athenien.

31

Selecti theologi catholici, sermonum ministri, obviam eminentiores laicos et episcopos acatholicos eant.

32

Societates S. Scripturae catholicorum cum non-catholicis facilius permittantur. Etenim absoluta separatio impedit fructuosam discussionem, et non favet conversioni.

33

Congressus theologorum catholicorum et orthodoxorum foveantur.

34

Omnes concertationes inter catholicos et orthodoxos, praesertim in actis diurnis vitentur.

35

In seminariis catholicis aliqui sacrorum alumni orthodoxi admittantur.

36

Seminaria pro orthodoxis aperiantur ut evenit apud Universitatem Argentoratensem.

37

Schola sit medium appulsus cum iuvenibus orthodoxis et eorum parentibus.

---

31) Aleppen Maronitarum, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Sidonien Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Bostren et Auranen, Petren et Philadelphien, Ptolemaiden Melch., Paneaden, Mariamnen, Pelusitan Melch., Tarsen Melch., de Nubia, Laodicen Melch., Archim. Ord. Bas, Aleppen Melch., Archim. Ord. Bas. Ss. Salvatoris Melch., Archim. Ord. Bas. S. S. Jaonnis B. Melch., Sup. Gen. Soc. Missionariorum a S. Paulo.

32) Barcusen.

33) Aleppen Maronitarum.

34) Aleppen Maronitarum.

35) Aleppen Maronitarum, Antiochen Maronitarum.

36) Aleppen Maronitarum.

37) Aleppen Maronitarum.

38

Missionarii alienigenae scholas tantum, praesertim technicas, condant; ministerio pastorali ne incumbant sine Episcopi expressa licentia quia Orientales suspicaces sunt et ad accipiendam offensionem faciles.

39

Medium princeps ad Nestorianos convertendos est schola; in omni dioecesi schola pro pueris et schola pro puellis adesse deberent.

40

Sacerdotibus catholicis liceat orthodoxis bonae fidei ea petentibus, Sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae et Extremae Unctionis ministrare. Confessarius abiurationem recipere possit in ipso actu confessionis, cuius formula generalis sufficere posset ad remittendam poenam ecclesiasticam. Recitatio Symboli Fidei in actu confessionis locum teneret fidei catholicae professionis. Ita scissio a communitate nationali cum contumeliis sodalium vitaretur.

41

Sine communicatione in divinis aliqui catholici schismaticos appropinquent ad discutiendas res communes et cum his in operibus caritatis christianae et auxilii socialis cooperent, vel orthodoxi ad protestantes magis se appropinquent mediante « Wordl Council of Churches ».

42

Abiuratio probrosa ne exigatur ab orthodoxis qui sacerdotium et sacramenta servaverunt; sufficiat adhaesio generalis catholicae fidei.

43

« Latinizatio » communitatis coptae catholicae praeterito tempore unionem cum coptis schismaticis impeditat.

---

38) Palaepolitan in Asia.
39) Palaepolitan in Asia.
40) Andropolitan.
41) Intern. Ap. in Aethiopia.
42) Aleppen Maronitarum.
43) Lycopolitan, Cleopadriten, Alexandrin Coptorum.

44

« Latinizatio » orientalium absurda est.

45

Sedulo vitandae sunt disputationes philosophiae scholasticae, non est opportunum imponere formulas in Ecclesia latina adhibitas dummodo in expressionibus et locutionibus dissidentium nihil contra fidem inveniatur.

46

A libris liturgicis et a fidei professione quae orthodoxos offendunt removeantur.

47

Ante omnia opportunam operam navare valebit erga communitates schismaticorum quae in territoriis nationum catholicarum inveniuntur.

48

Verba « schismaticus », « re-unio » maxime offendunt (russicos) orthodoxos, dum verba « frater in Christo » caritatem provocant.

49

Valde conferret ad unitatem acceptatio Sanctorum Ecclesiae Russicae qui canonizati sunt post separationem et praesertim S. Seraphinus ex Sarovo, thaumaturgus, qui eximia devotione colitur.

50

Agatur de coöperatione cum christianis acatholicis in pugna contra materialismum et communismum.

---

44) Uahiguyaen.
45) Smyrnen.
46) Mausilien Syrorum, Antiochen Syrorum, Nacolen, Aleppen Syrorum, Spinen Syrorum, Babylonen Syrorum, Basren Syrorum, Edessen in Osrhoene, Larissen in Syria.
47) Sebasten.
48) Heracleopolitan.
49) Heracleopolitan.
50) Daressalaamen.

51

Practica agendi ratio quae hodie praevalet non tantum consistit in devitando quolibet contactu sed status quasi hostilitatis est. Si hoc negative impedit quominus catholici contaminentur, impedit tamen practice et positive quod mutuo proxime accedant.

52

Impedimenta quae unioni Ecclesiae Coptae cum catholica obstant:

a) monophysismus saltem nominalis;

b) processio Spiritus Sancti a solo Patre;

c) traducianismus etiamsi hic non solemniter doceatur;

d) liceitas divortii in casu fornicationis.

Rationes quae reconciliationi favere videntur:

a) existit inter christianos coptos magna aestimatio erga Sedem Apostolicam;

b) sacerdotes quoque catholici magni aestimantur propter eorum doctrinam, culturam, spiritum religiosum;

c) christiani copti admirantur catholicos propter devotam eorum celebrationem S. Liturgiae.

Melius videtur ad tempus non intrare in controversias dogmaticas sed potius quaerere mutuam benevolentiam quae viam sternat ad unitatem dogmaticam et quidem:

a) praebendo aestimationem et reverentiam erga auctoritatem ecclesiasticam coptam, fidem et cultum;

b) studendo eorum manuscriptis, historiae, ritui;

c) evitando expressiones quae eorum mentem offendere possunt;

d) instituendo « centrum colloquiorum », ut dicunt, inter sacerdotes catholicos et schismaticos;

e) edendo opuscula ad problema oecumenicum explanandum.

53

Obiectiones Coptorum sunt eaedem Concilii Florentini.

---

51) Nyerien.
52) Erythritan.
53) Cleopadriten.

54

In Aegypto duo tantum sunt ephemerides mensiles educentes 4200 exemplaria, dum christiani sunt circiter 3.500.000.

55

In Oriente labori missionario obstat etiam actio continua quorundam sacerdotum, qui asserunt acatholicos orientales singillatim convertendos non esse, immo neque eorum Ecclesiam convertendam esse cum ipsa, ut talis, ab unitate christiana numquam defecisset.

56

Non videtur mentem dissidentium orientalium, attentis eorum praeiudiciis, de repente mutari posse. Etiam cognita veritate, difficile erit pro ipsis superare realem conditionem rerum. Dissidentes vocari possent ad quasdam Concilii sessiones et differentias sereno animo considerent et suas opiniones communicent. Ita obtineri potest ut dissidentes se abstineant ab impugnatione dogmatum Ecclesiae catholicae; ut ad unitatem praeparandam suis fidelibus illustrent multa illa dogmata in quibus Ecclesia catholica eamdem doctrinam quam ipsi docet et studium diligentius impendant, una cum catholicis, super scripta praesertim PP. Orientalium; ut catholici magis illustrent doctrinam et liturgiam Ecclesiarum Orientalium dissidentium.

Hic modus agendi etiam quoad varias protestantium sectas debitis cum cautelis servari potest.

57

Post declarationem Pii XII porrectio instrumentorum non est materia essentialis sacramenti Ordinis. In Constitutione Ap. de sacris Ordinibus (30/XI/47) subdiaconatus non nominatur inter ordines sacros. Lex coelibatus diaconibus tantum imponi potest non subdiaconis. Ergo unaquaeque Ecclesia suas consuetudines et ritus servare potest.

---

54) Cleopadriten.

55) Adm. Ap. Exarchatus Constantantinopolitani.

56) Sup. Gen. O. F. M. Conv.

57) Smyrnen.

58

Declaretur clare Baptismum et Confirmationem Orientalium validos esse, propterea, nisi adsit dubium positivum, ne rebaptizetur aliquis, quia hoc scandalum causat inter non-catholicos et desperationem in animis cleri orientalis catholici.

58) Nauplien.

IV. DE ANGLICANIS

1

Tempus videtur opportunum ut exploretur convenientia initiandi discussiones, saltem informaliter, cum quibusdam de illa secta ecclesiae anglicanae quae vocatur « high Church ». Adsunt in illa secta viri praestantes qui sincere desiderant unionem cum Sancta Sede. Quia tamen secta diffunditur — et plus minusve autonomice per diversas regiones — oporteret discussiones tenere in unaquaque regione. Annuente Sancta Sede, iudicet coetus Episcoporum in his regionibus, puta in Anglia, Australia, Canada, America Septemtrionali de convenientia vel utilitate tales discussiones initiandi.

2

Futuro Concilio adesse invitentur acatholici pastores et laici quidam, praesertim anglicanorum, atque eis occasio et opportunitas praebeatur libere loquendi de eorum difficultatibus et desideriis.

3

Quaestio de invaliditate Ordinum Anglicanorum definitive dirimatur; nam plerique ministri anglicani, sussurrantibus immo aliquibus catholicis, opinantur sperantque quod declaratio S. Pontificis Leonis XIII non sit definitiva, ideoque reformabilis. Quae quidem opinio non paucos, ut sentimus, retinet quominus in Ecclesiam ingrediantur.

Ministri sic dicti « anglo-catholici » strenue urgeantur ut submissionem personalem Vicario Christi statim faciant. Scimus enim plures eorum hanc persuasionem habere: « admitto infallibilitatem in sensu catholico necnon iurisdictionem universalem: admitto omnes

---

1) Pelusiotan.
2) Usinazen.
3) Sidonien.

dogmaticas definitiones, etiam a Tridentino et Vaticano I prolatas. Tamen, iudico melius esse in praesenti statu manere ut aliis pluribus de his rebus persuadeam ». Oportet igitur huius generis ministros anglicanos monere ut de propria salute caveant. Fortiter repetatur admonitio S. Pontificis Pii IX in Encyclica ad Episcopos Angliae, anno 1864 missa, scilicet: Ecclesiam Christi nullatenus esse partitam in communiones romano-catholicam et graeco-schismaticam et anglicam, ac si liceat cuiquam extra communionem cum Pontifice Romano manere, Christo ipso dicente « ut sit unum ovile et unus Pastor ». Tot enim quaerunt vocem fortem atque tutam, nam satis iam habuerunt fluctuationis et incertitudinis.

Proponatur igitur clara voce duplex unitatis medium a Domino datum, scilicet: unitas regiminis in Summo Pontifice, qui praesidet in caritate verificata et gratia unitiva quam confert Ss. Eucharistia valide liciteque confecta: « quoniam unus panis unum corpus multi sumus omnes qui de uno pane participamus ». Hoc sincere perpendatur: si ministri protestantes, numero tamen quo mereantur, parati sint in Ecclesiam ingredi, a lege coelibatus ii dispensentur qui matrimonium validum iam contraxerint ut, si velint, ministerium sacerdotale, conditionibus impletis, exercere possint.

4

Promoveatur et rite ordinetur opus reconciliandi dissidentes cum Ecclesia catholica, favendo institutioni Commissionum vel Congregationum cum Protestantibus. Est hic quaestio de possibilitate novi ritus anglici quo attraherentur multi protestantes, ii praesertim qui in Insulis Britannicis, Canada, Australia, Nova Zelandia, Africa Meridionali, Indiis et in insulis sectae anglicanae (Church of England) adhaerent, necnon ii qui in Statibus Unitis Americae « Episcopalians » vocantur. Omnes isti linguam anglicam loquuntur et magni aestimant officia lingua vernacula persoluta, quae non raro appropinquant similitudini formae Missae. Ministri harum sectarum plerumque matrimonio obstricti facile convertuntur ad fidem si spes adest statum sacerdotalem amplectendi et, servatis servandis, sine obligatione coelibatus, sacerdotes novi ritus fieri possent.

---

4) Armidalen.

5

Utinam Oecumenicum Concilium, caritate comitante, affirmaret uti dogma nullam extare successionem historicam, uti dicitur, in Ecclesia anglicana, vel validitate Ordinum concessa.

6

Ministri acatholici in perpaucos tantum hodie influxum exercent; maxima Anglorum pars se christianos confitentur, reiecta tamen omni religione auctoritative ordinata. Utinam cognoscerent Ecclesiam catholicam non esse sectam aliquam, sed corpus ordinatum toto coelo a sectis diversum.

7

Advenae speciebus externis templorum anglicanorum decepti, minime intelligunt quam profundae sint differentiae tam doctrinales quam morales quae anglicanos ab Ecclesia catholica separant.

8

Card. Newman et alii beati martyres Angliae canonizentur ut via ad unionem Anglicanorum facilior evadat.

---

5) Sinden.
6) Northantonien.
7) Vestmonasterien.
8) Barcusen.

V. DE PROTESTANTIBUS

1

Nova inveniatur ratio agendi cum Protestantibus, ut unitati christifidelium consulatur.

2

Quod Protestantes attinet, reconciliatio per modum conversionis et professionis individualis fidei obtinenda videtur.

3

Fiat promissio dispensationis pro Protestantibus et orthodoxis ab aliquibus legibus ecclesiasticis, si convertantur.

4

Aditus ad Protestantes fieri debet non tantum in appellatione ad unitatem ducum, qui saepe nullum influxum habent in suos fideles, quam in directa convocatione membrorum earum ecclesiarum.

5

Ut efficacius consulatur reconciliationi protestantium cum Ecclesia, quae unioni obstacula videntur sive doctrinae sive disciplinae ordinem respicientia, diligentius examinare atque explanare oportet atque bene perpendere quae maiorem aptioremque vim habeant fratrum dissidentium mentem et animum ad fidem convertendi. [Ad rem quaedam Em.mus Archiepiscopus Marianopolitanus examinat sive quoad doctrinam (v. g. quoad Romanum Pontificem eiusque infallibilitatem et relationes) sive quoad disciplinae regulas (v. g. circa

1) Calgarien, Edmontonen, S. Bonifacii.
2) Sup. Gen. Atonement.
3) Madisonen, Crookstonien, S. Bonifacii, Vhelingen.
4) Ogdensburgen.
5) Hieritan, Marianopolitan, Davenporten, S. Bonifacii.

liturgiam, matrimonia mixta, baptismum sub conditione, matrimonia ministris acatholicis ad fidem catholicam conversis permittenda), quae definitionis vel explicationis causa Concilio committenda putat. Idem censet opportunam in Concilio praesentiam Protestantium ut circa « observatorum », institutionem quae curam habeat atque advigilet relationes publicas atque notitiarum rerum conciliarium diffusionem, necnon commissionem peritorum, qui oecumenismi quaestioni assidue studeant et media eas solvendi praeparent].

6

Protestantes multi ab Ecclesia avertuntur, quia erronee putant eam docere doctrinam eis contrariam. Idcirco optandum videtur ut denuo solemniter proponantur articuli fidei catholicae, qui a Protestantibus recipiuntur (v. g. de inspiratione S. Scripturae), ut facilior reddatur via ad unitatem fidei.

7

Motus oecumenicus novissimis istis temporibus contactus cum Protestantibus fovet. Huiusmodi contactus, etsi quosdam fructus ferant quoad caritatem et mutuam comprehensionem, tamen immunes non sunt a periculis pro integritate fidei. Possent institui aliquae domus religiosae, in quibus protestantes propriis dubiis et anxietatibus consulant.

8

Ex una parte vigilandum est ne quid falsi circa doctrinam de Ecclesia subrepat, aut catholici sensim sine sensu ad haeresim trahantur; ex altera tamen parte optandum est ut, cum maiori caritate fraterna, tum catholici tum protestantes inter se communicent, ne quaedam amaritudo animi et consuetudinis in aversionem cedant odiosam.

9

In Canada et in civitatibus F. A. S. acatholici nomine tantum sunt protestantes: multi ne baptismum quidem receperunt; eorum

---

6) Quebecen.
7) Pictavien.
8) Imae Telluris et Pointapitren.
9) Edmontonen, Hamiltonen, Nelsonen.

conversioni efficacius consuletur specifica ac individuali catechesi. Tempus praeparationis proximi Concilii Oecumenici utile est etiam pro catholicis lapsis ad explicandas praerogativas Fidei catholicae et ad excitandam conscientiam unitatis Ecclesiae.

10

In commercio cum protestantibus requirenda sunt ea quae nos conciliant. Functi sumus precibus annualibus pro unitate... currente hac hebdomada amice ac benigne eos visitavimus domi. Plures pastores protestantes valde commoti sunt, quod in posterum favet unioni.

10) Niameyen.

VI. DE MINISTRIS ACATHOLICIS

1

Provideatur ministris acatholicis qui in gratiam cum Ecclesia redire cupiant.

2

Speciali studio subiiciatur quaestio conversionis clericorum protestantium, qui secum ad Ecclesiam catholicam magnam partem sui gregis conducere possent. Cum iidem clerici sint uxorati, alia solutio huius quaestionis invenienda est.

3

Si Protestantes et Schismatici ad unitatem redire sint parati sed praepediantur familiae difficultatibus, lex coelibatus in singulis casibus relaxari posset, ut legitimo sacerdotio initiari queant.

4

Suadetur facilitatis conversionis Protestantium causa, facultas generalis ministris acatholicis matrimonio ligatis danda, ex qua in matrimonio vivere valeant post ordinationem sacerdotalem.

5

Consideretur possibilitas ut ministri non-catholici, conversionem et sacerdotium desiderantes, suscipiantur in Ecclesia et eleventur ad sacerdotium manentes in matrimonio.

6

« Ministri » heterodoxi, qui voluerint Ecclesiam catholicam ingredi, possint ordinari diaconi et dioecesibus incardinari ibique diaconatum exercere, manentes uxorati.

---

1) Balecien, Bulauaien.
2) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos.
3) Meeruten, Tellicherrien, Palaien, Ernakulamen, Trivandren.
4) Mostenen.
5) Raleighien, Sinus Viridis, Alexandrin.
6) Portlanden in Oregon.

7

Aliqua dispositio videtur necessaria pro ministris ad catholicam fidem conversis, qui sunt uxorati (fortasse antiqua praxis diaconatus potest revivisci pro tempore).

8

Conversis ministris acatholicis levetur aditus ad sacerdotium vel magisterium sine nimio incommodo familiarum suarum.

9

Ministri acatholici qui veram amplecti fidem velint, difficultatibus obnoxii manent propter conversionem. Parati sunt enim populo suo religiose ministrare et ita sibi familiisque honestam providere sustentationem. Cum vero post conversionem ab his operibus cessare debeant, deest modus sustentationem providendi. Ideoque officium aliquod speciale instituatur, quod exerceri possit in apostolatu saeculari, sub vigilantia Episcoporum.

10

Condatur Pontificia Opera Internationalis quae praesto sit ministris acatholicis qui ad Ecclesiae unitatem redire volunt.

---

7) Sup. Gen. Atonement.

8) Spiren.

9) Sup. Gen. Congr. American. Casinen. O. S. B.

10 Onitshaën.

VII. DE COMMUNICATIONE IN SACRIS

1

De communicatione et cooperatione cum acatholicis disciplina canonica hodiernis condicionibus moderetur et aptetur.

2

Revisioni subiiciantur praescriptiones Romanae Curiae de relationibus cum acatholicis, de communicatione in Sacris cum orthodoxis orientalibus, de modo et forma conversionis singulorum et communitatum.

3

Reviviscat aliqua hodie limitata « communicatio in sacris » inter catholicos et dissidentes.

4

Praxis circa communionem in divinis cum acatholicis mitigari debet.

5

Latiores fiant regulae de communione in sacris cum fidelibus ad Ecclesias orientales pertinentibus. Huiusmodi concessio, sub vigi-

---

1) Brugen, Osloën, Chien, Elphinen, Achaden, Potentin et Marsicen.

2) Sup. Gen. Ord. Bas. S. Jos., Babylonen Latinorum, Antiochen Syrorum, Nacolen, Aleppen Syrorum, Damascen Syrorum, Spinen Syrorum, Babylonen Syrorum, Basren Chaldaeorum, Edessen in Osrhoëne, Antiochen Melch., Hemesen Melch., Tyren Melch., Heliopolitan Melch., Aleppen Melch., Beryten et Gibailen Melch., Mariamnen, Paneaden, Ptolemaiden Melch., Petren et Philadelphien, Bostren et Auranen, Laodicen Melch., Tarsen Melch., Pelusitan Melch., de Nubia, Archim. Ordinis Basiliani Aleppen Melch., Archim. Ordinis Basiliani SS. Salvatoris Melch., Sup. gen. Societatis Missionariorum a S. Paulo, Akren, Mausilien Syrorum, Cherchen, Intern. Ap. in Iran, Larissen in Syria.

3) Madhraien, Visakhapatnamen, Palaien, Tiruvallen.

4) Namurcen, Tuden.

5) Argentinen.

lantia Episcopi, viam praepararet reditui orientalium ad unitatem catholicam et bono animarum provideret multorum orientalium separatorum, qui in nostris regionibus vivunt et saepe per longum tempus privantur sacramentis.

6

Leges prohibentes communicationem in divinis paulatin mitigandae et abrogandae sunt (cann. 731, 1258, 1060, 1062, 1063, 1964, 1102, 1109 § 3, 1026, 2319).

7

Possibile sit favere quasdam preces communes etiam inter animarum pastores emolliendo doctrinam cann. 1258-2314-2319.

8

Quaeritur num, quando non obstat validitas sacramenti, opportunum esset permittere christifidelibus communicationem in sacris. Catholici etenim rarissime (fortasse solummodo occasione matrimonii cum parte acatholica) in divinis reapse communicare vellent, acatholici vero facilius ad Ecclesiam catholicam attraherentur.

9

Teste historia, communicatio dissidentium cum catholicis (quorum missionarii Verbum Dei praedicabant et sacramenta ministrabant in ecclesiis fratrum dissidentium) obtinuit conversionem multorum separatorum.

10

Communicatio in sacris cum schismaticis prohibita sit catholicis, non vice versa.

11

Secundum antiquam disciplinam usque ad saec. XVIII vigentem, sacramenta licite etiam orientalibus heterodoxis administrari possint.

---

6) Symrnen.
7) Eshowen, Antiochen Maronitarum, Lusaken, Parakuen.
8) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
9) Tyren Maronitarum, Beryten, Sidonen, Cahiren Maronitarum.
10) Sehnaen Chaldaeorum.
11) Dinien.

12

Quid in territorio considerari debeat « prohibita communicatio in sacris » relinquatur aestimationi Ordinarii loci.

13

Liceat baptizare infantes acatholicorum.

14

Orthodoxi ut patrini in administratione baptismi admittantur.

15

Etiam in Libano concedatur facultas admittendi Orthodoxos ad sacramenta, et in Legionem Mariae.

16

Saltem liceat Catholicis Missam audire apud Orthodoxos in pagis ubi Ecclesia catholica desit.

17

Catholici et nonnumquam religiosae privantur Missa et Communione per longum temporis spatium, quia a schismaticis sacramenta recipere nequeunt.

18

Saepe Schismatici confessionem petunt a sacerdote graeco-catholico, dum pro communione ad ministrum acatholicum accedunt; interdum in nosocomiis sacerdos catholicus acatholicum in extremis infirmum invenit qui sine assistentia suae Ecclesiae degit. Quid istis in casibus sacerdos catholicus facere debet?

19

Normae dentur circa communicationem in sacris in matrimoniis mixtis.

---

12) Gratianopolitan, Holaren.
13) Sehnaen Chaldaeorum.
14) Aleppen Maronitarum.
15) Tripolitan Maronitarum.
16) Aleppen Maronitarum.
17) Athenien, Syren et Sanctorien.
18) Athenien, Syren et Sanctorien.
19) Babylonen Chaldaeorum.

20

Liceat adsistere matrimoniis acatholicorum, si eorum sacerdotes deficiunt.

21

Orthodoxi ut testes in celebratione matrimonii admittantur.

22

Quin incidamus in intempestivum irenismum, rigor laxandus esset in communicando cum illis, v. g. in modo celebrandi matrimonia mixta.

23

Matrimonium inter partem catholicam orientalem et partem orientalem heterodoxam validum sit.

24

Quid agendum de schismaticis in articulo mortis sive sint sensibus destituti vel non?

25

Quoddam temperamentum fiat disciplinae de admissione ad SS. Eucharistiam vel ad Extremam Unctionem vel ad honores sacrorum funerum quorumdam christianorum schismaticorum bonae fidei, quibus nimis durum est sine sacramentis mori, quando constat recursum ad sacerdotem schismaticum impossibilem esse.

26

Liceat acatholicis Extremam Unctionem conferre.

27

Episcopo detur potestas permittendi minoribus acatholicis, usque ad decimum quartum aetatis annum, receptionem sacramentorum. Experientia docet quod pluries si minores ad Ecclesiam catholicam admittantur, eorum parentes facile sequentur.

---

20) Sehnaen Chaldaeorum.
21) Aleppen Maronitarum.
22) Rhemen.
23) Dinien.
24) Tadamaten.
25) Saitan, Arcis Lamy.
26) Sehnaen Chaldaeorum.
27) Balecien, Antiochen Maronitarum, Saitan.

28

In locis, ubi acatholicorum numerus est satis notabilis, valde ad quietem fidelium et ad acatholicorum animos alliciendos conferre videtur si amicitia haberetur causa sufficiens pro catholicorum praesentia mere passiva in acatholicorum nuptiis, funeribus.

29

Si « heterodoxi » habitualiter Ecclesiam catholicam frequentant, haec frequentatio locum teneat professionis fidei et post aliquod tempus sacramenta recipere possint.

30

Normae edantur circa relationes cum acatholicis in circumstantiis orationis publicae.

31

Permittatur oratio communis cum schismaticis, etiam in Ecclesia.

32

Permittatur catholicis participatio funeribus, inthronizationi Patriarchae orthodoxi, cum non sit vera communicatio in divinis.

33

Quid de alumnis acatholicis qui in scholis nostris inveniuntur quoad Missam et sacramenta Confessionis et Communionis in Ecclesia eorum?

34

Episcopi in Anglia rigidissime tractant de communicatione in sacris, tamen difficile est postulare ut urbium praefecti numquam Protestantium sacris adsint. Quid faciendum?

---

28) Meliten, Trallian in Asia.
29) Aleppen Maronitarum, Balecien, Mesembrian.
30) Bloemfonteien, Kampalaen.
31) Chien.
32) Tripolitan Maronitarum.
33) Athenarum.
34) Lancastren.

35

Protestantes aliquando adsunt ritibus sacris in aliquibus stationibus missionalibus nostris. Quid faciendum? Apostolatus causa, bonum est eos allicere; periculum autem in hoc est quod fideles credere possunt catholicismum et protestantismum idem esse. Essetne solutio eos indistincte in ecclesiîs nostris recipere?

36

Definite exponatur doctrina de vitae consuetudinibus inter catholicos et fratres dissidentes.

35) Usumburaën. 36) Novarien.

VIII. DE INVITATIONE ACATHOLICORUM AD CONCILIUM

1

Concilium tractare debet de modis invitandi vel adiuvandi haereticos ad unitatem Ecclesiae.

2

Invitatio instantissima atque amoris materni plena significet sinceram Ecclesiae intentionem dialogi in his omnibus rebus quae essentiale constitutivum Ecclesiae verae non sint.

3

Si moderatores schismaticorum et sectarum protestanticarum vocantur ad Concilium, opportunum videbitur Summum Pontificem ipsum sive personaliter sive per eius Secretarium Status extendere huiusmodi invitationem, quae mitti potest directe consulto prius Ordinario loci vel Episcopatu regionis, vel indirecte per Ordinarium loci.

4

Exaretur a Concilio aliqua epistola apostolica ad christianos ab Ecclesia separatos de unitate Christi fidelium promovenda.

5

Fratres dissidentes fervide invitentur ad Concilium Oecumenicum.

6

Convocentur ad Concilium dissidentes qui habent episcopatum validum: sed hoc fiat modo personali, non generice, etiam per litteras Summi Pontificis.

---

1) Tovnsvillen.
2) Albasiten, Centurien.
3) Campifontis-Capitis Gerardeauen.
4) Essendien, Eminentianen.
5) Portlanden in Oregon, Alexandrin, Crookstonien.
6) Palaien, Trichurien, Ernakulamen, Trivandren, Tiravallen.

7

Dissidentes vocentur ad peculiarem Concilii sessionem.

8

Summus Pontifex concedat dissidentibus saltem votum consultivum in Concilio et imprimis tractentur negotia inter quae dissensio oriri nequit. Postea per caritatem possent separati ad unitatem Ecclesiae redire in necessariis.

9

Parum esset si Concilium acatholicos modo tantum generali invitaret ad unionem: oportet ut eis quantum fieri potest occurrat; in vias et methodos inquirat quibus unio aptius praeparetur, definiat atque ostendat quaenam in rebus non essentialibus concedi possint.

10

Cum, humano modo loquendo, longa sit via antequam christiani, sive per schisma sive per haeresim separati, ad perfectam Ecclesiae unitatem redeant, ad assequendum tale propositum perutile esset si, durante Concilio, postquam quaestiones stricte internae elucubratae sunt, colloquia cum fratribus separatis haberi possent, ita ut modus mutuae conversationis vel collaborationis inveniri possit in rebus practicis, moralibus, politicis in quantum ad religionem spectant, exclusa evidenter omni communicatione in sacris.

11

Reconciliatio non catholicorum, res certo difficillima, impossibilis omnino evadit, nisi ipsi adsint, saltem uti « observatores ».

---

7) Rhodiapolitan, Yarmuthen.
8) S. Dominici.
9) Eystetten, Gurcen.
10) Osloen.
11) Silva Portuen, Mombasaën et Zanzibaren, Makenen, Lycopolitan, Bulauaien, Cemerinianen, Del. Ap. Africae Orient. et Occid. Brit.

12

Quibusdam oratoribus christianis non-catholicis opportunitas detur ut in Concilio difficultates suas quoad Ecclesiam significent.

13

Etsi acatholici ad Concilium ipsum non vocantur, tamen modus aliquis aptus communicandi cum eis quaeratur.

---

12) Pessinuntin, Roterodamen, Ruremonden, Ultraiecten.

13) Eystetten.

IX. DE PERICULIS IN OECUMENISMO VITANDIS

1

Generatim vera collaboratio cum acatholicis impossibilis est, nam principia, finis, et spiritus nimis diversi sunt. Ex convivio acatholici paululum lucrantur, catholici multum amittunt.

2

Falsus et periculosus « irenismus oecumenicus » denuo solemniter improbetur.

3

Cum nonnulli sacerdotes nimio zelo ducti necnon « oecumenistarum » spiritu accensi historiam et theologiam ita interpretent ut parti acatholicae favere videantur, Patres Concilii certam disciplinam in docendo et in agendo omnibus commendent.

4

Vitetur ne, ut caritas erga dissidentes exhibeatur, historice errores Ecclesiae Catholicae attribuantur.

5

Concilium in hac re nihil facere poterit nisi clarius in luce ponere barathrum, quod inter Ecclesiam Catholicam et dissidentes iacet.

---

1) Jacarezinhoen.
2) Ciliciae Armenorum, Colonien in Armenia, Comanen Armenorum, Babylonen Armenorum, Constantinopolitan Armenorum, Kamechlien Armenorum, Acilisen, Pedachtoën, Tauitan.
3) Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
4) Majoricen.
5) Loiden.

DE ACTUOSITATE ECCLESIAE

I. DE ACTIONE CARITATIVA ECCLESIAE

1

Actio caritativa Ecclesiae meliori modo organizetur.

2

Suo iure Concilium Oecumenicum evocabit grande caritatis opus per universum orbem perficiendum, quo in regionibus parum excultis elementariis vitae necessitatibus apte subveniatur.

3

Ecclesia non solum ad id quod divinum mandatum directum spectat, mentem vertat, sed etiam ad omne quod influxum indirectum exercere valeat in populos sibi commissos, uti sunt opera assistentialia, recreativa, etc.

4

Moneantur tandem pastores et fideles, ut Apostolorum vestigia sectando, novas et modernas adinveniant methodos in caritate practice exercenda.

5

In vita Ecclesiae fiat integratio « Operum caritatis catholicae » ad sublevandam paupertatem et miseriam populorum ex patria exsulum.

6

Maior unitas ac ordo desiderantur in actuositate multiplicis generis qua hodie in Ecclesia clerici et laici tenentur ad bonum populi christiani.

---

1) Sardian.
2) Buscoducen.
3) Sup. Gen. Ord. de Mercede.
4) Trocmadian.
5) Nivernen.
6) Anglonen et Tursien.

7

Maxime fovenda sunt opera caritatis, quae sunt signum vitalitatis Ecclesiae, sed ipsa exercenda sunt absque ulla inquinatione mercaturae vel negotiationis, quod interdum accidere videtur in quibusdam nostris operibus, praesertim in coloniis et in activitate Pontificiae Operae Adsistentiae. Optabile est quod instituatur ad hoc nova Sacra Congregatio.

8

Saepe caritas confunditur cum sensibilitate, quae non ex fide sed ex carne procedit. Hostes Christi, praesertim communistae, qui hanc sensibilitatem modo scientifico excitare valent, ex ea multa sibi proficua metent. In haec tam bene tensa adversariorum retia non tantum fideles et sacerdotes multi cadunt sed et qui maioribus in Ecclesia pollent dignitatibus.

9

Opera caritatis et similia severiori disciplinae et vigilantiae Episcopi subiiciantur.

10

Pontificia Opera Adsistentiae a Consilio Episcoporum regenda est.

11

Opera adsistentiae et caritatis pro emigrantibus exiliatis multiplicentur.

12

Opera caritatis pro sociali redemptione pauperum et praesertim pro senibus curandis in domibus ad hoc institutis promoveri debent.

13

Maius auxilium pueris, senibus tradatur.

---

7) Adrien.
8) Arcen.
9) Treviren, Dagnen.
10) Gravinen et Montis Pelusii.
11) Evansvicen, Marcopolitan.
12) Evansvicen, Kansanopolitan - S. Josephi.
13) Peloten.

14

Instituatur associatio internationalis « Caritatis ».

15

Ordo caritatis saepissime praetermittitur. Infideles catholicis praeferuntur.

14) Tarraconen, Antiochen Maronitarum.

15) Arcen.

II. DE ACTIONE SOCIALI ECCLESIAE

1

Normae ad definiendam actionem socialem Ecclesiae edantur.

2

Concilium in materia quaestionis socialis, non solum doctrinam sed etiam rationem agendi, praesertim virorum ecclesiasticorum, enucleet et determinet, habita ratione missionis Ecclesiae.

3

Fortiter insistendum est ut ad praxim deducatur doctrina socialis Ecclesiae, ut christianae plebes, desiderio socialis iustitiae actae, non amplius in diversa iactentur, sed in Ecclesiae ambitu plenam satisfactionem invenire possint.

4

Exhibeantur in compendium auctoritative exaratum puncta principalia sic dictae socialis doctrinae Ecclesiae, quae iam passim fuit exposita in Litteris Encyclicis necnon concionibus ultimorum Summorum Pontificum.

5

Actio socialis magis promoveatur et sustineatur pro bono fidelium morali et materiali.

6

Obligatorietas actionis socialis catholicae in omnibus dioecesibus orbis statuatur.

---

1) Brigantien, Zacapen, Carpathien, Valentin in Venezuela, Sardian, Nyerien, S. Marci et Bisinianen, Claudiopolitan in Honoriade.
2) Milasen.
3) Sup. Gen. Congr. RR. S. Bernardi M. J.
4) Apneten.
5) Neapolitan, Tergestin, Boianen-Campobassen, Liburnen.
6) Higueyen.

7

Actio socialis ob ipsius connexionem cum ordine tecnico, oeconomico, civili exigit organa diffusionis diversa ab Actione Catholica.

8

In singulis nationibus Episcoporum Commissio instituatur rebus socialibus praeposita, cuius erit in unaquaque dioecesi Consilium actionis socialis erigere.

9

Iterum edicantur quaenam sint iura et officia catholicorum, in promovendo bono spirituali, morali et politico, sociali, oeconomico in singulis nationibus.

10

Foveantur centra actionis socialis atque secretariatus defensionis et propagationis doctrinae catholicae.

11

Hodiernus apostolatus socialis efflagitat portiunculam membrorum rite institutorum, praesertim sacerdotum, in peculiaribus Institutis instructorum.

12

Determinentur fines et activitates variarum associationum quae ad res sociales pertinent, ita ut earum opera ab aliis distincta sint et ad res politicas et stricte syndicales non transeant: attamen cum aliis ad commune bonum concordi animo tendant.

13

Concilium examinet quomodo syndicatus christiani inter operarios maiorem influxum habere possint ac quo pacto auxilium pecuniarium eis procurari possit nempe a Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis.

---

7) Malacitan.
8) Asponitan.
9) Catacen et Squillacen, Apuanien.
10) Oruren.
11) Malacitan.
12) Adrien.
13) Arcen.

14

Civitatis christianae restauratio obtineri nequit cum tantum quaedam noxa socialia, etsi multa, indicantur et singula sanantur; idealis societas christiana exhibenda videtur, contra utopismum communisticum.

15

In Brasilia actio socialis concreta Ecclesiae desideratur.

16

Doctrina socialis Ecclesiae etiam in terris Missionum fortiter imponatur. Etiamsi missionarii opera materialia dirigant eo solo proposito ut reditus comparentur, quibus ecclesias et scholas aedificare aliosque sumptus Missionum solvere possint, nihilominus cavere debent ne in eis unice intendant ad pecuniam quam maximam faciendam, sed omnibus operariis suis etiam domesticis, non solum iustam mercedem dent sed mercedem familiarem introducant una cum contractu de mercede debita in casu dimissionis, morbi, senectutis.

17

Scholae ad actionem socialem promovendam apud singulas nationes habeantur, regimini Hierarchiae plane subiectae.

18

Doctrina socialis Ecclesiae ad praxim deducatur in specie etiam in campo « internationali ».

19

Normae pro actione sociali Ecclesiae inserantur in C. I. C.

---

14) Camposin in Brasilia.
15) Tefen, Juruen.
16) Mbararaën.
17) Asponitan.
18) Sup. Gen. Soc. Jesu.
19) Truxillen, Legionen.

III. DE ACTIONE « POLITICA » ECCLESIAE

1

Sollemniter declarentur officia civium erga patriam et bonum commune: Ecclesia lege naturali utitur et divina cum hortetur ad suffragia ferenda et munera publica obeunda secundum doctrinam christianam.

2

Valde urgeatur laicis christianis officium, quod eis hodie fortius incumbit quam ullo alio tempore, animo volenti accedendi ad actionem politicam, socialem, syndicalem, ut Ecclesia mundo moderno adsit eumque salutariter illustret.

3

Illustrentur relationes inter vitam politicam et vitam religiosam Ecclesiae, competentiam affirmando necnon eiusdem limites, ut christianis doctrina clara et in omni loco univoca proponatur.

4

Maior sit et clarior directio catholicorum in quaestionibus politicis et socialibus, quae ipsos ut cives spectat.

5

Res politicae clare distinguantur a rebus divinis et religiosis, ita ut a principiis evangelicis, doctrina Pontificum ac praeceptis Ecclesiae lumen accipiant.

---

1) Clavaren.
2) Cameracen.
3) Mediolanen.
4) Sup. Gen. Ord. de Mercede.
5) Adrien.

6

Fines inter Ecclesiam et actionem ac doctrinam politicam sectae catholicae, ad removenda pericula et aequivocationes, determinentur.

7

Magis magisque exoptatur ut Concilium Oecumenicum quaedam principia tradat de ratione in re publica a clero servanda ne Ecclesia propter regiminis instabilitatem, vel propter fallacem applicationem suae doctrinae ab iis, qui suo potiti sunt nomine, iacturam patiatur.

8

Instructiones pastorales circa res politicas ne sint ab isolatis Episcopis prolatae, sed ab omnibus uniuscuiusque nationis Episcopis coadunatis.

9

Damna obveniunt ex inconsulta vel non uniformi interventione cleri in rebus politicis, salvis utique iuribus Ecclesiae.

10

Ecclesia, ob suam naturam et missionem, ne immisceatur partibus et factionibus politicis cuiuscumque generis.

11

Declaretur Ecclesiam misceri in re politica non debere nec proponere quocumque modo partes politicas catholicas.

12

Fideles edoceantur de obligatione promovendi bonum temporale per exercitium iurium civilium.

---

6) Recineten, Vercellen.
7) Umuahiaen, Adm. Ap. Exarchatus Constantinopolitani.
8) Jericoen.
9) Riochachaen, Higueyen.
10) Nicen.
11) Oruren.
12) Catacen et Squillacen.

13

Normae dentur de eligendis legatis et senatoribus.

14

Emissio voti in electionibus sit enixe commendata.

15

Admittenda est actio politica, sed in defensionem iurium Ecclesiae, libertatis et personae humanae.

16

Catholici ne impugnent principes catholicos aliis nationis vel formas politicas differentes; multo minus Episcopos alius nationis, quia fortasse in circumstantiis valde diversis, in aliis nationibus ignotis, procedere debent.

17

Factiones politicas ad praesentia aptari peropportunum est.

18

Declaretur quo sensu et limitibus clerici partem habere possunt in rebus politicis.

19

Actio clericorum penes regimina civilia aliasque publicas administrationes in negotiis mere temporalibus aut desit omnino aut tam cauta et moderata sit ut declinetur suspicio indebitae interpositionis.

20

Clerus in principiis declarandis de re politica et sociali se abstineat ab omni activo, directo et responsabili interventu.

---

13) Hadrianien in Hellesponto.
14) Ss. Conceptionis, Culiacanen.
15) Neapolitan.
16) S. Dominici.
17) Lorymien.
18) Lucen, Boianen - Campobassen, Consentin.
19) Lungren, Suessan.
20) Terracinen Privernen Setin, Adrien, Boianen - Campobassen, Asculan Apul. et Ceriniolen, Lancianen et Ortonen.

21

Clero quaelibet participatio in politicis factionibus prohibeatur.

22

Sacerdotes munera « politica » ne assumant.

23

Agatur de fidelium activitate politica et etiam sacerdotum.

24

Improbetur solemniter subdola pugna inter catholicas factiones et disiuncta methodus in politica.

25

Agatur de liceitate cooperationis politicae fidelium cum partibus atheorum.

26

Utile est aliquid dicere de consociatione cum mero *socialismo,* per quasdam denominationes aequivocas, per scripta vel per adiunctiones in re civili.

27

Multi non oboediunt normis datis ab Episcopo circa sic dictam « sinistram ».

28

Vitetur omnino periculum alicuius « compromissionis » cum sectis politicis vulgo dictis « de gauche » atque praesertim in Gallia, « la nouvelle gauche socialiste ».

---

21) Synnaden in Phrygia.
22) Ordinarius Armenus Cath.
23) Sup. Gen. Barnabit.
24) Ss. Conceptionis.
25) Sup. Gen. Barnabit.
26) Burdigalen.
27) Olinden et Recifen.
28) Nanceien et Tullen.

29

Afferantur normae de catholicorum participatione in multis rebus cum communistis, praecipue quoad electorales consultationes, coetus et conferentias, syndicalem coadunationem, publicationum editionem ac diffusionem.

30

Viri politici, suffragiis catholicorum ad assequenda publica munia suffulti, qui colludant cum communistis eorumque amicis, subiiciantur secretissimae vigilantiae S. Officii ut in subsequentibus consultationibus priventur suffragiis catholicorum.

31

Damnetur omnis collaboratio cum communistis in quacumque re, rei politicae plus minusve coniuncta.

29) Burdigalen.
30) Othieren.
31) Bisuntin.

IV. DE ACTIONE PRO POPULIS SUB-EVOLUTIS ET OPPRESSIS

1

Quid facere debet Ecclesia pro populis sub-evolutis?

2

Ecclesia sit praesens in adiuvandis populis sub-evolutis.

3

Opus famem et morbos oppugnans ubique terrarum dilatetur et amplificetur.

4

Moneantur Concilii auctoritate omnes bonae voluntatis moderatores et gubernia, ut famelicis, nudis, tecto destitutis efficaciter consulatur.

5

Altius edicantur principia naturalia et caritatis christianae de migratione populorum et de auxilio ferendo populis qui iuxta legem Dei viventes magna prole ditantur.

6

Agatur de officio promovendi mutuum populorum auxilium, fortasse etiam de admonitione edenda adiuvandi eos qui fame et maxima inopia laborant.

7

Concilium alte proclamet christianam solidarietatem totius orbis catholici cum populis orientalibus inhumano dominio commu-

---

1) Antiochen Maronitarum.
2) Yauyosen.
3) Colonien.
4) Trocmadien.
5) Catacen et Squillacen.
6) Eystetten.
7) Zamen Maior.

nistarum subiectis, necnon sollicitudinem S. Matris Ecclesiae pro catholicis multa sustinentibus in odio fidei.

8

Ne Christifideles obliviscantur fratrum qui persecutionem patiuntur propter Christum, in Missa imponatur commemoratio tamquam pro re gravi, vel extendantur preces finales ad alias nationes quae hodie in magno fidei periculo versantur.

9

Ad maiorem Dei gloriam propagandam, quid agendum apud Sinenses et alios populos communismo subiectos?

8) Onitshaen. 9) S. Dominici.

V. DE ACTIONE ECCLESIAE IN FAVOREM PACIS

1

Oportet ut Concilium non modo asserat quanta sit pacis necessitas, sed et vias doceat ad pacem inter nationes firmandam et ostendat pericula contra tranquillum hominum consortium.

2

Data tremenda possibilitate belli atomici, biologici et chimici, Concilium Oecumenicum doctrinam Pii XII magistralem hac de re confirmet et iudicium definitivum ferat.

3

Examinanda est doctrina de bello et pace in ordine ad hodierna adiuncta.

4

Concilium loquatur de pace et eius fundamento dogmatico. Hoc schema possibile videtur:

a) de reconciliatione humanitatis cum Deo in divina Redemptione, ex qua exsurget pax cordis;

b) de pace familiari, de unitate familiari;

c) de pace sociali;

d) de pace internationali.

5

Concilium populorum rectores hortetur ne permittant inventa atomica in usus bellicos converti neve pergant eumdem in finem experimenta peragere.

---

1) Tergestin, Catacen et Squillacen, Consentin.

2) Friburgen, Eystetten.

3) S. Claudii, Nemausen.

4) Tarantasien.

5) Sup. Gen. O. F. M.

6

Componatur aliqua epistola Concilii ad gubernatores rerum publicarum de rebus maioris momenti pro ordine internationali et pace imprimisque pro adiuvandis nationibus nondum evolutis.

7

Studium desideratur de pacis conditionibus politicis, oeconomicis, socialibus, ideologicis.

8

Agatur de iis quae ad bonam pacem necessaria sunt.

9

Quid facere debet Ecclesia pro mundo thechnicismo imbuto futuri temporis?

10

Exprimatur a Concilio sollemnis invocatio pro usu mere pacifico hodiernarum inventionum scientiae.

11

Conetur Concilium unionem saltem spiritualem procurare maiorem inter Status, nationes, provincias, civitates quae culturam christianam sicut fundamentum historiae ac hodiernae vitae habent.

6) Essendien, Eminentianen.
7) Antiochen Maronitarum.
8) Fargen, Myrinen, Eystetten.
9) Antiochen Maronitarum.
10) Tarantasien.
11) Arcen.

INDEX

DE SACRAMENTIS

DE LOCIS SACRIS

DE PRAECEPTIS ECCLESIASTICIS

DE CULTU DIVINO

DE MAGISTERIO ECCLESIASTICO

DE BENEFICIIS ET DE BONIS ECCLESIAE TEMPORALIBUS

DE PROCESSIBUS

I. De Iudiciis in genere

II. De Causis Matrimonialibus

III. De Causis Beatificationis et Canonizationis 594-598

DE DELICTIS ET POENIS

I. De Poenis Ecclesiasticis in genere

II. De Poenis in specie

DE MISSIONIBUS

DE OECUMENISMO

DE ACTUOSITATE ECCLESIAE